



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotione boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

De Fvga Peccatorvm, Extinctione Vitiorm, Et Victoria Tentationvm, Liber
Primvs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)



DE FUGA PECCATORVM,
EXTINCTIONE VITIORVM,
ET VICTORIA TENTATIONVM,

LIBER PRIMVS.

PROOEMIUM.



Ex ille potens, atque paci-
ficus, qui figuram prætulit
Saluatoris, & pacem mundo
allatâ eius aduentu, demon-
strauit, templum illud mag-
nificum ædificaturus in mon-
te Moria, qui demonstratus
fuerat Dauid patri eius, in lo-
co, quem parauerat Dauid in area Ornan Iebusæi,
vt præsentibus esset magnificentie miraculum, &
posteris pietatis exemplum; aream primùm ruderibus
expurgauit; & mobilem ac instabilem terram
effodit, vt in solidam ac viuam (vt aiunt) petram
fundamina tantæ molitionis iniiceret: Illud sapien-
ter expendens, immensum ædificationis pondus, aut
super arenam erigi, aut super stercore, & rudera, &
terram mobilem stare non posse. Huius Regis pruden-
tiam imitari decernimus, vt post oblatum in su-
periori volumine, religiosorum oculis, templi Domini,
id est, sanctitatis & perfectionis, exemplar, ad
ipsius opus ac ædificationem nos parare cupientes,
prius locum ædificationi aptum expurgemus, vt sine
ruinæ periculo domum pulcherrimam, ac verè regiam
& caelestem, extruamus. Locus iste, in quo
templum sanctitatis extruimus, anima nostra est,
quam area Arenæ Iebusæi manifestè præsignauit;
in monte Moria, id est, in altitudinis sublimitate
consistens. Mons enim Moria Christum Saluatorem
significat, qui, vt inquit venerabilis presbyter Beda,
de terra quidem per originem assumptæ carnis ortus
est, sed omnium terrigenarum potentiam, ac sancti-
tatem, singularis culmine dignitatis, transcendit.
Qui optimè mons Moria, id est, visionis, est appella-
tus, quoniam non solum electos suos ad æternæ clari-
tatis visionem admittit, verùm & ipse propositus
est à Patre, vt omnes nationes & gentes eum videant,
& in sanctissima eius vita, quid sit sequendum, &
imitandum, aspiciant. In hoc monte sublimi atque
præcelso anima rationalis consistit, à quo natura
& gratiam, & vniuersa quæ ad naturam & gratiam
pertinent, se habere cognoscit. Quare scri-
ptum est: Quia portat omnia verbo virtutis suæ.]
Et quia in ipso viuimus, & mouemur, & sumus:] Et
quia preparatus est mons domus Domini in vertice
montium, & eleuabitur super colles.] Nec inuisè a-
reæ comparatur anima; nam si area est locus ædificio
vacuus, quem solis ardor exagitat, & omni fructu
sterilem facit; talis profectò est anima post Adæ pec-
catum, quam legis præuaticatio templo Dei, scilicet

gratia & sanctitate, priuauit, & ad spinas & tribulos
ferendos adegit. Hanc spiritalem aream Areana
Iebusæus, id est, homo flagitiis conculcatus, & in sua
calamitate exultans, antè possederat, sed verus Dauid
Christus, vt in ea Patri suo templum extrueret, quin-
quaginta siclis, nempe sui sanguinis pretio, quod
nostræ remissionis causa est, in acerbissima passione
coëmit. In ista area Dei beneficio templum perfe-
ctionis & sanctitatis assurgit, de quo inquit Paulus:
Nescitis quia templum Dei estis, & spiritus Dei ha-
bitat in vobis.] Ac si diceret, Non dubium est, quin
anima, virtutum ac sanctorum operum donis, velut
lapidibus politis & pretiosis, extructa, ex area in ma-
gnificum templum diuinitatis vertatur; in quo ille
Dominus, qui spiritus est, & spirituales domum ad
sui cultum & venerationem præcipuè requirit, non
sine exultatione sui cordis inhabitet. Templum au-
tem hoc sanctum dicitur, non tantùm quia Deum
sanctum, & omnis puritatis auctore, habitore habet,
verùm etiam quia non ex aliis quàm ex sanctis operi-
bus, & ex solidis ac perfectis virtutibus coagmenta-
tur, vt ipsa ædificatio ad finem vsque prouecta, sancti-
tatem ipsam, & mentis nostræ puritatem constituat.
Si verò anima, Dei & sanctitatis capax locus
est, & area in qua domus hæc regia, & templum
istud magnificum ædificandum est; eam primùm
omnium abiectione peccatorum, & omnium vi-
tiorum extinctione, tentationum victoria, atque
passionum mortificatione mundemus, ne super are-
nâ, aut rudera tantam molitionem si erigamus, tri-
bulationum ventis agitata, aut affectionum turbi-
nibus impulsâ prociubat. Istum namque ordinem
esse spirituales vitæ, atque omnis nostri laboris, quo
Deo in humano corde domum requietionis para-
mus, sacræ paginæ manifestè pronuntiant. Hoc enim
est quod Tobias dixit filio suo: Noli timere fili
mi; pauperem quidem vitam gerimus, sed multa
bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserim
ab omni peccato, & fecerimus bene.] Et Isaias
ait: Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus
cogitationes suas, & reuertatur ad Dominum, & mi-
sererebitur eius.] Atque alio loco inquit: Auferte ma-
lum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quies-
cite agere peruersè, discite bene facere.] Gregorius
quoque ait: Prima virtus est, ne perpetrari debeant
sed vitari peccata; secunda autem, saltem perpetrata
corrige.] Et vberius sanctus Basilius: Quemad-
modum, inquit, in gradu scalari prima est ascensio,
ab humo recessus; sic in exercitatione diuinæ con-

1. Reg. 24.
n. 24.

1. Cor. 3.
n. 16.

Tobias. 4.
n. 23.

Isaias. 55.
n. 7.

Isaias. 1.
n. 16.

Greg. 6.
mor. c. 13.

Basilius in
Psalm. 1.

2. PAR. 3.
n. 1.

Beda lib.
de Tem-
plo. cap. 5.
Tom. 8.

Hebræ. 1.
3.
Actor. 17.
n. 28.
Isaias. 5.
n. 2.

Idem.
Psal. 33.

uerfationis, principiū profectus, est discessus à malo.] Et rursus alio loco: Ei, qui primis eruditur ad virtutem rudimentis, conuenit vt subducatur se à mali occasione, vtque ab improba vitæ consuetudine quasi à via mala exemptus, ita demum aggredi possit bonorum operum actionem. Impossibile namque est, eum assequi & attingere quod bonum est, qui non prius profus declinauerit à malo. Sicut nec cuiquam possibile sit sanitatem vt recuperet, nisi prius à se dispulerit morbum: vel vt quis recalescat, nisi profus excusserit perfrigerationem. Atque adeo quisquis cupit vitæ probitatem complecti, ei conuenit vt se liberet ab omni communiore malorum. Non solum verò Scriptura diuina, quæ per se satis sufficit, & Patres eius luce perdocti, sed & ipsa natura, & ars, hunc eundem ordinem prædicat. Prius enim est, carduos & sentes euellere; postea iactis feminibus suauissimos fructus colligere: prius est, ex auri & argenti fodinis terræ glebas egerere; postea, aurum aut argentum extrahere: prius est, noxios corporis humores educere, deinde optatam salutem afferre: & tandem prius est, hostes ex vrbe repellere, atque illis repulsis, victis atque prostratis, ciues pacificè gubernare. Ita omnino primo loco spinæ & tribuli peccatorum euellendi sunt, affectus moderandi, vitia extinguenda, & dæmonis insultus longius à nobis submouendi; quàm virtutes compareremus, & ad pacem & mentis tranquillitatem veniamus. Primus sapientiæ gradus est, inquit Lactantius, falsâ intelligere: Secundus, vera cognoscere: ergo primus gradus iustitiæ est malum cauere; & secundus, veris bonis inquirendis insistere. Idem quippe est ordo sapientiæ, atque iustitiæ; quæ cum vera sapientiâ sit, non potest alia ratione quàm sapientiâ conquiri. Et, si omne peccatum, & omne vitium in radice sua ignorantia est, & omnis virtus veri cognitio, quoniam prius intellectus aut decipitur, aut instruitur, quàm voluntas illum sequens, malo cedat, aut bonum admitat, certè eundem ordinem tenet intellectus eruditio, & per acquisitionem virtutum voluntatis exornatio. Dixit insipiens in corde suo, Non est Deus, inquit sanctus Dauid; corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studiis suis.] Attende, quomodo cæcitas mentis ad affectum se diffundat, & vniuersa hominis membra contamineat, qui ex eo quod in notione sui Creatoris extrahit, abominationem amplexus est, & Dei imaginem flagitiorum admissione corrumpit. Vna itaque & eadem est processio virtutis & sapientiæ; vt quemadmodum ista principio falsitatem impugnat, ac deinde Veritatem patefacit; ita illa prius mala dissipet, vt bona laborando perficiat. Nec solum quæ diximus, hunc esse vitæ spiritualis ordinem, verum ipsa quoque Dei beneficia designant, de quibus hæc scribit Bernardus: Cui non admodum placeat ordo ipse donationum? Primum anima misericorditer liberatur; secundò, dignanter adamat; tertio, benignè abluir, & purgatur; postremò, optimi ornamenta accipit promissionem. Sic ille.] A quoniam in primo iustificationis gradu liberatur anima? Equidem puto quia à iugo peccati, à seruitute diaboli, & à faucibus inferni mortiferi, quem mancipiis dæmonis, peccati nexibus illigatis, non minus seuera Domini, quàm iusta vltio, præparauit, vt transgressionis pœnas æternas sustineant. Peccatorum verò inquinamentis abluit, & per gratiæ donum dissipatis, iam Dominus benignè diligit animam, quam suo sanguine rubricatam, & faucibus mortis ereptam in suæ familiaritatis consortium associuit. Deinde, quam amat, à leuioribus defectibus

Lact. li. i.
diu. m. f.
cap. vi.

Psal. 13.
n. 1.

Bern. ser.
39. in
Cant.

A purgat, & pro huius mortalitatis inopia, cura terrenorum abluit, vt ablute atque mundate virtutum ornamentum apponat. Denique indumento charitatis, & virtutum, ac donorum ornamentis exornat, quam prius antea purgauerat, & à vinculis peccatorum, ac mundi sollicitudinibus eripuerat. Initium igitur totius boni, fuga est & detestatio mali, quod cum à nobis abiicimus, iam mirum in modum ad bonum suscipiendum præparamur. Et quemadmodum dux illa tubæ argenteæ ductiles, quas Moses Domini mandato confecerat, ad castra mouenda vocabant, & ad prælium incitabant, & in vnum homines ad dies festos celebrandos cogebant: ita Dominus tubis inspirationum suarum animam in terram illam virtutum proficentem mouet, vt bellum primo aduersus peccata, & vitia, & immoderatas affectiones instituat, & postea virtutum acquisitione festos dies illi solenniter peragat.

Num. 10.
n. 2.

Hinc iam elucet quanta sit voluminis huius utilitas, quod secundo loco (fauentibus superis) scribendum suscipimus: in quo tractandū est nobis quanam ratione fugienda sint vera mala, quæ tum salutem animæ, tum perfectionem impediunt. His enim (precipue maioribus) non dilutis, & in mari rubro, id est in sanguine Christi, submersis, impossibile erit, concupitum animæ decorem acquirere, & vitæ spiritualis perfectionem comparare. Quam nunc igni splendenti & ardenti similem cogitamus, qui nisi prius obscuritatem & frigus appositæ materiæ pellat, nunquàm eam in se conuerter. Sic omnino perfectio ignis est, & quidem maximus, non corpori sed animæ ad motus, sapientiæ luce illum illustrans, & charitatis ardore transformans, quam nisi prius obscuritatem peccati subuertat, & frigora vitiorum destruat, nunquam suæ ditioni subiiciet. Euenietque homini perfectionem querenti, si prius peccata & vitia non relinquat, quod habitatoribus Hai in libro Iosue euenisse comperimus, qui cum deserta vrbe in partem exercitus Israelis se coram ostentantem, & fugam simulantem iruerent, altera pars ex insidiis ac latebris emergentes urbem occuparunt, & igni voraci consumendam tradiderunt. Eodem modo, dum homo peccata & vitia ac affectus inordinatos in recessibus animæ larentes non timens, quasi extra se ad oppugnandam & expugnandam virtutum aciem egreditur, illa ipsa vitia, & illimet ipsi estantati affectus, qui latent, animam dissipant, & vniuersos conatus in querenda virtute positos irritos atque inanes ostendunt.

Iosue. 8.
n. 16.

Quamobrem post cognitionem perfectionis, quam superiori volumine oculis legentium ingessimus, eam impensè cupientibus hic secundus tomus in sexto & septimo libro attentè legendus est, & non solum legendus, sed & operi committendus, vt se à malo purgantes idoneos ad excipienda vera bona faciant, & puritatem mentis quam concupiscunt, & querunt, assequi valeant. In eo discent graui peccata fugere, & tantum malum, quod verè mors est animæ, supra omnia pœnæ mala timere. In eo scient peccata leuia pro sua possibilitate declinare, & si nõ omnino vitare, at quotidie compunctione lugere, & solerti seruore minuere. In eo cognoscent vitia subuertere, & his importunis ac pertinacibus animæ hostibus bellū indicere. In eo percipient sensus atque affectus cohibere, tentationes vincere, & tinea negligentia, & virus ostentationis abiicere, atque omnia virtuti contraria propulsare. His tandem ad doctrinam virtutum tribus aliis libris comprehensam mirificè se disponent. Tractatio ista nobis scribentibus est dulcis, & (vt opinor) erit legentibus persuaas. Nobis quidem dulcis est, quoniam cui agro-

ro mot

to morbos & dolores suos narrare non libeat, & calamitates deplorare: Certè Sanctus Iob hanc narrationem in suorum malorum leuamen assumpsit. quare quodam loco ait: Quapropter & ego non parcam ori meo; loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cū amaritudine animæ meæ.] Et ego agrotus sum, qui in xenodochio sanctæ religionis multis ab hinc annis peccatorum & vitiorum meorum vulneribus plenus iaceo, & in sterquilinio tepiditatis & negligentiæ confedo. Solum igitur linguam meam, & sicut in priori huius operis parte, salutem, quam non habeo & admodum exopto, depinxi; ita in hac prima istius Voluminis tractatione, infirmitates, quibus misere subiectus sum, deslebo, si forrè hæc mala explicando, & ad ea submouenda medicamentum apponendo, meipsum ad illud accipiendum, & plagis meis admoendum, impellam. Dulcis etiam & suavis erit ista tractatio legentibus, quoniam aut peccatorum ac vitiorum peste vexantur, aut tam magna miseria & calamitate soluantur. Si liberi sunt (ea libertate quam status mortalitatis admittit) libenter in memoriam elapsa mala & pericula reuocabunt, & videbunt scripta opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Ascendēt quoque, postquam se liberos & sanatos aspiciēt, imitantes Ezechiam, in templum misericordiarum Domini, vt ei in gratiarum actionem restituta sanitatis hymnum laudationis decantent. Si verò adhuc peccatorum & vitiorum, nec non & immoderatorum affectuum molestitis illigatur, libenter agrorum suarum miseriarum experientia doctum exaudient, & remedia à sanctis patribus, & peritissimis animarum medicis, scripta percipient. Iucunda quippe est infirmis medicina, quæ dolores lenit, & ea quæ torquent, & affligunt, absorbet. Et scriptum est: Quia altissimus creauit medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa.]

Res verò tanta hac oratione pro tenuitate nostra diligenter exposita, & his scriptis declarata, nõ oscitantur, non perfunctoriè legenda est, sed attentæ lectio, & sollicita consideratione meditanda, tanquam ea, ex qua non incolumitas corporis, sed planè animæ salus tota dependet. Nam si ægroti medicum intentissimè audiunt, morbi remedia decernentem, & abiecta tūc omni alia cura, oculos in eius os ac faciem intendunt, ne ipsius dicta minùs bene percipiant, & potioris aut aliorum medicaminum mensuram vel minuunt vel excedant: quid faciat morbidus, non corpore sed animo, & peccatorum vulneribus laceratus, nisi attentè ac sollicitè sanctos Patres audire, quorum doctrina nostris his scriptis inferta, & ex illis mutuata est animæ medicatio, atque vulnerum & plagarum animæ curandarum instructio? Ita quæ dicemus accipiat, sicut terra granum tritici recipit, & receptum immutat, & multiplicatum agricolæ reddit: Sic & huius operis lector, quæ medicamenta peccatorum & vitiorum & affectionum nostrarum proponemus, vt lectissima grana recipiat, quæ debet in corde bono recondere, & labore meditationis immutare, & diligentia operis, Dominò, qui per indignum seruum hæc seminat, multiplicata referre. Ne si ad solam curiositatem ista legat documenta salutis, illa Pauli maledictione plectatur, qua dicit: Terra sæpe venientem super se bibens imbrem, proferens autem spinas ac tribulos, reproba est, & maledictio proxima, cuius cõsummatio in combustionem.] His autem legendis insistenti imber de celo non deficit, quia dum semina salutis Dominus lectoribus per visibilem librũ spargit, gratiam ad intelligendum, & ad desiderandum,

A & opere explendum quod legitur, inuisibiliter immittit. Quid verò sperare poterit, qui bono semine & salutari imbri suscepto non fructificat, nisi vt terra sterilis & infœcunda à Domino reputetur, & tanquam inutilis contemnatur?

Sed non est mihi curæ, si quæ in hac istius operis parte dicemus, difficiliora & amatoria lectoribus videantur: scio enim, primo aspectu, quæ ad peccati deletionem, & vitiorum expulsionem, attinent, tristitiam vultu præferre; probata verò & in vsum assumpta non minimam lætitiã generare. Nam quæ secundum Deum tristitia est, ideo gaudium & exultationem parit, quia (teste Paulo) penitentiam in salutem stabilem operatur; sicut è contrario lætitiã sæculi tristitiam veram efficit, quæ mortem operatur. At medicamina peccatorum, & vitiorum amputatio ac passio repressio, in suæ exercitationis exordio nonnulla insuauitatem habent? Demus hoc pusillis & imbecillibus; sed cuius momenti est habenda parua amaritudo, si cum profectus dulcedine cõferatur, quam in animam penitentem, & se cohibentem, inducit? Certum est autem, hæc acerbiora remedia agrotationibus nostris adhibita salutem animæ reportare. Nam, vt inquit Ambrosius, tunc auditor proficit, quando austeriora annuntiat prædicator: ei salus gignitur, quando tristitia emendationis ingeritur. Dicit enim Beatus Apostolus: Nam quæ secundum Deum est tristitia, salutem stabilem operatur.] Rectè ergo lator, quia salutem operor, cum obiurgo: mœreat licet filius mei asperitate sermonis, me tamè delectat, qui proficere illum intelligo per mœrorem. Ait Sanctus Apostolus: Quis est enim filius, quem nõ verberat pater? Non enim osculatur semper pater filium, sed & aliquando castigat. Ergo quando castigatur, qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amari inferuntur. Vnde ait propheta: Dulciora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici.] Isti itaque duo priores libri huius voluminis non nisi bellum sonant, non nisi abiectionem rerum dilectarum continent, non nisi vulnera nobis in ipsis sine vilo timore inferenda prætendunt: at non erubescit hæc scribere, docere, & prædicare, quæ pace mundi dulciora sunt, & omni possessione auri & argenti pretiosiora, & ideo vulnerant ad modicum tempus, vt in perpetuũ sanent. Vulnera sunt diligētis, à Domino piissimo patre mètibus suorum illata, vt eos peccati vulneribus, & inferni morte præcipiat. Vulnera sunt, sed medici vlcus aperientis, vt foetidissimum pus iniquitatis extrahat, & iocundissimam salutem gratiæ, & sua uolentem statim puritatis iniciat. Non ergo vulnera timeamus, nec mortificationis remedia detrectemus, quæ mortem quidem videntur minitare, sed hanc, ad efficiendam spiritalem ac suauissimam vitam, intentant.

Sed cum omnia quæ his voluminibus continentur, religiosis præcipuè, id est, mundo mortuis, & Deo uiuentibus, offerantur, cuperemus sanè peccatorum lethalium nullam memoriam facere, neque ea coram statim uiuentium habentibus nominare. Si enim miseram sæculum incolentes, & statim aliquem sæcularem periculorũ plenum habentes, possunt & solent grauiora peccata vitare; quid sentendum est de omnibus religiosis pericula sæculi deferentibus, & vitam pacatam, & occasionibus delinquendi grauius solutam habentibus, nisi quod à criminibus & peccatis lethalibus quã longissimè aberunt, & ea constanter euitabunt? Quemlibet autem hominem posse cum gratia Dei, omnia lethalia

peccata

Iob. 7. n. 11.

4. Reg. 20. n. 5.

Ecc. 38. n. 4.

Hebr. 6. n. 7. & 8.

2. Cor. 7. n. 10.

Amb. ser. 84. To.

2. Cor. 7. n. 10.

Hebr. 12. n. 7.

Prou. 27. n. 6.

D. Tho. 1. 2. q. 109. art. 8.

Aug. lib.
de perf.
inst. contra
Celest.
c. 17.

Tit. 1. n. 6.

peccata vitare, constans est omnium Patrum Theologorumque sententia, quos breuitatis gratia prætereo; vnum tantum Augustinum non omitam, qui sic ait: Si immaculati sunt, qui sunt sine crimine; etiam in hac vita fuisse atque esse negare non possumus; quia non ideo sine vilo peccato est aliquis (subintellige leui aut veniali) quoniã non habet maculam criminis. Vnde & Apostolus cum ministros eligeret ordinandos, non ait, Siquis sine peccato, quod inuenire non posset; sed ait; Siquis sine crimine, quod vtique posset. Nec solum est possibile omni graui peccato semper carere, secundum eam potentiam, quæ nunquam actione perficitur, sicut dicimus posse esse sapientem, qui in syluis inter feras educatus semper erit ignarus, sed etiam secundum eam potentiam, quæ sæpissime actione compleatur. Quare vt nunc purissimas virgines silentio regam, multi fuerunt sancti viri, vt Ieremias, Ioannes Baptista, Nicolaus Miræ episcopus, Bernardus Clauualensis Abbas, Dominicus ordinis prædicatorum fundator, Ludouicus Gallorum rex, & alii quàm pluri, qui (vt ex historiis constat) nunquam in tota sua vita lethaliter deliquerunt: innumerabiles verò fuerunt, & nunc sunt in Ecclesia Dei, qui post conuersionem suam, & arreptum spiritualis vitæ propositum, nunquam se graui peccato fœdarunt. Si ergo omnes status, & omnes occupationes sæculi, quæ non sunt manifestè malæ, nec mali speciem & formam habentes, aliquibus hominibus fulgent, qui nunquam semetipsos grauib. peccatis contaminant, quid præsumendum est de omnibus religiosi status celestem habentibus, & vitam ab omni sæculari periculo alienam sectantibus, nisi quoddam post susceptum religionis habitum perpetuò se illibatos

A ab omni graui peccato custodiunt? Certè si quos aliquando religiosos videremus, lethalibus peccatis sordentes, non possemus non grauius ingemiscere, & statum nostrum planctu Dauidis deplorare. Considera Israel, ait, pro his, qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati. Inclyti Israel super montes tuos interfecti sunt. Nam post munus Episcopale, Ecclesiæ celsitudo atque sublimitas status est religiosus sæcularium vitam perfectione virtutum & studio contemplationis excedens, & regulis ac sanctissimis institutis, nec non & exemplis fratrum & cura prælatorum, & diuinæ gratiæ affluentia satis tutus atque securus. In hoc autem monte præcelso, & tot mutationibus cincto, miserum est inclytos Domini cadere, & locum in animabus suis grauis peccati vulneri dare. At licet hoc ita esse deberet, aliqui fortè cadimus, & in portu submergimur, & in statu pacis ab hoste mortali ictu vulneramur, atque adeo necessitas nostra postulat, vt de ratione non solum vitandi venialis peccati, sed etiam de modo criminis seu peccati mortalis fugiendi tractemus. Postulat & id doctrinæ spiritualis, quam elaboramus, integritas, quæ, cum doceat mala fugere, non esset accuratè conscripta, si rationem ac viam fugiendi maximum malum præteriret.

B Duo igitur prima pars huius sexti libri explicabit; alterum est, quomodo crimen seu graue peccatum omnino fugiemus; alterum verò, quibus in instrumentis peccata venialia pro nostræ fragilitatis modulo vtique vitabimus. Illud breuius, quoniã viros spirituales, & perfectionis sitibundos, alloquimur: istud latius & copiosius exponendum est, vt doctrina hæc sit animabus illis accommodata, ad quas instruendas tota dirigitur.

2. Reg. 1.
n. 18. &
19.





PARS PRIMA

Huius libri de Abiectione peccatorum, tum mortalium tum venialium.

PRIMA igitur cura eorum qui vitam spiritualem aggrediuntur, debet esse, peccata vincere, secundum illud Ieremie: Si reuerteris Israel, ait Dominus, ad me conuertere. Id est, si ab statu inimicitiae, & anima, ad statum amicitiae & gratiae es reuersura, à conuersione incipe, & à peccatorum abiectione sume tuae reuersionis exordium. Nemo autem perfecte delicta vitabit, nisi eorum causas ac radices euulserit, quibus adhuc manentibus, licet ramos peccatorum absciderit, alij paulo post pullulabunt, qui illum poena damnationis inuoluant. Radices autem peccatorum (vt nunc affectus nostros inordinatos omittimus) duae praecipue sunt; altera, nobis insita, & longa male agendi consuetudine propagata, cuiusmodi sunt vitia: altera, Daemonis astus, & alicuius suasionis & prauae suggestionis inserta: nam de illo dictum est, quod Superseminauit zizania in medio tritici, & abiit, cuiusmodi sunt tentationes, quibus animam pulsant, & ad bonum omittendum, aut malum patrandum inuitat. De his igitur suo ordine in tribus huius libri partibus agendum est, vt fugere peccata sciamus.

Ier. 4. n. 1.

Matt. 13. n. 25.

Quid peccatum sit: & de duplici peccato mortali & veniali.

CAPVT PRIMVM.

PX primo illo Adae peccato, quod misera propagatione contraximus, facilitas in nobis peccandi processit, & ad malum procliuitas permanuit. Licet enim illa prima culpa per baptismum & aquam regenerationis verè in homine deleta sit, tamen ob defectum originalis iustitiae, inobedientia concupiscentiae & sensuum rebellio permansit, quae mentem ad malum trahere nititur, etiam nolentem, & peruersitati repugnantem. Quam rebellionem deslet Paulus, dum ait: Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi, perficere autem non inuenio. Et post multa alia, quae sequuntur, perficit suam querimoniam, dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Corpus itaque mortis, aut corruptio, & ad malum procliuitas, ex illo primo genitoris nostri peccato dimanans, nos singulis momentis inecat, & illis verbis, quae in libro Sapientiae continentur: Venite, & fruamur bonis quae sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter, ad legis diuinæ prauaricationem constanter inuitat. Huius hostis iniquis suasionibus vt resistamus, & omnem iniquitatem, ad quam nos impellit, fugiamus, primò quid sit peccatum, quod ab homine patrat, (nam de culpa originali nunc nihil dicimus) explicandum est; ex cuius cognitione facile erit causas ac rationes illud fugiendi deducere. Interrogamus ergo nunc

Rom. 7. n. 18.

n. 24.

Sapient. 2. n. 6.

A quid peccatum sit, quam habeat naturam atque substantiam, cum tamen si illud exquisitius discutiamus, & secundum quod aliquid operibus nostris superaddit, accipiamus, non substantiam esse, aut naturam aliquam, sed priuationem boni, reperiemus. Quapropter Ecclesiae Doctores peccatum defectum vocant, & quasi nihil esse decernunt. Vnde Dionysius Areopagita inquit: Peccatum est malum, priuatio, & defectio, infirmitas, inconuenientia, atque frustratio: & destititio, pulchritudine, vita, sensu, ratione, perfectione, ac sede, & causa priuatum, indefinitum, infecundum, otiosum, imbecillum, inordinatum, dissimile, infinitum, tenebrosum, carensque substantia, & ipsum nullo modo, nusquam, & nihil existens. Et Augustinus: Malam arborem homo facit, quando seipsum malum facit, quando à bono incommutabili deficit: ab hoc quippe bono defectus, est origo voluntatis malae, qui defectus non aliam naturam malam inuitat, sed eam quae bona est condita, vitiat; sanato autem vitio nullum malum remanet, quia vitium naturam quidem inerat, sed vitium natura non erat. Et Anselmus ait: Sicut absentia iustitiae, & non habere iustitiam, nullam essentiam habent; ita iniustitia & esse iniustum, nullum habent esse, & idcirco non sunt aliquid, sed nihil. Ac tandem Prosper Aquitanicus (vt quatuor tantum ex innumeris patribus id afferentibus afferamus) his elegantissimis carminibus idem confirmat:

Dion. de diuin. nomin. c. 4. part. 4.

Aug. l. de gra. Chr. cōtr. Pel. & Calist. c. 19.

Ansel. li. de casu diaboli. c. 15.



Proffer
lib. Epig.
24.

Per verbum omnipotens Deus omnia condidit unus,
A quo natura est nulla creata mali.
Et quod non fecit dives sapientia verbi,
Non habet in rerum conditione locum.
Nulla igitur vitis substantia, nullaque vita est,
Que vegetet corpus, materiamq. suam.
Sed cum libertas discedit ab ordine recto,
Nec servant proprium qua bona sunt, modulum,
In culpa & vitio est vagus in contraria motus,
Fitque malum veram deseruisse viam.

Licet autem nequitia per se ac seorsum considerata nihil aliud sit quam privatio æquitatis atque iustitiæ; at nunc nos (qui non Theologicas subtilitates speculari, sed animas Deo consecratas erudire de-crevimus) nequitiam non per se sumptam sed actibus nostris affixam meditemur, qui malitia affecti peccata vocantur, & sic eius naturam aperiamus.

Est igitur peccatum actio libera, debita rectitudine carens, qua quis legem se obligantem ac constitutivam transgreditur. Quæ verba, si attentè inspiciantur, licet brevissima sint, omnia illa continent, quibus Ambrosius & Augustinus peccati naturam explicarunt. Ambrosius enim dixit: Quid aliud est peccatum, nisi diuinæ legis transgressio, ac cœlestium inobedientia mandatorum? Augustinus verò multis hoc idem exposuit. Nam quodam loco ait: Peccare nihil aliud est quam neglectis æternis temporalia sectari. Et alio loco: Peccatum est legis transgressio. Etrursus alio: Peccatum est hominis inordinatio, atque perversitas. Atque iterum: Peccatum est voluntas retinendi vel consequendi id quod iustitia vetat, & vnde liberum sit abstinere. Ac tandem, peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum contra legem æternam. Vniuersa hæc Ioannes Apostolus vno verbo comprehendit, dicens: Omnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit, & peccatum est iniquitas. Iniquitas enim nihil aliud est quam transgressio æqui, aut exorbitatio ab eo quod iustum & æquum est. Nos verò illa brevi descriptione peccati concludimus, quæ rigidius aut mitius intellecta, in omne tam graue quam leue peccatum quadrat. Est namque peccatum omne, actio aliqua siue interior, vt cogitatio atque cõsensu; siue exterior, vt verborum prolatio, aut opus aliquod, quod externis sensibus percipiatur. Quia verò (vt Thomas verè ac subtiliter annotauit) affirmatio & negatio ad idem pertinent, nomine actionis, eius defectus intelligendus est, quo natura peccati omissionis cõtinetur. Neque enim solum peccamus, cum aliquid aduersus legem agimus, sed etiam cum lege præcepta seu iussa negligenter omittimus. Vnde Isaias ait: Væ mihi, quia tacui. Et Heli à Domino increpitus est, non quod occiderit, aut furatus sit, sed quod nouerat indignè agere filios suos, & non corripuit eos. Est ergo peccatum actio, vt concupiscentia, aut sermo, aut opus aliquod externum quod aduersetur legi; vel de factis atque omissione alicuius interioris aut exterioris actionis à lege præcepta atque statuta. Deinde peccatum est actio libera, id est, in nostra potestate constituta, quam possimus vel facere vel omittere: vt omnis homo sciat, quia nunquam ad peccatum cogitur, sed semper quod delinquit, propria voluntate tendatur. Quare Augustinus ait: Vique adeo peccatum voluntarium malum est, vt nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium. Beata quoque Lucia Paschalis præfecti ignorantiam irridens, dixit: Si inuitam iusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam. Quia mirabili ac non muliebris sed virili sententia, id ab Spiritu sancto docta, euidenter

Ambros.
de para.
c. 8.
Aug. li. 1.
de li. arb.
c. 17.
li. 2. de cõf.
Euz. c. 4.
li. de vni-
uersis q. ad
Simp. q. 2.
li. de duab.
animab.
c. 11.
li. 2. cõtr.
Faust.
c. 27.
1. Ioan. 3.
n. 4.

D. Thom.
1. 2. q. 71.
a. 6. ad 1.

Isa. 6. n. 5.
1. Reg. 3.
n. 13.

Augu. 1.
retract. c.
13.

A expressit, violentam sigilli virginis corruptionem, nec peccatum esse, neque etiam claustra pudoris frangat, decori virginis officere. Merito profectò illa ita sentit, & idem nos Catholica fide docti sentimus, quoniam nullus inobediens est Deo, qui non sua sponte aliquid aduersus eius voluntatem operetur, nec velut res inanimis ad quid operandum cogitur, atque compellitur. Præterea peccatum est actio libera, rectitudine carens, quæ inesse deberet; in hoc verò cõsistit, quod actio illa rectæ rationi repugnat, neque in id tendit, aut illis adiacentibus decoratur, quæ recta ratio, & legis à Deo aut hominibus late obseruatio præscribit. Quemadmodum enim effigies peccatum artis est, si minimè regulis artis ad exemplari consentiat; ita & humana actio peccatum moris est, si à dictamine rectæ rationis, quam Deus mentibus nostris impressit, & regulam bene ac sanctè viuendi desciscat. Ac tandem ex hac carentia rectitudinis prouenit vt peccatum sit legi & iussioni contrarium. Nam lex præcipit, exempli gratia, nequis aliena furtim rapiat, quod rationi consonum est. Ex hoc verò quod aliena rapit quis, & hanc præscriptam rectitudinem deserit, certè prouenit vt legem frangat, & ei contrarius aut inimicus existat. At multa peccata legibus humanis aduersantur; quare ergo dixit Augustinus peccatum esse contra legem Dei? Ideo profectò, quia diuina lex præcipit, vt naturali & humana legi pareamus. vnde non potest aliquis sine transgressione diuinæ legis humanam aliquam legem effringere. Quod & Paulus aperte fatetur, dicens: Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt.

C Atque hæc descriptio proposita in vniuersum (vt diximus) omni peccato conuenit: quod (vt ad nostrum propositum spectat) duplex est alterum, mortale; alterum, veniale. Mortale peccatum est actio libera, eò vique rectæ rationi ac diuinæ legi contraria, vt vitam spiritualem eripiat, & mortem afferat animæ peccanti, cuius mortis vi homo à Deo ac Dei regno separatur, & supplicio æterno dignus efficitur. Vitam quidem animæ tollit, quæ vita Deus est, animam per gratiam inhabitans; homo autem graue aut mortale peccatum admittens, Deum vitam suam deserit, ab eoque recedit, sicut scriptum est: Scito & vide, quàm malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem eius apud te. Mortem autem adfert: Nam, Stipendia peccati, mors. Et alio loco: Impij manibus & verbis accesserunt illam, & estimantes illam amicam, defluerunt, & sponsones posuerunt ad illam. A regno etiam Dei separat. Vnde Paulus ait: An nescitis, quia iniqui regnum Dei non possidebunt? Nolite errare, neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque adulteri, neque molles, neque masculorù concubitores, neque fures, neque auari, neque ebriosi, neque maledici, neque rapaces regnum Dei possidebunt. Et iterum: Manifesta sunt opera carnis; quoniam qui talia agunt, regnù Dei non consequentur. Denique æternæ morti animam peccantem addicit, sicut testatur Ioannes in sua Apocalypsi: Timidis, ait, & incredulis, & execratis, & homicidis, & fornicatoribus, & veneficis, & idololatriis, & mendacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne, & sulphure, quod est mors secunda. Hæc omnia Laurentius Iustinianus peccati lethalis mala in hunc modum enumerat: Beatum dixerim, cui datum est nosse quid sit peccatum, quod operetur in homine, & ad quem, in eo perseverantè, deducat finem. Peccatum quidem nulla est substantia, vt res aliqua, sed est voluntas retinendi & sequendi quod iustitia vetat.

D
E

Roma. 13.
n. 2.

Ierem. 2.
n. 19.

Roma. 6.
n. 23.
Sup. 1.
n. 16.
1. Cor. 6.
n. 9. & 10.

Gal. 5.
n. 19.
& 21.

Apoc. 21.
n. 8.

Iust. li. de
perf. gra-
dib. c. 1.



Per peccatum homo fit alienus à Deo, interemptor sui, gehennæ filius, cõfufionis domus, diaboli feruus, dissipator naturæ, gratiæ illufor, gloriæque contemptor. Ideo autem peccatum hoc animam interimit, & à Deo separat, quoniã (ipfa natura dictante) quædam funt aut amicorum, aut dominorum iniuriæ ita graues, vt amicitiam diffoluant, & amorem extinguant; ita amicis aut regibus ac principibus difplicentes, vt amicum ab amico diffoient, & fubditum domo regis pellant, & ab eius omnino fubiectione reiiciant. Tanta verò eft hominis miferia atque calamitas, vt iniurijs huius generis poffit aduerfus Deum fuum creatorẽ admittere, quas merito peccata mortalia, id eft, mortẽ animæ afferentia, vocamus, atque eam à Deo feperare, & in fummum ac extremum malum detrudere, confitemur.

Veniale peccatum eft actio libera, dictamini quidẽ rationis & iuffioni legis aduerfa, ac ob id Deo iniurifa, fed quæ ob fui paruitatẽ, nec vitam fpiritualem animæ auferat, neq; hominem à regno cælefti excludat, nec æternis cruciatibus definet, licet iuxta fuæ malitiæ quantitatem tẽporalem pœnam fubeat. Eft quidem veniale peccatũ dictamini rationis contrarium, quæ præfcribit ne graue malũ faciamus, & ne leue malum admittamus. Nam ficut leui agritudine corporis incolumitas leuiter læditur, ita leui peccato aliquantulum rationis fulgor inficitur. Atque etiam eft iuffioni legis aduerfum. Dominus enim qui præcepit, non furtum facies, non folum magnũ furtum vetuit, fed leue quoque furtum prohibuit. Et qui iuffit non iurare omnino, vniuerfa iuramenta etiam leuia, & fine debita caufa prolata, effe contra fuam voluntatem & legẽ, expofuit. Et qui de verbo otiofo rationẽ eft accepturus, & illud aliqua caftigatione puniturus, vtique aduerfum legi fuæ tale verbum declarauit. Sed quemadmodũ in humana republica funt aliqua leges fine quarũ obferuatione omnino ftare non poteft, quas præterire grauiffimum effe cognofcitur; aliæ verò optime gubernationi conducibiles, quas transgredi, leue & non magni momenti iudicatur; ita in regno Dei, quædam funt leges, ex quarum custodia charitas & animæ vita dependet; aliæ verò fine quarum obferuatione charitas & fpiritalis vita adhuc ftare poteft; & illarum transgreffio, peccata mortalia; iftarum verò, peccata leuia & venialia conftituit. Et ficut inter homines licet quælibet offensa amicitiam aliquo modo lædat, non tamen offensa leuis amicitiam diffoluit, nec amicum à participatione bonorum amici omnino reiicit, fed aliqua leui fatisfactione remittitur; eodem prorfus modo leues offensa aduerfus Deum, quas homines ex humana fragilitate committunt, erga Deum contractam per gratiam & charitatẽ amicitiam non auferunt, atque adeo nec animam interficiunt, nec regnum illi cælefti claudunt, nec æternis pœnis addicunt. Patens eft ergo ac manifesta peccati mortalis & venialis differentia: quodd illud legi neceffariẽ ad retinendam vitam fpiritualem animæ; iftud verò, fi ex genere ac natura fua veniale fit, vt verbũ otiofum, legi folum conducibili opponitur. Quodd fi tantum ex paruitate materiæ, vt modicum furtum, aut ex defectu plenæ deliberationis, vt minus honefta cogitatio legibus ad charitatem neceffariis opponatur, non eas vtique ad Dei contemptum ac magnam offentionem transgreditur. Peccatum mortale charitatem & gratiam tollit; & veniale, feruata charitate eius feruorem extinguit. Illud præfert creaturam Deo, quia ob amorem creaturæ Deum defert; iftud non præfert, quia licet fe ad creaturam inclinet, non tamen Deum propter illam derelinquit. Illud confti-

tuit vltimum finem in creatura, quia ab vltimo, propter quem creati fumus, fine difcedit. Iftud non ponit finem in creatura, quia gratiæ decorem & charitatis pulchritudinem, qua homo tanquam in finem tendit in Deum, non amittit. Illud animam interficit, iftud fœdat. Quare Gregorius dixit: In peccatorum & criminum diftinctione penfandũ eft, quia nonnulla peccata animam polluant, quam crimina extinguunt. Illud denique nunquam æternæ pœnæ fatis puniunt; iftud pœnæ tẽporales diluunt; quoniam graue peccatum hominem Dei inimicum facit, quem nunquam cælefte regnum, fofos amicos recipiens, admittet: at leue peccatum Dei filiationem non tollit, & ideo hominem qui illud patrauit, iam purgatum, & debita caftigatione punitum, cæleftis patriæ vt Dei filium, recipiet. Ex hoc autem difcrimine Ricardus Victorinus omnem naturam peccati mortalis & venialis affumpfit. Videtur mihi, inquit, veniale peccatum, quod in Christo renatis per fe folum nunquam inducit æternũ fupplicium, etiam fi defuerit pœnitentiæ remedium. Mortale verò peccatum, etiam fi fuerit folum, fi pœnitentiæ remedium defuerit, æternam mortẽ inducit. Hinc etiam patet quare peccatum lethale hominem diaboli filium & membrum faciat; veniale verò, filium Dei & membrum Chrifti, hominẽ relinquat. Quia videlicet, vt Auguftinus ait: Quamuis diabolus fit author & princeps omnium peccatorum, non tamen filios diaboli facit quodcumque peccatum. Peccant enim & filij Dei: Quoniã fi dixerint fe non habere peccatum, fe ipfos feducunt, & veritas in eis non eft. Sed ea conditione peccant, qua funt filij adhuc huius fæculi. Qua verò gratia funt filij Dei, non vtique peccant: Quia omnis qui natus eft ex Deo, non peccat. Hæc ad cognitionem naturæ peccati, & diftinctionem peccati, grauis & leuis, pro fundamento dicendorum fufficiant.

*Peccatum mortale fugiendum effe ob
fuam malitiam.*

CAPVT II.

D C E duos hoftes animæ, ac vitæ fpiritalis infeftiffimos inimicos, quibus perfectionem ac fanctitatem futiens debet in primo vitæ fpiritalis gradu acerrimum bellum indicere. Frufta enim conabitur, qui peccata non abijcit, perfectam virtutem in domum fuæ mentis inducere, & qui hoftes Domini tuetur & fouet, eius gratiam & dona comparare. Ac primò mortale peccatum funditus deltruendũ eft, & inter innumera, quæ nos ad eius fugam ac victoriã mouere poffunt (nam idem eft peccatum fugere & vincere, atque deltruere) tria tantum, fcilicet peccati mortalis nequitiam, fœditatem, pœnamque tractabimus. Eius malitiã tãta eft, vt quodlibet crimen aut lethale peccatum omnia mala, & vera mala, & in fupremo gradu conftituta contineat. Ego enim contempfor, quodd ficut Deus vnum bonum fecit; quodd omne bonum continet, nempe hominem Deum, & Dei ac hominum mediatorẽ Chriftum Iefum; In quo funt abfconditi omnes thefauri fapientiæ & fcientiæ Dei; ita humana nequitia atque miferia vnum malum facit, fcilicet mortale peccatum, quodd omne malum comprehendit. Nec mirum id, quoniam ficut illud opus eft fummæ mifericordiæ atque potentia; fic iftud eft fummæ imbecillitatis atque miferiæ; nam omnis boni priuatio non poteft niſi ab immenfa

Greg. 21.
mor. c. 9.

Ricard.
tract. de
differẽtia
mortalis
& venialis.

Aug. li. 3.
cõf. duas
Epiſt. Pe-
lag. c. 3.

1. Ioan. 1.
n. 8.

1. Ioan. 9.
n. 9.

Celeft. 2.
n. 3.

quadam infirmitate & calamitate prodire. Et licet delictum nostrum non superet, nec æquet illud donum Dei, quod potes est omnia peccata & omnem iniquitatem sopire; tamen suo modo est omnis mali & miseriæ aceruus & causa, vt sic summa bonitas ad delendam summam nequitiam & miseriam adueniret, cuius bonitatis fructus est, secundum Isaiam, vt destrueretur, ac deleteretur peccatum. Considera igitur mihi vniuersa mala, & ea omnia in vno mortali peccato agglomerata reperies.

Malum est paupertas: Sed peccatum lethale miseram animam, si fidem & spem excipias, omnibus supernaturalibus bonis spoliatur, & illas duas virtutes, quas non tollit, at mortuas, & charitatis vita vacuas relinquit. Quare animæ peccatrici Abdiæ sermones insultant: Si fures, inquit, introissent ad te, si latrones per nocte, quomodo coticuisses? Nonne furati essent sufficientia tibi? Si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemum reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt Esau, investigauerunt abscondita eius? Prædones, ait, quod sibi sufficiat, diripiunt, reliqua verò possessoris rerum vsui concedunt: & vindemiatores peracta vindemia aliquos saltem racemos vitibus foliisque celatos derelinquunt: At hostes animæ, scilicet peccata, diligentiores & crudeliores in rapiendo, vniuersa suffurantur, & omnimodam bonorum supernaturalium egestatem inducunt. Quod si sola gratia, vt Thomas ait, omne bonum naturæ superat, quam egestatem patietur infelix peccator, qui gratiam, & virtutes, & spiritus sancti dona vel vno tantum perpetrato crimine amittit: Certè omnium maximam; adeo vt verissimè Chrysostomus dixerit: Nihil est peccante paupertus. Alij enim pauperes opibus diuitum sustentantur, vel saltem communibus subsidijs naturæ fouentur, quos vel fera, vel pisces, vel poma siluestria omnibus concessa reficiunt, & aquæ fluminum & fontium refrigerant, & ipse calor Solis, si vestimenta non suppetant, ad tempus saltem corpus opriet. At animæ peccatricis mendicitati quænam ex rebus creatis subueniet, cuius famè & sitim solus Creator extinguit, cuius nuditatem sola Christi imitatio cooperit, cuius necessitatibus depellendis sola bona supernaturalia, quæ ablegauit peccatum, vtctinque sufficiunt? Homo ergo cui Deus omne bonum, & supernaturalia bona desunt, in extremam paupertatem peccando decedit, & omnium bonorum quæ illi ad salutem proficiebant, penuriam incurrit.

Malum est dolor: At quis dolor super dolorem lethalis peccati, quod nexum Dei animæque dissoluit, & conscientie mordentis stimulis hominis interiora disruciatur? In primo quidè congressu aliquam dulcedinem promittit, sed vulnus ac lacerationem animæ incredibili dolore consummat. Ac proinde de illo intelligi potest illud Salomonis: Ne intuearis vinum, quando flauescit, cum splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Peccatum enim vinum est, non illud, quod bonæ vites germinant, sed quod pestilens aduersarius noster propinat: Nam fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Huius primus aspectus insipientibus pulcher & delectabilis videri solet, qui vindictæ appetitu, superbiæ dominantu, & voluptatis gustu lætantur, sed faucibus mentis traiectum, ac in stomachum spirituale translatum, ô quales tortiones excitat, & quantis in quietudinebus animam grauat! Nec mirum quod peccatum gustum carnis falsa dulcedine mulceat, & ventrem animæ amarissimo dolore conficiat, quoniam liber

A ille, quæ Ioanes Angelo ministrante comedit, hos duos licet contrarios effectus insitillauit: Et accepit, inquit, librum, de manu Angeli, & deuorauit illum, & erat in ore meo tanquam mel dulce; & cum deuorasssem eum, amaricatus est venter meus. Si liber iste, qui tribulationes Ecclesiæ præsignabat, ori dulcedinem attulit, quoniam dulce est futura prænocere, & ventri Apostoli amaritudinem, quoniam amarum est, eorum, quos diligimus, pressuras audire: quantum dolorem ac tristitiam peccatum afferet ei, qui non tribulationes alienas audit, non penas proprias, quæ Deo placitæ esse solent, sustinet, sed culpas proprias Deo infestissimas, & sibi ipsi summum dedecus afferentes experitur? Profectò non est dolor super peccati dolorem, qui sicut magnitudine & cruciatu omnibus doloribus maior est, ita etiã diuturnitate reliquos dolores vincit. Id namque contemplor ego in illis verbis Ieremiæ: Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis, renuit curari? Facta est mihi quasi mendaciū aquarū infidelium. Dolor peccati perpetuus est, qui durate in recessibus cordis delicto, semper manet, & solo cõtritionis dolore, & delicti abiectione minuitur. Plaga est desperabilis (& in desperatione sanatur adipiscenda maximus dolor est) quæ nullæ vires creatæ sanant, sed sola potens Dei gratia propulsat. Hanc plagã sanctus propheta dolo aquarum infidelium simile dicit, quæ nec talos operire videtur, sed in sperata profunditate hominẽ mergunt: Ita graue peccatum videtur animæ stultæ & insipienti parum nocere, sed ita nocet, vt omnia interiora bona pessundet.

C Malum est seruitus: Sed peccatum est seruitus omnium seruitutum miserima, atque immanissima, qua infelix homo suo appetitui seruit, suis parat affectibus, & Dæmoni vilissimo hero ac nefandissimo obsecudat. Nihil vilius quam appetitui seruire, quem Deus, non hominis dominum sed mancipium constituit. Sub te, inquit, erit appetitus eius, id est peccati, quo scilicet ad peccatum impelleris, & tu dominaberis illius. Si autem viliissimū est, nobilissimam ac pulcherrimam virginem, se abiectionem ancillæ seruam vltro facere, quanta vilitas erit, animam rationis participem, Deique capacem, se in ancillam malitiæ committere? Nihil etiam miserius quam parere immoderatis affectibus, seu motibus carnis bestialibus, & illiratione subijcere: quod sanctum malum peccati malitiam in sinum recondes admittit. Hanc verò miseriam esse maximam Isaias sub inuolucro Ægyptiorum, in quibus intelligimus peccatores, vaticinatus est. Et relinquuntur, ait, simul auibis montium, & bestijs terræ: & æstate perpetua erunt super eum volucres, & omnes bestie terræ super illum hiemabunt. Certè Hieronymus hoc loco nomine eorum qui relinquuntur, palmitem à vite præcisos, id est, peccatores, intelligit: Dominus enim, ait, Omne palmitem in me non ferentem fructum, tollet eum. Hi autem quibus volucris estate, & quibus bestijs hieme traduntur, nisi superbiæ & puillanimitatis affectibus, quorum sili in prosperitate, & isti in aduersitate super animam peccatoris regnant, & eã ad multiplicia peccata ex his radicibus pullulantia continenter inuitant: Ac miserissimum & infelicissimum est, peccato ipsi, & diabolo hominis aduersario, seruire. Sed peccatore seruum esse peccati ipsa summa veritas testata est, dicens: Amen, Amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Cuius rationem assignat Paulus in hunc modum: Nescitis, quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendū, seruus estis eius cui obeditis, siue peccati ad mortẽ, siue obediõnis ad iusticiã.

Apoc. 10.
n. 9. 10.Ierem. 15.
n. 18.Genes. 4.
n. 7.Isai. 30.
n. 6.Hieron. 7.
in Isai. ad
idem c.
Ioan. 15.
n. 2.Ioan. 8.
n. 34.Rom. 6.
n. 16.

Et aliam

Isai. 37.
n. 9.Abdi. as.
n. 5. & 6.D. Thom.
1. 2. q. 113.
ar. 9. ad
2.Chrysof.
hom. 5.
de prouid.
Tom. 5.Prou. 23.
n. 31.
& 32.Deuter.
32. n. 33.

2. Petr. 2.
n. 19.
Et aliam etiam subinfert Petrus, dum ait: A quo quis superatus est, huius est seruus.] Si ergo peccator ab iniquitate superatus, & in bello tentationis vincitur: Si victus iniquitati in cunctis obsequitur, & se & sua omnia in eius obsequium impendit, & nihil aliud cogitat, nisi quomodo iniquitatem colat, & in dies magis ac magis augebit, quis ambigat eum esse iniquitatis trophæum, ac seruum peccati? Ex hoc verò consequens est, vt peccator sit seruus diaboli. Nam per peccatū, diaboli filius imitatione, & obedientia seruus, efficitur. Vnde Iudæi audiunt:

Ioan. 8.
n. 44.
1. Ioan. 3.
n. 8.
Vos ex patre diabolo estis, & desideria patris vestri vultis facere.] Et Ioannes Apostolus ait: Qui facit peccatum, ex diabolo est; quoniam ab initio diabolus peccat.] Quid est, peccator ex diabolo est, nisi quia peccator ex diabolo, quasi ex patre procedit, ab eo ad alios decipiendos mittitur, & qui secundum naturam à Deo creatus est, secundum iniquitatem à Diabolo regitur ac gubernatur? Quam durā autem dominationem ac diram tyrannidem in peccatorem exercet peccatum, ac per eum Diabolus, Augustinus,

Aug. 8.
conf. c. 5.
ante conuersionem expertus, his verbis aperit: Suspirabam ego ligatus, non seruo alieno, sed mea ferrea voluntate. Velle meum tenebat inimicus, & inde mihi catenā fecerat, & constrinxerat me. Quippe ex voluntate peruersa facta est libido; dum seruitur libidini, facta est consuetudo; & dum consuetudini non resistitur, facta est necessitas. Quibus quasi anfulis quibusdā sibi met innexis, vnde catenam appellauit, tenebat me obstrictum dura seruitus, &c.]

Chr. hom.
9. in 1. ad
Cor. n. 1.
Chrysostomus verò non in seipso, qui semper innocenter vixit, sed in aliis expertus, non minus euidenter exponit. Barbarum namque peccatum est, inquit, quod cum animam semel captam, ita vt contra persuaderi nesciat, in suis sordibus demerferit, sub tyrannidem redigit. Nihil enim tam præter rationem est, quam peccatum. Nihil tam stultū, nihil tam fatuum, nihil tam vehemens, omnia euertit, confundit, perdit. Quocumque incidit, visu iniocundum est, graue, onerosum. Quod si quis pictor effingeret, non sanè mihi errare videretur, si in hunc modum id pingere, Fæminā quandam in feræ similitudinem, barbaram, ignem efflantem, horridam, nigram, quales externi poëtæ Scyllas effingunt. Innumeris enim manibus, nostris insidiatur cogitationibus, & inopinantes aggreditur, omnia dilacerat more canum clanculum mordentium.] Quod si Daniel tam luctuosè conqueritur, quod electus populus traditus est in captiuitatem inimicorum crudelium: Tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum, præuaricatorumque, & regi iniusto & pessimo vltra omnem terram: quanto dolore torquendus esset peccator, qui spontaneè seipsum in captiuitatem diaboli tradidit, & seruum se peccati ac mancipium effecit?

Dan. 3.
n. 12.
Malum est infamia? Sed peccatum est infamia hominis peccatoris, & ignominia grauissima. Quos enim de seipso peccator rumores spargit, nisi quod à Deo suo creatore desecit, quod aduersus legitimum omnium regum principem rebellauit, quod Deo creaturam præposuit, & summum bonum contempnit, & Spiritum sanctum contristauit, & Christum non iam triginta argenteis, sicut Iudas, sed minori sæpe pretio vendidit, & pro Barabba, aut pro diabolo commutauit, & authorem vitæ (quod ad se pertinet) a lapis afflixit, spuris scædauit, pedibus conculcauit, & acerbissimò genere mortis affecit? Ista omnia de peccatore dicuntur: & non per amplificationem quandā, sed verè dicuntur: eius ergo memoria in maledictione est, eius nomen infame est, cuius ignomi-

A
nia omnium perduellionum ignominiam exuperat. De cadaveribus eorum ascendet fætor, inquit Isaias, tabescent montes à sanguine eorum.] Non putes, quia solum corpus orbatū anima cadaver est, amen dico tibi, quia & anima ipsa Deo per graue peccatum carens, cadaver est putidissimum, cuius infamie fætor in ipsos cælos ascendit, & spirituum cælestium olfactum terro & intolerabili odore perfundit. Qui eo magis hanc peccatorum ignominiam spiritualiter sentiunt, quo meliùs summi Dei, quem offendit peccatum, dignitatem & maiestatem percipiunt. Quid mirum si Angeli iniquorum infamia pulsantur, quam creaturæ etiam sensu & ratione carentes agnoscunt? Tabescent, inquit, mōtes à sanguine eorum.] Montes quidem purior terræ pars, & aëris subtilitate salubrior, ex odore peccatorum inficitur; quanto magis ipsa terra malorum pedibus trita, in qua sua flagitia perpetrant, criminum putore scædabitur, quæ propterea in nouissimis diebus, vt ait Petrus, exurenda sit, vt ignis ille terribilis non tam scoriam naturalem, quam sordes ex hominum peccatis relictas absumat? Quid plura? hæc infamia peccatoris non solas creaturas peruadit, & inter conseruos spargitur, sed ad aures quoque patrisfamilias accedit, in cuius figuram Villicus ille iniquitatis diffamatus est apud Dominum suum. Pete à Bernardo, quisnam hunc Villicum diffamauerit, & dicit tibi, quia petulantia ipsa est, quæ disseminauit infamiam. Illa etsi in actum non prodeat, & in solo corde, aut cogitatione compleatur, habet uicem suam apud Dominum, accusantem illum, eiusque famam & nomen denigrantem. Magna igitur est peccatoris infamia, quæ per omnium ora volitat, omnium aures percutit, & tandem in nouissimo die, in illo orbis theatro, vbi vniuersū genus humanum, ad audiendam sententiam damnationis aut solutionis, conueniet, miseritimum peccatorem risu & ludibrio vniuersorum exponet.

B
C
Malum est morbus? Sed peccatum est ægritudo maxima, quam nulla vis naturæ sanat, sed sola Dei virtus ac miseratio consolidat. Peccatum enim affectuum pacem tollit, & appetitus ac rationis societatem dissoluit; sensus spirituales impedit, manus & pedes ligat, vires debilitat, cibum & potum auersatur, & hominem in lecto suæ miseriæ iacere compellit. An non ægritudo illa, de qua Sanctus Dauid: Miserere mei Domine, quoniā infirmus sum: Sana me Domine, quoniā conturbata sunt ossa mea.] An non vulnus illud, de quo Salomō: Cui vix, cuius patri vix, cui rixæ, cui foueæ, cui sine causa vulnera, cui suffusio oculorū? Nonne his, qui comorantur in vino,] id est, in dolosa atque impurissima voluptate: An non plaga illa, quam vel ipse peccator dissimulare non potest, sed ait: Vix mihi super cōtritione mea, pessima plaga mea?] An non cicatrix illa, de qua iterum Dauid: Putruerūt, & corruptæ sunt cicatrices meæ à facie insipientiæ meæ.] Nemo est qui ignoret, peccata animæ ægritudines esse, de quibus alio psalmo dicitur: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.] Infirmitates posuit pro peccatis, inquit Augustinus, sicut ad Romanos Apostolus dicit: Si enim Christus, cum infirmus essemus, adhuc iuxta tempus pro impiis mortuus est.] Hos dixit infirmos, quos impios. Deinde paulo post eandem sententiam repetens: Commendat, inquit, suam charitatē Deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est.] Quos infirmos supra, eos hic peccatores appellauit. Cum ergo peccatū infirmitas sit, quantus putas infirmitatibus subest, qui non vnum tan-

D
E
rūm

Isai. 34.
n. 3.

2. Petr. 3.
n. 10.

Lucæ. 16.
n. 1.
Ber. ser.
de villico.

Ps. 6. n. 3.

Prou. 23.
n. 29.

Ter. 10.
n. 19.
Ps. 37.
n. 6.

Ps. 115.
n. 4.

Aug. ep.
59. ad
Paul. 9. 2.
Rom. 5.
n. 6.
n. 9.

tum peccatum, sed multa peccata patrauit, qui non in vno peccatorum genere, sed in omnibus, aut in multis deliquit? Monstruosam erit talem animam aspiciere, quæ contrariis morbis impetitur; & sicut mare quod vi contrariorum ventorum ad oppositas partes mouetur, ita ad omnino opposita desideria raptatur, nec potest quiescere, aut aliquod solatium habere, quæ in quocunque quod immoderatè vult, libimet ipsi contradicit.

Malum tandem est mors. Sed peccatum est mors, quæ animam occidit, à Deo, vita eius, separans, & à gratia diuellens, & in ipsum corpus, quod ante peccatum, Dei beneficio immortale esset, vt Thomas ait, mortalem aliam, scilicet corporalem, intrudens. Quare dictum est Adæ: De ligno scientiæ boni & mali ne comedas, in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris. Ac si diceretur illi, Tam pestilens erit mors peccati, qua anima tua à sua vita, nempe à gratia, separabitur, vt etiam in corpus se deriuat, & illud ab immortalitate ad mortalitatem transferat, & post multos angores & pressuras, in mortem inducat. Peccatum itaque mors animæ est: & stat immobilis sententia conditoris: Anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Vnde Gregorius ait: Quid est peccatum nisi mors? Hinc etenim scriptum est: Non est in morte qui memor sit tui. & iterum: Intrauit mors per fenestras nostras. Mors namque est, quæ animam à Deo separat, sensuum internorum intercludit officia, diuinam deturpat imaginem, lucis adimit claritatem. Denique qui Christo moritur, in sepulchro conscientia tumulatur, ligatur concupiscentiarum instis, à conspectu Dei proiicitur, duritie operitur, lapide iniquitatis intus clauditur. De talibus scriptum est: Prodiit quasi ex adipe iniquitas eorum. Et Bernardus id etiam ex mortis corporalis analogia probans, inquit: An aliud mors corporis est, nisi cum sensu priuatur, & vita? Peccatum quod mors animæ est, nec compunctionis mihi sensum, nec confessionis reliquerat vocem, & eram mortuus: Venit is qui peccata dimittit, & vtrumque restituit, & dicit animæ meæ: Salus tua ego sum. Ecce mortem, quam timeas; ecce amissionem vitæ, quam timeas; nam mors corporis viro iusto timenda non est. quæ finis est miseriæ, solutio mortalitatis, ianua vitæ: hæc verò mors animæ formidanda, quæ cumulus est miseriarum, aceruus malorum, & æternæ ac infernalis mortis nota certissima.

Si ergo lethale peccatum hæc omnia mala continet, ipsum est omne malum: vt sicut de Deo dicit æterna Veritas: Nemo bonus, nisi vnus Deus; quoniam ipse infinitum est bonum, à quo omnia bona procedunt; ita dicamus & nos: Nemo malus, nisi solum peccatum, quoniam suo modo immensum malum est, quod homines facit malos, & ab eo omnia pænæ mala dimanant. Ideo sacræ literæ peccatum absolutè malum vocant. Scito, & vide, inquit Ieremias, quia malum & amarum est, reliquiste te Dominum Deum tuum. Malum & amarum. Aliqua enim mala videntur mala dulcia, quæ aut alios, quos odio habemus, inquietant, aut prauum appetitum nostrum demulcent; at peccatum malum est amarum, quasi absinthium, quod vel gustatum affert mortem, conscientiam pungit, & in amaritudinem lacrymarum & dolorum immittit. Millies quoque de pessimis quibusdam regibus Iuda & Israel dictum est, quod fecerunt malum coram Domino. Malum nempe peccati, quod apud Dominum, qui vniuersa iustissima trutinæ æquitatis expendit, solum verum malum, & infelicitissima miseria reputatur. Fecerunt illi ma-

1. p. 97. art. 1. Gen. 2. n. 17.

Et ec. 18 n. 20. Greg. in Ps. 7. ex penitent. Ps. 6. n. 6. Ierem. 9. n. 21.

Psal. 72. n. 7. Ber. ser. 15. in Cant.

Psal. 34. n. 3.

Marci. 10. n. 18.

Ierem. 2. n. 19.

lum, quod includit omnia prædicta mala, & sicut est omnium malorum seminarium, ita omnia mentis bona dilapidat. Vnico enim peccati consensu, ait Laurentius Iustinianus, immensas animæ ac corporis homo spirituales amittit diuitias, sibi que cum dolore vendicat, quod gratis & sine labore perceperat. Innocentiæ quippe candorem, immortalitatis stolam, carnis incorruptibilitatè, animæ puritatem, contemplationis dulcedinem, spiritus libertatem, regnum cælorum, angelorum contubernium, amicitiam Dei perdidit, ad quæ maxima cum fatione assurgit. Ex his aliqua ex parte malitia peccati cognoscitur, & eius infelicitas propalatur. quare si ipsa natura ducti, omne, malum & detrimentum afferens, fugimus; æquum est, vt ipsam malitiam, & omnium malorum & infelicitatum statum, qualis est status peccatoris, summis conatibus fugiamus.

Iusti. ser. de S. Ioa. Euang.

Peccatum mortale fugiendum esse ob suam fœditatem.

CAPVT III.



ICVT nihil est peius lethali peccato, ita nihil est fœdus atque deformius, quod ita animam turpat, arque commaculat, vt ex pulcherrima, supra omnia, quæ ab homine cogitari possunt, turpem, tetram, ac deformem efficiat. Huius ergo deformitas ex animæ pulchritudine, cui opponitur, venanda est: quæ in omnium virtutum cumulo, in earundem proportione, ac in morum debita dispositione consistit. Istam omnino peccatum euertit, quod & virtutes euertit, atque dilacerat, animæ vires eneuat, & bonos mores malorum inductione corrumpit. Vnde Ieremias, vt hanc peccati deformitatem exprimeret, prius sanctitatis decorem depinxit, vt ex huius pulchritudine illius turpitudinem aduertamus: Candidiores Nazaræi eius niue (quibus sancti figurati sunt) nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Si verò à virtute ad peccata defleuerit, Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in plateis: adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum. Quid candidius niue? Sed quid nigrius ac terrius carbone? Quid nitidius lacte? Sed quid obscurius eo, qui nec à concubibus potest agnosci? Quid splendidius ebore antiquo, quod temporis antiquitate rubescit? Sed quid squalidius arida cute quæ non viuam carnem tegit, sed ossa mortua & putrescencia cooperit? Quid pulchrius sapphiro? Sed quid fœdus ligno quod ignis odor tetigit, & adurens flamma consumpsit? Tales peccatum, homines pulchros, reddit, & qui tantâ stragem in pulchritudine facit, non potest ab ingenti fœditate liberari. Hanc profecto, siquid aliud, Christi Saluatoris mors, passioque detexit. Ille namque Speciosus forma patris filius hominum, quia hominum impiorum fideiussor factus est, ad eo suam pulchritudinè exoluens pœnas peccatorum turpauit, vt dicat Isaias, cum in passione contemplans: Non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus. Si peccati pœna ita corpus Saluatoris commaculat, & omnè eius decorem exhaurit, culpa ipsa quid faciet? quomodo peccatoris mentè inficiet? quanta deformitate sordabit? Id certè nec sermo explicare, nec lingua loqui, nec mens potest sufficienter meditari.

Thren. 4. n. 7.

n. 8.

Psal. 44. n. 3.

Isai. 53. n. 2.

Cogitemus tamen fictionem hominis, qui caput deorsum

deorsum

deorsum habeat, & pedes in loco capitis sursum, qui omnibus membris conseruet miserabili peruersitate disiunctis; & non in propriis locis, sed in sedibus aliorum adinvicem collocatis; qui cæcus sit, & surdus, & mutus, qui paralyti dissolutus, & omni pedum ac manuum officio priuatus, non progrediendo more hominum, sed velut coluber aut serpens reptando moueatur. Quid isto fingi potest turpius ac fœdius? Sed talis sine vlla dubitatione est anima, quæ peccatum admisit, & per lethale crimen se à Deo vita sua, & à gratiæ pulchritudine separauit. Caput enim habet in pedibus, dum mentem ad terrena & illicita deprimit; & pedes in capite, dum affectus carnis immoderatos, rationi, & legi diuinæ dominari permittit. Ideo Salomon iniquos peruersos vocat: Supplantatio peruersorum vastabit illos, quoniam semetipsos peruertunt atque confundunt, & quod maius & superius esse deberet, infimum & seruum faciunt; infimum verò ac seruum appetitum, liberi arbitrij dominum ac duces constituunt. Membra etiam habet hæc anima ad se inuicem dissociata, quæ non vnum quid, scilicet finem suum, sed multa & sæpe contraria procurant. Inde intestina bella peccatoris, & interna lites, quibus secum ipse pugnat, & iam ad bonam opinionem tuendam: iam ad voluptatem captandam, etiam cum honoris iactura: iam ad vltionem de inimico vitandam, etsi imminet vitæ discrimen; iam ad vitam seruandam, etiam cum magno dedecore se sentit vergeri. Denique, Impij quasi mare seruens, quod quietere non potest, & redundant fluctus eius in conculcatione & lutum. Quod autem hæc membra suum locum non teneant, sed in sedibus non sibi debitis nec congruis collocentur, quis dubitet, si miserum peccatorem aspiciat, quæ diligenda essent, odientem; quæ odio essent habenda, imprudenter amantem: qui timet quod timendum non est; mundo scilicet atque stultis hominibus displicere: & ubi timendum est, nimirum in peccati vulnere, in Dei indignatione promerenda, persistat hilaris, tutus, atque securus. Nullam eius potentiam, nullum sensum aspicias, quod non sit velut os & naturali loco dimotum, & non gemitum ac dolorem exsuscitet. Adeo ut gemens dicat: Circumdederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circumdederunt me, præoccupauerunt me laquei mortis. Verè enim doloribus multiplicibus & immensis circumdatur, qui omnibus spiritalibus membris contractus, nullam quietem habet, & solam mortem æternam, non finem dolorum præsentium sed initium futurorum, celeri gressu aduentantem expectat.

Est præterea iniquus per peccatum cæcus, quoniam iniquitatis caligine offusus sola transitoria & terrena videt; æterna verò & cælestia non percipit. Quare sicut Nabuchodonosor, occisus filiis Sedechiæ, oculos eius effodit; ut post visam tantæ filiorum calamitatem, nihil lætum aut pacatum videret; ita peccatū, visū ab iniquis voluptatis gladio, qui filios eorum, id est omnia merita præterita interiinat, oculos ipsorum cæcitate claudit, ne carcerē in quo captiui tenentur, & vincula cupiditatis aufugiant. Gregorius sanè, vuae acerba nomine, cuius meminit Ezechiel, peccatum intelligit, quod dentes, id est, internam intelligentiam, impediatur. Quid namque vua acerba, inquit, nisi peccatum est? Vua quippe acerba est fructus ante tempus. Quisquis enim præsentis vitæ delectationibus satiari desiderat, quasi fructus ante tempus comedere festinat. Qui igitur vuae acerbam come-

A dit, dentes eius obstupescunt, quia qui præsentis mundi delectatione pascitur, interni eius sensus ligantur, ut iam spiritalia mandere, id est, intelligere, nequeant: quia vnde in exterioribus delectati sunt, inde in intimis obstupescunt. Est etiam peccator surdus, quia voces creaturarum ipsarum, quibuscum peccat, non audit, quæ eum à crimine retrahunt, & se propter Deum, non supra Deum, nec aduersus Deum amandas, eodem obsequio, quod peccatori impendunt, ingenuè fatentur. Quam surditatem simul cum cæcitate peccatoribus vniuersis obtingere Dominus astruit, per os Isaia, dicens: Surdi audite, & cæci intruemini ad videndum. Quis cæcus, nisi seruus meus? Et surdus, nisi ad quem nuncios meos nisi? Quis cæcus, nisi qui venundatus est? Qui scilicet, se ipsum vendit diabolo, ut faciat malum; & quis cæcus, nisi seruus Domini?] Vt verò aliquo modo huius cæcitatibus & surditatibus peruersitate exaggeret, subiicit: Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies?] Quibus verbis insinuat, iniquissimum esse eum, qui cum sibi externis Sanctorum exemplis, & internis inspirationibus pulchritudo virtutis proponatur; ne videat, oculos claudit, & cum cælestis doctrina, eaque perpetua, & mille modis administrata ingeratur, ne audiat, aures animæ duritie sui cordis occludit. Est deinde peccator mutus, cui verba confessionis & laudis diuinæ non suppetunt, & cum verba mortis ad excusandas excusationes in peccatis proferre sciat, verbum aliquod vitæ proferre non valet. A mortuo, id est, à peccatore, quasi nihil, perit confessio.] Ipse quidem quasi nihil est, quoniam quæ peccator & iniquus, nullius est emolumentis; & ab illo perit confessio; quia mutus est, ut peccata sua confiteri valeat. Quod si incipiat os ad confessionem aperire, iam Deo donante aliquod initium vitæ participat. In quem sensum Augustinus ait: In accusatione tui ipsius quare confiteris, nisi quia ex mortuo viuus factus es? Nā si perit à mortuo confessio, qui confitetur, viuus; & si peccatum confitetur, utique à morte reuixit.] Perit etiam à mortuo diuinæ laudatio. nam, ut inquit sanctus David ad Dominum loquens: Non est in morte qui memor sit tui, in inferno autem quis cōfitebitur tibi?]

B Si enim mors, ut supra diximus, peccatum designat, & infernus, ut Gregorius ait, hominē tentationibus & calibus perturbatum significat, quid est, in morte & in inferno non esse Dei memoriā nec laudem, nisi peccatorem emotam mentis esse, qui Dei memoriā non possit retinere, & mutum esse, qui non valeat suum conditorem laudare? Tandem omnis peccator per peccatum paralyticus redditur: qui licet aliquando concipiat desiderium salutis, at torporis ignauia ligatus, & omnibus virtibus animæ tanquam spiritalibus membris eneruatus, earum officia exercere non potest. Qui etiam non ut homo progreditur, sed instar colubri reptat, quoniam sensus & affectus in voluptatibus impurissimis, & in rebus labentibus ac terrenis semper constituit. O magnam fœditatem! O lugendam peccatoris deformitatem, quam non aliud nisi ipsum peccatum infert. Est igitur peccatum fœdissimum, quod tam miserabili clade, omnē animæ decorem absumpsit.

Nulla est ergo deformitas, quæ possit cum peccati deformitate conferri, sicut nulla est pulchritudo, quæ possit virtutis pulchritudini comparari. Nam lites à corpore seiunctæ nobiliores sunt, par est, ut splendore & pulchritudine corporibus præstant, & cum ab ea desciscunt, abominabili deformitate fœdentur. Vnde Bernardus sapienter virtutis pul-

Isai. 42.
n. 18. &
19.

Isai. 42.
n. 20.

Ecl. 17.
n. 26.

Aug. ser.
8. de ver-
bis Domi-
ni. To. 10.

Psal. 6.
n. 6.
Greg. 10.
mor. c. 10.

Bernard.
serm. 26.
ad fororē.

chritu

Prov. 11.
n. 3.

Isai. 57.
n. 10.

Psal. 17.
n. 5.

4. Reg. 25.
n. 7.

Eccl. 18.
n. 1.
Greg. 11.
mor. c. 15.

chritudinem omni creatura pulchritudini, & peccati A
 fœditatem omni fœditati excogitabili præfert. Tria
 sunt, inquit, in hoc mundo nigriora & deteriora
 omni malo, videlicet anima peccatoris perseverans
 in peccato, quæ est plus nigra quàm coruus: & mali
 angeli, qui eam rapiunt in die mortis eius: & infer-
 nus, in quo iactatur: non sunt peiora, nec nigriora
 his tribus in hoc mundo. Iterum tria sunt; quibus
 non sunt meliora, anima videlicet iusti hominis per-
 severans in bonis operibus, quæ est pulchra sicut Sol;
 & sancti angeli qui eam suscipiunt in die mortis
 suæ; & paradísus, in quo collocatur: his tribus non
 sunt meliora in creaturis.] Hæc ita dicta sunt, vt ex
 pulchritudine bonitatis atque virtutis, fœditatem
 malitiæ colligamus, quæ sicut ab anima Deû reicit,
 & illius gratiam & virtutes dissipat, ita incompara-
 bilem fœditatem importat. Quod illa verba Domi-
 ni in Ezechiele scripta significant: Abominabilem
 fecisti decorem tuum.] Verè enim per peccatum
 abominabilis fit omnis decor animæ, quia totus in
 deformitatem vertitur, quæ malitiæ & atoris gradu
 pulchritudinem priorem exæquet. Cùm autem ista
 peccati deformitas non corporalis sit, neque in ali-
 quo defectu corporis, sed in voluntatis perversita-
 te, & in averseione à Deo, & ad creaturam conuer-
 sione, consistat, non putandum est, peccatis tantum in-
 esse carnalibus, quæ corpus etiam per quandam re-
 dundantiam inficiunt atque deformant: sed potius
 in peccatis spiritualibus maior est, vt ista sicut ini-
 quitate carnalia, ita etiam gradu fœditatis euincant.
 Quare de illo Dæmonum capite, qui non carne deli-
 quit, sed crimine spirituali peccavit, dictum est: Tu
 proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis
 polluta, & obuoluta cum his, qui interfecti sunt
 gladio, & descenderunt ad fundamenta lacu, quasi
 cadauer putridum.] Ex quo licet colligere, spiritua-
 lia peccata omnium esse fœdissima, quæ pulcherri-
 mum angelum ad tantam miseriam deiecerunt, vt
 quasi cadauer putridum, quo nihil fœdus, in sta-
 gnum ignis sulphurisque descenderit, & ibi, vt om-
 niu iniquoru caput, suæ superbiæ pœnas dederit.
 Et quidem illud fœdus est, quod magis se à pulchri-
 tudine elongat, & magis est Deo amatori decoris
 iniuriosum; certum est autem maiora peccata longius
 à virtute discedere, & vehementius iram Domini
 prouocare, vnde & maiori fœditate ac deformitate
 fordescunt. Est namque deformitas quædam, quam
 interni mētis oculi vidēt, & nisi stupidi sint, eius hor-
 ribili fœditate turbātur, & quasi terribili ictu percul-
 si, ab ea aspectum auertunt, licet corporei oculi quasi
 ad spiritualia videnda non apti eandem nullo modo
 percipiant.

At licet corporis oculi peccati deformitatem non
 videant, quia tamen homo ad cognitionem mentis
 sensibus vtitur, noluit Dominus, aliqua sensibilia, ex
 quibus criminis fœditate perciperet, denegare. Hanc
 enim omnes corporis morbi, omnes plagæ, omnes
 carnis deformitates ostendūt, quæ fructus sunt & fla-
 gella peccati, vt si in his est sanies, est putor, atque de-
 formitas, intelligamus, peccatū, ex quo dimanāt, sine
 vlla comparatione magis esse deformem. Omnium
 verò malorum corporalium quæ à peccato processerunt,
 maximum est ac terribilissimum mors: de quo
 Paulus: Sicut per vnum hominem peccatum in
 hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, &
 ita in omnes homines mors petranstuit, in quo om-
 nes peccauerunt.] Ideo Saluator noster mortuo-
 rum cadaueribus peccati fœditatem signauit, vt sic
 vt nihil est cadauere fœdus, ita cognoscamus nihil
 esse peccato deformius. Tres profectò sunt status

peccati aut partes malitiæ eius; quibus quasi gradi-
 bus ad summum iniquitatis ascenditalter, qui interio-
 ri tantum consensu perficitur; alter, qui exteriori
 opere consumatur; tertius, qui inveterata consue-
 tudine & cordis duritie completur. Tres autem istos
 peccati status Dominus tribus mortuis designauit:
 illius primi figurâ prætulit filia archisynagogi, quæ in
 abdito domus moritur, & ab auctore vitæ domum
 ipsam intrante, & tibicines ac turbam tumultuantē
 eiciēte foras, erigitur. Nec immeritò hæc puella
 apud Mathæum defuncta vocatur, & apud Marcum
 in extremis esse pethibetur: istud, inquam, fal-
 ua historiæ veritate, mysterio non caret: nam in hoc
 peccatum interius est admodum miserabile, quòd
 non semper faciliè agnoscitur, an omnino animam
 peremerit, an tantum ad portas mortis, cùm vide-
 licet plenus consensus est denegatus, eduxerit. Se-
 cundi status imago est ille adolescens, qui extra ci-
 uitatem efferebatur, filius vnicius matris suæ. Iurè
 optimo adolescens, qui licet vires habeat, nondum
 tamen ad senum duriciem, & robur consuetudinis
 prauæ, peruenerat. Et filius vnicius matris, quia nec-
 dum hominis imbecillitas, post primum peccatum,
 simile aliud conceperat, aut post aliquot patrata
 peccata, nondum prauæ consuetudinis affectum genu-
 nerat. At adolescens est planè mortuus, & in fe-
 retro propriæ voluntatis collocatus, qui non abdito
 domus includitur, sed extra ciuitatem per apertum
 opus effertur. Postremi status figura est Lazarus
 quadriduanus mortuus, qui iacet in sepulchro & fæ-
 ter, & prauæ consuetudinis lapide premitur, & non
 iam submissa voce, sicut puella, nec tactu feretri, vt
 adolescens, sed lacrymis & fremitu Christi, & ad vi-
 tam magna voce reuocatur. De his tribus peccati
 statibus, ita loquitur Augustinus: Ipsius peccati tres
 sunt differentiæ: in corde, in facto, in consuetudine,
 tanquam tres mortes. Vna, quasi in domo, id est,
 cùm in corde cōsentitur libidini: altera, iam prolata,
 quasi extra portam, cùm in factum procedit assensio:
 tertia, cùm vi consuetudinis malæ tanquam mole
 terrena premitur animus, quasi in sepulchro iam pu-
 tens. Quæ tria genera mortuorum, dominum re-
 suscitasse, quisquis Euangelium legit, agnoscit. Et
 fortasse considerat quas differentias habeat etiam
 ipsa vox resuscitantis, cùm alibi dicit: Puella surge:]
 & alibi: Iuuenis, tibi dico, surge: Alibi, in fremuit in
 spiritu, & fleuit, & rursus fremuit, & post deinde vo-
 ce magna exclamauit: Lazare veni foras.] Omnia
 itaque peccata siue iniqua consuetudine obdure-
 rint, siue ad opus externum processerint, siue in solo
 interiori consensu se continuerint, cadaueribus no-
 tantur defuictorum, vt sciamus summam esse cuius-
 que peccati turpitudinem, ac deformitatem, quæ re
 apud nos fœdissima & horribilissima debuit præ-
 signari.

Nec soli fructus & figuræ peccati, sed etiam ipsius
 peccatoris affectus ipsum fœdissimū esse declarat. Nā
 peccator vt deformis & fœdus, se quantum potest ab
 oculis humanis & diuinis abscondit. Hinc illud: Om-
 nis qui malè agit, odit lucē, & non venit ad lucem,
 vt non arguantur opera eius.] Quare iniquus auer-
 satur lucem? quare videri vel ab amicissimis erube-
 scit, nisi quia se peccato turpem videt, & suam fœdi-
 tatem ab aliis timer agnosci? Hinc Adam à facie
 Domini venientis absconditur, ne, qui pulcher con-
 ditus est, ab eo, qui ipsum creauit, non iam gratia
 formosus, sed inobediētiæ delicto turpis & defor-
 mis videatur. Hinc Dauid tot ambagibus adule-
 rium suum celare contendit, quia femer ipsum re-
 gem amabilem, ac venerandum, propter peccatum,

turpem

Ezechi.
16. n. 25.Isai. 14.
n. 19.Roma. 5.
n. 12.Matt. 9.
n. 23.Mar. 5.
n. 23.

Luc. 7. 12

Ioan. 11.
n. 39.Aug. 1. 1.
de ferm.
Domini
in monte.
c. 12. t. 4.Ioan. 3.
n. 20.Gen. 3.
n. 8.2. Reg. 11.
n. 12.

Isai. 3. n. 9.

Ose. 9. n. 10.

Luc. 21. n. 27.

Prov. 25. n. 4. & 5.

Apo. 16. num. 15.

Ambros. ibid.

Psal. 48. num. 13. & 21.

turpem & abominabilem iudicavit. Hinc peccatoribus maximo probro datur, quod peccatum suum, quasi Sodoma, predicauerunt, nec absconderunt: quasi nunquam visa, nec audita stultitia sit de tam insigni deformitate gloriari. Est igitur peccatum criminale foeditissimum, quod omnem aliam foeditatem & turpitudinem superat. Est litura, quae imaginem Dei naturae hominis impressam inficit, & in gratia ac virtutibus positam similitudinem delet. Cuius causa de peccatoribus scriptum est: Quia abominabiles facti sunt, sicut ea quae dilexerunt. Est nubes atra, & obscura, quae fidei lucem obnubilat, & eius decorem & gloriam abscondit. Nam & filius hominis venit in nubibus caeli cum potestate magna, ut se omnia peccata calcasse, & (quod ad se pertinuit) destruxisse declaret. Est rubigo, quae animae pulchritudinem tollit, ne in Dei habitationem asurgat. De qua dictum est a Salomone: Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum. Aufer impietatem de vultu regis, & habebitur iustitia thronus eius.] Quasi impietas rubigo sit, aut iuxta Hebraicam lectionem scoria, quae a vultu Domini, siue a facie eius irata, abscondi non potest, quam si non tollamus, regnum eius in nobis, aut domum regis summo congruam non extruemus. Denique peccatum non iam deformem est, sed ipsamet deformitas, atque turpitude. Vnde Saluator apud Joannem ait: Beatus, qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.] Nudus est, inquit Ambrosius, qui a bonis operibus alienus exiit. Nudi impij ambulat, cum ad diem iudicij a bonis operibus vacui deducuntur. Et ideo turpitude illorum videbitur, quia & Angelis & hominibus eorum scelera manifestabuntur.] Mirum est sane quod homo tantam foeditatem non horreat, & illa circumdatus, & obuolutus, comedat, bibat, dormiat, ambulet, & inter homines conuersetur, & in illos, qui eum a peccatis abducunt, quasi in directores suorum bonorum insurgat. Cuius rei tam lugenda hominis stultitia deputanda est, nisi insipientiae, & cecitatis, quam ex ipso peccato contraxit, qua comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis?

Peccatum mortale fugiendum esse ob poenam, quam promeretur.

C A P. IV.

Ecc. 12. num. 14.

MALVM culpa (ipsa etiam natura dicente, cui omnes nationes gentesque consentiunt) poena dignum est. Aequissimum est enim ut Deus ultimus finis hominis, & omnium actionum eius, actum non relatum ad semet ipsum, & auferentem honorem suum, debita punitione castiget. Iustissimum est etiam, ut ille, qui gubernator est vniuersi, ac praecipue creaturarum rationalium rector, eorum bona gesta praemio; & impia facinora, poena & flagellis afficiat, ut suae prouidentiae satisfaciat, & se habere rerum humanarum curam ostendat. Atque ut Salomon ait: Cuncta quae fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum illud sit.] Vniuersa, inquam, siue bona, siue mala, siue omissiones bonorum, adducet Deus in examen aequitatis suae, ut cuiusque actionis, etiam bonae, si quod habeat erratum saltem praeposterae intentionis, expendat, & pro eo convenientem poenam infligat. Sicut enim bona opera, exigente prouidentia Dei, sine mercede non maneat, ita & actiones male

A cuiuscunque sint, siue regis, siue serui, siue magni, siue pusilli, poena & dolore carere non possunt. Quamobrem omne peccatum optime in Scripturis sanctis clamor vocatus est, quod diuinam iram prouocet, & sua malitia, quasi vocibus atque clamoribus, vindictam & ultionem exposcat. Clamor Sodomorum, ait Dominus, & Gomorrhæ, multiplicatus est, & peccatum eorum aggrauatum est nimis. Descendans, & videbo vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.] Quare clamor multiplicatur, nisi quia peccatum aggrauatur? Quasi idem sit peccatum augere, & vocem vindictam deposcentem extollere. De vinea quoque Domini Sabaoth dictum est: Expectaui ut faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor.] Si enim iustitiae iniustitia & peccatum opponitur, quam ob causam eius contrarium clamor esse dicitur, nisi quia omne delictum clamoris nomine intelligendum est, quod non vtrumque, sed importune vociferetur, & quasi per vim, ab eo, cuius proprium est misereri, poenam & ultionem extorqueat? At tandem sanctus David hunc loquendi modum non refugit, dicens: Quoniam tacui, inuenerauerunt ossa mea, dum clamarem tota die.] Nam si quis dubitat quonam pacto David potuerit simul tacere, & clamare; audiat Gregorium scribentem: Ille tacet nimirum, & clamat, qui peccata quidem sua silentio contegit, merita vero per vocem magnificationis extollit. Aut certe ille tacet, & clamat, qui peccata quidem praeterita per confessionem non annunciat, & per cor impoenitens alia committere accepta peccandi libertate non cessat.] Clamat itaque peccatum, clamat iniquitas, quando per poenitentiam non deletur, & clamat non misericordiam petens, sed iram, sed ultionem, sed poenam exposcens.

Poenas autem terribiles peccato destinatas ad duo genera reuocare possumus: nam quaedam poenae in hac vita, quaedam in futura peccatoribus decernuntur. In hac vita peccator primo conscientiae stimulis cruciatur, & nimis timoribus ac tristitijs virgetur. Non cessat illa quotidie, immo singulis momentis miserum peccatorem reprehendere, & ad emendationem excitare. Cur, inquit ipsa, (ut nunc verba Ephraem interferam) te sobrium ac vigilantem non praebes miser? An ignoras aduenisse & appropinquasse diem horribilis iudicij, quo cuncta declarantur? Resurge tanquam potens, dirumpe vincula tua, in te solutionis atque ligaminis est potestas.] Haec, & alia similia peccator saepe audiens, nec monitis patens, mirum est quantis tristitijs & doloribus crucietur. Glutit ille quidem buccellam impurissimae voluptatis, sed tot pressuris & amaritudinibus inuolutam, ut praeter inquietudinem & timorem fere voluptatem non sentiat. Sicut enim qui cogere guttulam mellis in magnum vas fellis & absinthij iniectam potare, non dulcedinem sed amorem sentiret: ita qui modicam & umbratilem peccati dulcedinem tot angoribus, & conscientiae accusationibus circumdatam bibit, concupitam suauitatem experiri non valet. Arguet te malitia tua, inquit Ieremias, & auersio tua increpabit te:] quia videlicet conscientia iniquitate facta statim se conspurcantem arguit, & in suum pupillum tantum scelus admittentem increpationum flagellis insurgit. Quod & Dominus Cain monens, ita futurum esse promisit: Nonne si bene egeris, recipies. Sin autem male, statim in foribus peccati aderit? Quid est, peccatum, id est poenitentia peccati, statim aderit, nisi quod, ut immanis leo pro foribus tuis, o peccator, accubabit, ut te ipsum exterreat, & conscientiae vocibus de aeterna poena parata

Genes. 18. num. 20.

Isai. 5. n. 7.

Psal. 31. n. 3.

Grego. in Psal. 2. ex Poenitentia.

Ephraem serm. de perturbacionibus animi.

Ierem. 1. num. 19.

Gene. 4. num. 7.

B moneat,

moneat, & ob Deum offensum, implacabiliter reprehendat? Ita autem prima peccati poena non multum diuque differtur, sed ab ipsa admissione peccati mentem discerpit. Sicut enim vipera dilacerato materno utero nascitur; ita peccatum animam ipsam perdens atque discindens egreditur. Quarta autem sit ista afflictio, Augustinus ex parte paterecitur, ita scribens: Peccatoribus non est locus in his, quae foris sunt, quia ibi patiuntur tribulationes, ubi conscientia illos non consolatur. Non est bene illis secum, quia bene esse cum malo non potest. Quisquis autem malus est, male secum est. Torqueatur necesse est sibi, se ipso tormento. Ipse est enim poena sua, quem torquet conscientia sua. Fugit ab inimico, quod potuerit, a se quod fugiet? Et quidem hoc tormentum interius, quod peccatores patiuntur, in causa est, ut extra se ad res creatas exeant, & per varia solatia exteriora interioris molestiae leuamen inquirant. Ut enim quidam dixit, Tria sunt, quae hominem eiciunt e domo sua, fumus, stillicidium, & mala vxor. Fumant verò peccata, ut Bernardus ait, nullo misericordiae stadio, nullis lacrymarum vndis extincta, & fumus ille terretimus, & intolerabilis. Malignatur voluntas ipso neglectu quotidie deterior semet ipsa. Stillat superni iudicis indignatio ex defectu utriusque charitatis, quae sola operit multitudinem peccatorum. Egrediatur utriusque foras necesse est, & curiosius exteriora consideret, quae sic interna despiciat, praeterita non respicit, praesentia non inspicit, futura non prospicit. At in exteriora cogitationibus & desiderijs effusi, putas quia pacem & consolationem inueniunt? Nullo modo: Nam creaturae Deo fideles animam, ipsas ceu idola venerantem, & cum ipsis adulterantem, a semet ipsis non sine indignatione repellunt. Nec sustinent hostibus vniuersalis Domini, scilicet peccatoribus, solatium aut quietem tribuere, ut ad suum redeant creatorem. Peccator igitur in conscientia spinas inuenit, quia peccatum spina est, ut ait Gregorius, quia dum trahit ad delectationem, quasi pungendo lacerat mentem. De qua spina etiam dictum est: Conuersus sum in arumna mea, dum configitur spina. In rebus quoque exterioribus tribulos reperit, nam maledictio Domini est peccatorem mulctans: Terra spinas, & tribulos germinabit tibi. Nullam ergo requiem habet, sed poenam conscientiae pungentis, & rerum ipsam sua inanitate deludentium continuò sentit.

Ex anima verò peccatoris ad eius corpus altera poena in hac vita dimanat; nec enim vllum est peccatum, quod corpus non laedat, & aliquo modo a recto statu dimoueat. Peccatum superbiae, corpus inflat, vocem & incessum immutat, & partim ridicula, partim lugenda in operibus arrogantis ostendit. Superbis enim, ut inquit Gregorius, inest clamor in locutione, amaritudo in silentio, dissolutio in hilaritate, furor in tristitia, inhonestas in actione, honestas in imagine, erectio in incessu, rancor in responsione. Peccatum auaritia corpus extenuat, quod ne marisupium euacuet, necessarijs alimentis & indumentis priuat. Quare auarus in Ecclesiastico dicitur: Homo marcidus, egens recuperatione. Et rursus: Auaro nihil est scelestius, quia non solum alios, sed se ipsum quoque bonorum participatione facit extorem. Peccatum luxuria corpus exedit, atque consumit, ut foetidam ac miserabilem senectutem affert. Est namque luxuria bestia illa visa à Daniele in similitudinem vrsi tribus ordinibus dentium instructa, cui dictum est: Surge, comede carnes plurimas. Quoniam corpora plurimorum nobilium & ignobilium, virorum & foeminarum, deuorat, & putredine

A ac sanie corrumpit. Peccatum inuidia, corpus tabefacit, & quemadmodum Basilus ait; instar veneni se possidentes deuallat. Aspectus inuidis, ait idem sanctus Pater, est aridus, & obscurus, gena subtristis, supercilium demissum, anima ipso morbo suffusa, prudentiam in dignoscenda veritate minimè habens. Peccatum gula corpus grauat, morbos generat, vitam abbreviat. Unde Ecclesiasticus salubriter monet: Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam: in multis enim escis erit infirmitas, & auaritas appropinquabit utique ad cholera. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abstinentes est, adiciet vitam. Peccatum ira, corpus accendit, & quasi furis exagitat, & ad similitudinem amentium effrenatè mouet.

B De quo inquit Chrysostomus: Quis tortor ita laniare latera poterat? Quae ignita tela corpus ita perforaret? Quis furor ex naturalibus ita sensibus excedere facit, sicut furor, & ira conseruatio? Noui multos ex ira morbos incurrisse, & febrium difficillima praeterea haerere. Merito profecto antiqui Philosophi sola ratione ducti iratus hoc remedium adhibuerunt, ut se furore percitos in speculo aspicerent, quo insanas faciei suae motiones videntes, vel sic erubescerent, & ab iracundia temperarent. Peccatum accedia ossa ipsa consumit: Nam spiritus tristis exiccet ossa, & vitam studio rerum spiritualium iocundam in angorem vertit, otiositate putrefacit, & si aliquis à somno otiositatis excuiat, rabie & indignatione dilaniat. Omnia haec peccata iustitia Dei, peste, fame, & bello, in regnis, & nationibus se illis subdentibus, punit. Eius namque verba sunt illa apud Ezechielem: Inmittam in vos famem, & bestias pessimas usque ad interuentionem: & pestilentia & sanguis transibit per te, & gladium inducam super te. In particularibus autem hominibus bonorum temporalium amissione, fama denigratione, morbis, doloribus, vulneribusque castigat. Saepè etiam miseros peccatores subita ac intempestua morte praeripit, ut indigni vita non uiuant, & morte dignissimi cum temporalis morte aeternam quoque perferant. Viri etenim sanguinum, & dolosi, non dimidiabunt dies suos: quibus, tu iuste iudex subitam mortem inferis, ut inquit Basilus, non permittens ut speratum tempus viuendo assequantur.

C At ante peccatorum mortem alia poena, & quidem omnibus supra dictis grauiori, in eos, si non respiciant, seuerissimè animaduertit. Illos enim ex vno peccato in aliud, & ex vno flagitio in aliud pestilentius praecipitanti sunt, ut semper de malo in peius cadant, & debita debitis accumulantes incredibiles poenas sustineant. De hac re Gregorius copiosè loquentem audiamus. Prioris, ait, peccati merito, peccatorum subsequentiū fouea regitur, ut qui malum sciens perpetrat, deinceps iuste in alijs nesciens cadat. Hoc quippe agitur, ut culpae culpis feriantur, quatenus supplicia hanc peccantium ipsa incrementa vitorum. Nam, quia omnipotens Deus ad poenitentiam tempus indulget, quod tamen humana malitia ad usum suae iniquitatis intorquet, nimirum iusto Dei iudicio, augeat culpa permittitur, ut ad ferendum alius quandoque cumuletur. Hinc enim rursus de quibusdam Apostolus dicit: Ut impleant peccata sua semper. Hinc voce Evangelica Ioanni dicitur: Qui nocet, noceat adhuc, & qui in sordibus est, sordescat adhuc. Hinc Dauid ait: Appone iniquitatem super iniquitatem eorum, & non intrent in iustitiam tuam. Hinc rursus de Domino ab eodem Psalmista dicitur: Immissiones per Angelos malos, viam fecit semitae irae suae. Cor quippe

D

E

Aug. ad Psal. 35. in illud, Quonia peccatores.

Bern. ser. de septem donis.

Gregor. 2. Mor. c. 9.

Psal. 51. n. 4.

Genes. 3. num. 18.

Greg. 34. Mor. c. 20.

Eccle. 11. n. 12. Eccle. 10. n. 9.

Dani. 7. num. 5.

Basil. ser. de inuidia.

Eccle. 37. num. 32. 33-34.

Chrysost. hom. 29. ad pop.

Senec. 2. de ira. c. 36. Plutar. lib. de iracundia. c. 10. Prou. 17. n. 22.

Ezech. 5. n. 17.

Psal. 54. num. 24. Basil. ibid.

Greg. 25. Mor. c. 9.

1. Theos. 1. n. 16. Apoc. 22. n. 11. Psal. 68. n. 28.

Psal. 77. n. 49. & 50.

Dominus prioribus meritis aggravatum iuste per-
mittit etiam subsequenter malignorum spirituum
persuasionibus falli, quod cum dignè in culpa trahi-
tur, reatus eius in pœna cumulatur. Vnde & iræ suæ
Dominus viam de semita fecisse perhibetur. Lator
enim est via quàm semita. Ex semita verò iræ suæ
viam facere, est iræ causâ districtè indicando dilata-
re; Vt, qui illuminati agere rectè noluerunt, iuste
cæcati adhuc faciunt vnde amplius puniri merean-
tur. Hæc, & alia multa in hanc sententiam Grego-
rius; in quam etiam conspirat Chrysostomus, in hunc
modum scribens: Cum dicitur homo tradi deside-
riis suis, ex ipsa propagine fit reus: quia desertus à Deo
cedit cupiditatibus, atque consentit, vincitur, capi-
tur, trahitur, possidetur. A quo enim quis devictus
est, huic & seruus addictus est,] & fit ei peccatum
consequens præcedentis pœna peccati. An non est
peccatum, & pœna peccati, vbi legitur: Dominus
enim immisit eis spiritum erroris, vt faciant quæ non
conueniunt, sicut seducitur ebrius: An non est pec-
catum, & pœna peccati, vbi Deo dicit Propheta:
Quid errare fecisti nos de via tua, obdurasti corda
nostra, vt non timeamus te?] An non est pec-
catum, & pœna peccati, vbi dicitur Deo: Ecce tu ir-
atus es, & peccauimus, propterea errauimus, & facti
sumus sicut immundi omnes?] An non est pec-
catum, & pœna peccati, vbi legitur de gentibus, quas
debellauit Iesus Naue: Quia per Dominum factum
est confirmari cor eorum, vt obuiam irent ad bellum
Israel vt exterminarentur? An non est peccatum, &
pœna peccati quod non audiuit Roboam rex ple-
bem bene monentem? Quia sicut scriptura loquitur,
erat conuersio à Domino, vt statueret verbum
suum, quod ei loquutus est in manu Prophetæ. Et
multa alia commemorare possumus, in quibus liqui-
dè apparet, occulto Dei iudicio fieri, peruersitate
cordis, vt non audiant, quod verum dicitur, & inde
peccetur, & fit ipsum peccatum præcedentis etiam
pœna peccati. Hæc Chrysostomus.] Sicut ergo so-
let pater familias furem iam sua diligentia non po-
tentem fugere, nec domo exire, pro libito, sinere, vt
plura furetur, & in sinu ac in sacco recondat, quò
comprehensum seuerius puniat, & euidentius de
fure conuincat: ita Dominus sinit peccatorem, qui
haud dubiè suam iustitiam non fugiet, vt magis ac
magis peccet, & flagitia flagitiis accumulât, quo tan-
dem malis bene oneratum, immanis supplicii bene
oneret, & pro iniquitatis mensura, cruciatu & pœ-
nas infligat.

Hanc peccandi consuetudinem, quæ pœna est
acerbissima, qua infelix peccator propter priora deli-
cta (Deo ita permitte) in alia peccata raptatur,
mox alia pœna subsequitur, nempe cordis durities,
& insensibilitas, nec ista mala sentiens, nec æterna,
quæ impios non respicientes manent, pertimescens.
Cadunt igitur ex iteratione peccati in cor durum, de
quo scriptum est: Cor durum malè habebit in no-
uissimo.] Cadunt in cor lapideum, quod Dominus
ablaturus est, & cor carneum daturus, vt peccator
possit ab æterna damnatione liberari. Nam auferam
cor lapideum de carne vestra, ait, & dabo vobis cor
carneum.] Cadunt in cor saxeam, quod non reci-
pit semen verbi Dei, sed natum aruit, quia durum
cor non habebat humorem. Qui autem vult intel-
ligere quod sit cor durum, auget Bernardum ita scri-
bentem: Ipsum est, quod nec compunctione scin-
ditur, nec pietate molliuit, nec mouetur precibus,
minis non cedit, flagellis duratur. Ingratum ad be-
neficia est, ad consilia infidum, ad iudicia seuum, in-
uerecundum ad turpia, impaudum ad pericula, in-

A humanum ad humana, temerarium ad diuina: præce-
ratorum obliuiscens, præsentium negligens, futura
non providens. Ipsum est, cui præteritorum præter
solas iniurias nihil omnino non præterit, præsentium
nihil non petit, futurorum nulla, nisi forte ad vlc-
scendum, prospectio seu præparatio est. Et vt in bre-
ui cuncta horribilis mali mala complectar, ipsum est,
quod nec Deum timet, nec hominem reueretur.]
Duri cordis typus fuit Pharaon, de quo legimus: In-
duratum est cor Pharaonis, & non audiuit eos, scilicet
Moysen, & Aaron, sicut præceperat Dominus.]
O quantos nunchaber mundus Pharaones, id est,
peccatores obduratos, qui nec vocibus prædicato-
rum obtemperant, nec exemplis iustorum acquie-
scunt, nec decem Ægypti plagis percussi molliuntur.
Ad emendationem illorum Dominus aquam flumi-
nis vertit in sanguinem, cum transitoria, in quibus
delectabantur, rædium illis generant, & concupitam
voluptatem negant. Ranas mittit, cum aduersus eos,
obrectatores, & peccata ipsorum propalantes ex-
suscitat: Ciniphes producit, cum malæ conscientie
moribus impetit: Muscis inquietat, cum immode-
ratis desideriis tradit: Pecora occidit, cum bona
temporalia tollit. Insuper vlcibus & vesicis re-
plet, cum ægritudinibus grauat: Fulguribus, toni-
truis, & grandine terret, cum immodicis timoribus
cædit: Locustis persequitur, cum instabiles in nulla
re consistere sinit: Tenebris obuoluit, cum insipien-
tia & stultitia permittendo circumdat: Et tandem
primogenita interficit, cum amicos, & filios, & pi-
gnus charissimæ vxoris occidit. Et tamen illi obdu-
rati, & saxi insensibiles effecti, nec emendantur,
nec corriguntur, nec causam tantorum malorum,
scilicet peccata, dimittunt.

Post has pœnas, quæ ad istam vitam pertinent,
peccatores, nisi respiciant, æternis pœnis puniuntur,
quarum acerbiter & æternitatem, quia nos elin-
gues fumus, ipsi Angeli Apostata, & animæ reprobo-
rum edicant. Aut si ipsi nolunt suas pœnas aperire,
nec sua mala nunciare, vt nos vel malis, quæ impiis
parata sunt, erudiamur, saltem ea sacra Scriptura pro-
clamet. Ibi est terra tenebrosa, & aperta mortis ca-
ligine. Ibi umbra mortis, & nullus ordo, sed sem-
piternus horror inhabitat.] Ibi fletus, & stridor den-
tium.] Ibi vermis non moritur, & ignis non extin-
guitur.] Ibi pars illorum in stagno ardenti igni, &
sulphure, quod est mors secunda.] Ibi mittentur in
ignem æternum, qui paratus est diabolo, & angelis
eius.] Ibi cruciabantur die ac nocte in sæcula sæcu-
lorum.] Pœnæ illæ non solum intolerabiles, sed &
homini in hac vita incomprehensibiles sunt. Illarum
vna dicitur pœna sensus, qua miseri damnati, om-
niū sensuum & virium suarum cruciatum persentient.
Visus, facies horribiles, corpora deformia, fu-
mum, & ignem, & nebulam aspiciet. Auditus, cla-
mores, gemitus, suspiria, & blasphemias in Deum, ac
contumelias in ipsum audientem illatas, audiet. Ol-
factus, fetorem sulphuris & omnium rerum teterri-
marum hauriet. Gustus, fel, & absinthium, & om-
nia amara gustabit. Tactus, ictibus, vulneribus, pla-
gis, dilacerationibus, fracturis ossium, præcipitationi-
bus punietur, & flammis inextinguibilibus ignis ar-
debit. Sensus interni, phantasmatibus horribilibus
deludentur. Appetitus, rabie & absentia omnium
desiderabilium cruciabantur. Memoriam, impor-
tuna bonorum amissionum, & malorum præsentium
recordatio, vincam tenebit. Intellectum, cæcitas, &
obscuritas imago mortis, operiet. Voluntatem, ob-
stinatio, dolor, ac odium illigabit. Membra à cupi-
tis motibus impediuntur, & in æterno carcere, in ob-

E

Exodi. 7.
num. 13.

Iob. 10. n.
21. 22.

Matth. 8.
n. 12.

Marc. 9.
n. 43.

Apoc. 21.
n. 8.

Matth. 25.
n. 41.

Apoc. 20.
n. 10.

Chrysost.
hom. de
Adm. &
Hæc. est
Ios. Gen.
10. 1.
2. Petr. 2.
n. 19.
Rom. 2.

Isai. 63.
n. 17.

Isai. 64.
n. 3. & 6.

Iosue. 20.

3. Reg. 12.
n. 15.

Ecclesi. 3.
n. 27.

Ezechiel.
36. n. 26.

Bern. 1.
de consi-
derat.

feris ergaltulis, & in lectulis ferreis & igneis cruci-
buntur. Altera dicitur pœna damni acerbior & ter-
ribilior, qua impij omni bono carebunt: nam sepa-
ratos & auulsos se videbunt à Deo, qui omne bonum
est. Non habebunt vitam, sed misere viuendo mo-
rientur, quia Deus, quem non habent, vita est: nec
salutem, quia Deus, quem non possident, salus est:
nec honorem, quia Deus à quo elongantur, honor
est: nec diuitias, quia Deus, quo carent, thesaurus est:
nec voluptatem, quia Deus, cui nuncium remis-
erunt, purissima delectatio est. Procul à beata para-
disi patria exulati, vt ait Bernardus, cruciabuntur in
gehenna perpetua, nunquam lucem visuri, nunquam
refrigerium adepturi, sed per millia millium anno-
rum in inferno cruciandi, nec inde vnquam liberan-
di. Vbi nec qui torquet aliquando fatigatur, nec
qui torquetur, aliquando moritur. Sic enim ignis
ibi consumit, vt semper reseruet: sic tormenta agun-
tur, vt semper renouentur.] Istæ pœnæ miseros pec-
catores post hanc vitam expectant, vt sicut iusti in
hac vita luce bonæ conscientiæ, & spe futurorum
bonorum, & in futura inamissibili eorum possessione
consolantur; ita impij in hac vita tristi inquietudine,
& in futura æterna pœnarum multitudine crucientur.

Bern.

Psal. 24.
nu. 10.

D. Tho. 1.
p. 9. 21.
art. 4.

Psal. 57.
n. 11.

Lactantius.
de diuin.
iustitiâ.
c. 19.

Sed cur Deus, qui misericors est, in miseros pecca-
tores tot pœnas & tormenta concessit? Certè quia
iustus est, nec iustitia eius misericordiam tollit, nec
misericordia eius iustitiam, & debitam vltionem ab
impijs auerit. In qua tamen vltione misericordia
non deficit. Si enim vniuersæ viæ Domini misericor-
dia, & veritas, hæc via, siue hoc opus Domini, quo im-
pios punit, & damnatos castigat, ita est opus iustitiæ,
vt in eo misericordia non deficiat. Puniuntur nam-
que peccatores citra condignū, vt Thomas ait, quia
tanta est maiestas, & dignitas Omnipotentis Dei,
vt iniuriæ in eum admittæ, nec tam atrocibus pœnis,
& in æternum durantibus, sufficienter puniantur.
Non potest imbecillitas humanæ intelligentiæ mali-
tiam peccati comprehendere: quam si comprehen-
disset, pœnas multo maiores peccatoribus destinatas,
comparatione delictorum leuissimas ac minimas iu-
dicasset. Cùm diuinam pulchritudinem facie ad fa-
ciem viderit, tunc Dei misericordiam, & bonitatem
in remittendis ex parte, ac relaxandis damnatorum
pœnis, agnosceret. Tunc lætabitur iustus, cùm viderit
vindictam,] & vltionem esse minorem peccato cog-
nosceret, & omnem opinionem nimis seueritatis
perfectè deponens, [manus suas lauabit in sanguine
peccatoris.] Interim tamen dum ab hac regione ob-
scuritatis, atque mendacij, ad terram claritatis & ve-
ritatis venimus, quàm digni sint peccatores æternis
& intolerabilibus pœnis, possumus ex ratione læ-
tantij colligere: Is sic habet: Si seruorum nequissi-
mus habetur, qui dominum suum fuga deserit; si que
verberibus, & vinculis, & ergastulo, & cruce, & omni
malo dignissimus iudicatur; & si filius eodem modo
perditus atque impius existimatur, qui patrem suum
derelinquit, ne illi obsequatur, ob eamque causam
dignus putatur, qui sit ex hæres, & cuius nomen in
perpetuum de familia deleatur: quanto magis qui
Deum deserit, in quem duo vocabula domini & pa-
tris æquè veneranda conueniunt? Nam ille qui ser-
uum pretio comparat, quid in eum beneficij confert,
præterquam alimenta, quæ illi vtilitatis suæ gratia
subministrat? Et qui filium generat, non habet po-
testatem, vt concipiatur, vt nascatur vt uiuat. Vnde
apparet non esse illum patrem, sed tantummodo
generandi ministrum. Quibus ergo supplicijs di-
gnus est desertor eius, qui & dominus verus, & pater
est, nisi quæ Deus ipse constituit? Qui spiritibus in-

A iustis æternum parauit ignem, quod ipse per vates
suos impijs ac rebellibus comminatur.] His tu con-
sideratione adice, Deus quis, quantum sit domi-
nus, & homo quàm vilis seruus; ille quàm benignus
pater, hic verò quàm ingratus & prodigus filius, qui
non semel sed millies eius bona dilapidat: expende
quoque qualis sit offensa in Dei maiestatem illata,
ob quam causam, & quàm sine fuce, ac sine excusa-
tionis colore patratæ, & videbis luce clarijs in im-
mensum omnem punitionem sibi irrogatâ superare.

In detestatione peccati mortalis incipiendum
esse à cognitione propriæ imbecillitatis,
vtmque à timore, & spe.

B

C A P. V.



I s, & alijs similibus (nam plurima alia
adduci possent) inuestiganda est ne-
quicia lethalis peccati, & inspicendum
quàm obscura & terra sit eius facies,
quàm interiora eius sunt penam dolo,
quales fructus procreet, & quantas strages calamita-
tesque progignat, & ex ista inquisitione sanè perutili,
via ad eius detestationem odiumque paratur. Nam
voluntas humana, quæ in bonum naturaliter tendit,
sicut auris in sonum, & oculus in colorem; sicut ea di-
ligit, quæ sibi offeruntur pulchritudine, honestate, &
vtilitate vestita; ita ea odio habet, quæ sibi fœditate,
turpitudine, & doloribus circumdata demonstran-
tur. Peccati autem detestatio in homine à cog-
nitione propriæ imbecillitatis incipiat necesse est, qua
scilicet mens in rectâ & certa fide fundata, cogno-
scat peccati deletionem, & impij iustificationem,
opus Dei esse, hominis conatum non excludentis,
immo deposcentis omnino, & ab illo atque eius gra-
tia initia totius huius operis dimanare. Iustificatio-
nem enim opus Dei esse vtriusque testamenti pagina
apertè proclamant, Dauid enim ait: Deus virtu-
tum conuerte nos,] quia nos animas nostras con-
uertere non valemus: [ostende faciem tuam,] ac be-
nignitatem tuam in nostram exiguitatem exerce, [&
salui erimus.] Et Ieremias: Conuerte me Domine,
& conuertar,] & à te hoc opus meæ liberationis in-
cipiat, [quia tu es Dominus Deus meus.] Et rursus:
Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur; inno-
ua dies nostros sicut à principio,] vt scilicet ad gra-
tiam perditam redeamus. Dominus ipse quoque per
Ioannem ait: Nemo potest venire ad me,] gressibus
nimirum animæ, ac mentis affectibus, [nisi pater, qui
misit me, sua gratia traxerit eum.] Paulus verò: Ipse
est qui operatur in nobis & velle, & perficere;] immo
& cogitare: neque enim ex nobis possumus prima ius-
titiæ semina, id est, bonam, de reitu ad domum pa-
ternam, cogitationem habere: quia non sumus [suf-
ficientes cogitare aliquid à nobis,] quasi ex pharetra
nostra illius bonæ cogitationis sagitta nascatur, [sed
sufficiencia nostra ex Deo est.] Et quidem non so-
lùm ita generaliter, sed etiam speciatim sacræ litteræ
Deo vniuersa opera iustificationis attribuunt: Vt
homo à peccato resurgat, necessaria est fides? Sed
[Patrem nemo nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius
reuelare;] & diuina mysteria Pater reuelat paruulis,
& Petro Christi diuinitatem [non reuelauit caro, &
sanguis, sed Pater, qui in cœlis est.] Est necessarius
timor? Sed timorem meum, inquit, dabo in corde
eorum, vt non recedant à me.] Est necessaria spes?
Sed Deus vocatur à Paulo Deus spci, qui replet nos

Psal. 99.
20.

Ierem. 31.
18.

Oratio
Ierem. 2.
21.

Ioan. 6.
44.
Philip. 2.
13.

2. Corin.
3. 7. 5.

Matth. 11.
27.
ibi. n. 25.
Matth. 16.
nu. 17.
Ierem. 32.
40.
Rom. 15.
13.

omni

omni gaudio, ut sciamus quoniam ipse est, qui hominum corda in spem erigit, & fiduciam veniæ impetrandæ promittit. Est necessarius dolor de peccato? Sed gentibus dedit Deus penitentiam ad vitam. Et [benignitas Dei ad penitentiam te adducit.] Et necessaria charitas? Sed [dilectio ex Deo est.] Et [diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.] Non ergo humana fragilitas rebellet adversus potentiam, & misericordiam Dei, sed ab eo accipiat suæ conversionis initium, ut omnis boni, ac præsertim tanti boni, Deum authorem esse cognoscat.

Sed quam ratione poterit homo sibi suam conversionem arrogare? Quis potens est insolubilibus vinculis peccatorum constrictum dissolvere, nisi ille qui soluit compeditos? Quis ab oculis animæ caliginem iniquitatis auertere, nisi ille qui illuminat cæcos? Quis membra confecta, & vires dilaceratas integras reddere, nisi ille, qui erigit elisos? Quis peccatores aquis impietatis immerfos educere, ut diligat eos, nisi ille qui diligit iustos? An potest agrotus, & omni medicamento carens, se ipsum sanare? Dæmonis catenis implicatum se ipsum expedire, cum impotens sit? Et mortuus, ac in sepulcro iacens, se ipsum suscitare? Profecto non tantum vitæ sanctitatis, & gloriæ merces donum Dei est, sed etiam prima conversio tanquam donum magnum, & initium aliorum animæ ab eius liberalitate & misericordia recipit. Nā triplex, ut Bernardus ait, nobis necessaria est benedictio; præueniens, adiuuans, & consummans. Prima, misericordiæ, secunda, gratiæ; tertia, gloriæ; præuenit misericordiæ conversione; adiuuat gratia conuersationem; perficit gloria consummationem. Verum in his tribus non immerito dulcius sapit ea quæ non modò immeritos, sed & malè meritos præuenit, ut dū adhuc sumus filij iræ, & operamur opera mortis, ipse cogitet super nos cogitationes pacis, & ne petentibus quidem, immo & impetentibus, non inuocantibus, sed prouocantibus, non interpellantibus sed repellentibus, spiritum bonum, spiritum vitæ, adoptionis spiritum largiatur. Quid illi animæ dulcius, cui misericordia tanta non sapit? Hæc quidem miseratio Dei est, & miseratio dulcis, quæ peccatorem à felle amaritudinis & iniquitatis abducit, in gratiæ suauitatem admittit. Ipse iustitiæ ciuitatem ædificat, ipse extructam sua protectione custodit, ipse viam ad quærendam istam ciuitatem, & ad oprandam eius extructionem, ostendit. Sapienter namque Ambrosius ait: illum Psalmi versum: Nisi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt, qui ædificant eam,] ad hominis iustificationem applicans: Audeo etiam ego dicere, quòd homo viam non possit adoriri, nisi Dominum habeat præuiatē. Vnde scriptum est: Post Dominum tuum ambulabis:] Et, A Domino dirigitur via viri.] Denique ille perfectior, qui intelligeret se sine Deo ambulare non posse.] Id omnino intelligat homo, & se potentem ad peccatum, impotentem verò sine Deo authore iustitiæ ad iustitiam agnoscat. Homines enim post lapsum Adæ, infirma ac imbecilla potentia potentes sunt ut delinquant, ut cadant, ut se in barathrum inferni præcipitent: de quibus dicit Isaias: Vt, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem:] at infirmi omnino sunt sine Deo, ut à fouca impietatis resurgant. Quod & sanctus David confitetur, dicens: Deus meus, misericordia eius præuenit me.] Et Augustinus: Hæc est humanæ voluntatis natura, ut ad malum quidem eius prior sit, ad bonum verò eius prior sit voluntas Creatoris eius, siue ut eam faceret, quæ nul-

A la erat, siue ut reficeret, quæ lapsa perierat.

Non tamen iustificatio hominis ita est opus Dei, ut nostrum laborem, & cooperationem excludat, immo illam omnino gratiam sequentem, & ei cooperantem efflagitat. Ut enim Hieronymus ait: Vult Deus saluari omnes, & in agnitionem veritatis venire. Sed quia nullus absque propria voluntate saluatur (liberi enim arbitrij sumus) vult nos bonum velle, ut cum voluerimus; velit in nobis & ipse suum complere desiderium.] Id quidem sonant sacrarum litterarum verba, quæ à nobis conuersionem, & reditum ad Dominum exigunt. Qualia sunt illa Ezechielis: Conuertimini, & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris.] Et illa Isaiæ: Conuertimini, sicut in profundum recesseratis.] Atque illa Domini Saluatoris: Penitentiam agite: appropinquauit enim regnum cælorum.] Id etiam indicat nomen inditum Domino, quo eum adiutorem nostrum vocamus, & in adiutorium nostrum interpellamus. Domine, inquit David, adiutor meus, & redemptor meus.] Et, Adiutor meus, ne derelinquas me, neque despicias me.] Et iterum: Exurge Domine, adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.] [stud, inquam, adiutoris nomen satis nostram cooperationem insinuat. Quoniam, ut Augustinus ait: Neque adiuuari potest, nisi qui aliquid sponte conatur: quia non sicut in lapidibus insensatis, aut sicut in eis, in quorum natura voluntatem, rationemque non condidit, salutem nostram Deus operatur in nobis.] Ac tandem si nos non cooperatemur actioni miserentis Dei, nequaquam digni laude ac remuneratione censemur, quia nemo, nisi de eo, quod ipse sponte agit, & bene agit, iure laudatur.

Ex hac autem Catholica veritate duo scitu valde necessaria nobis colligenda sunt. Alterum est, peccatorem debere magno seruiore ad Deum recurrere, eumque precibus & gemitibus exorare, ut ipsum iacentem in cæno peccati erigat, ad se trahat, actibus supernaturalibus moueat, & à vinculis iniquitatis per gratiam gratum facientem expediat. Ab eo enim donum petendum est, in cuius potestate positum est illud donare; iustificationis autem beneficium Deo misericorditer donante, conceditur, vnde æquum est ut ab ipso postuletur. Dicat ergo peccator ad Dominum, quanto potuerit cordis affectu, illa verba Davidis: In te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam, accelera, ut eruas me. Est o mihî in Deum protectorem, & in domum refugij, ut saluum me facias.] Aut alia similia verba, non tam ore, quàm corde & affectu, pronuntiet, quibus petat à peccato liberari: certò sciens, quia Dominus est, [qui tollit peccata mundi.] Ipse est, qui tollit catenas peccatorum, utique à manu, ab oculo, à collo, ut inquit Bernardus, demum etiam à carne ipsa, cui peccatum altius infixum est. Tollit peccatum è manibus, commilla peccata delens: tollit ab oculo, purgans cordis intentionem: tollit à collo, violentam remouens dominationem; sicut scriptum est: Sceptrum exactoris eius superasti, sicut in die Madian.] Tollit denique à carne, quia ipse facit, ut non regnet peccatum in nostro mortali corpore.] Si ipse tollit peccata, & sua potentia iniquitates dissipat, orandus certè est, ut quod in aliis peccatoribus fecit, in nobis quoque perficiat. Alterum est, ut peccator hanc orationem fundens, diuinam gratiam nulli deficientem sequatur, eique se diligentem comitem præbeat, & actibus ad conuersionem suam necessariis sedulo præstandis insistat. Et sicut Iudas Machabæus primò cum suis clamauit in cælum, ut Dominus eorum miseretur,

E

Hieron. in epi. lo. larn ad Tim. c. i.

Ezech. 18. n. 30. Isa. 31. n. 6. Matth. 3. n. 2.

Psal. 18. 15. Psal. 26. n. 9. Psal. 43. n. 26. August. 2. de pecc. meritis, c. remiss. c. 5.

Psal. 30. n. 1. 2. 3.

Ioan. 1. n. 29. Bern. ser. 6. de Ad. mensu.

Isa. 9. n. 4

1. Machab. 4. n. 10.

Act. 17. n. 18. Rom. 2. n. 4. 1. Ioan. 4. n. 7. Rom. 5. n. 5.

Psal. 145. 8.

Bern. ser. 39.

Psal. 126. n. 1.

Amb. de. in Luc. 11. n. 10. Prou. 20. n. 24.

Isa. 5. n. 22.

Psal. 38. 11. Aug. lib. 2. contra duas epi. Pelag. 9.

& statim cum hostibus Israelis animosè pugnauit, & fauente Deo illos eiecit: ita homo prius clamet ad Dominum, aduersus peccata, eius gratiam & auxilium expostens, & statim timore & spe, detestatione & amore, confessione & satisfactione debita, fuga occasione, & dignis actibus penitentiae aduersus peccata pugnet, & sine dubio victor exiit.

De Timore. §. I.

Quod ergo saluari vult, & à peccato liberari, à casto timore Domini bellum istud incipiat. Nam timor efficacissimè facit peccata deserere, & ea, quae delectabant, abicere. Quod sanctus Iob aperte fatebitur, dicens: Semper quasi tumentes fluctus super me timui Dominum, & pòdus eius ferre nò potui. Ac si diceret, hic timor, & pavor Dei fecit me ab amore illicito fugere, & ab iniuria puillorum temperare. Fluctus enim cum tumentes desuper imminant, inquit Gregorius, cumque eam, quam deseruit, mortem minantur, nulla tunc nauigantibus cura temporalium, nulla carnis delectatio ad mentem reducit, ea ipsa quoque ex naui proiciunt, pro quibus longa nauigia susceperunt, cunctae res in despectum mentis veniunt, amore viuendi. Quasi ergo tumentes super se fluctus Deum metuit, qui dum veram vitam desiderat, omnia despicit, quae hic possidens portat. Cum autem timor Dei duplex à patribus distingatur, alter seruilis, alter filialis, & quilibet eorum in duos alios diuidatur: nam est seruilis timor, qui timet propter poenam incursum, & seruilis timor, qui timet propter gloriam amissam: & est filialis timor, qui metuit propter culpam patratam, non sine respectu ad poenam, qui dicitur initialis, & alius, qui tantum metuit propter offensam, & culpam in Deum summum bonum admissam: peccator in his timoribus ordinatè se exerceat, & ex primo per media ad postremum ac perfectum perueniat. Timeat itaque Deum principio propter incomparabilem poenam, qua peccando se dignum, & debitorem fecit. Haec enim poena signata est à Domino per debitum decem millium talentorum, quam nisi ipse dominus benignè condonet, seruus pauper & humilis non potest exolucere. Hunc autem timorem ista breuiter suscitabant: Primò consideret homo sceleratam peccati, & eius malitiam, quam supra descripsimus. Secundo, poenas maximas in sacris Scripturis contentas, quibus Dominus in peccatores, vt in Angelos apostatas, & in primos parentes, & in plurimos alios animaduertit. Tertiò, calamitates, quas in regna, & in ciuitates, vt in illas Sodomorum, causa peccatorum immisit. Quarto, mortis certitudinem, & acerbitatè. Quintò, diuini iudicij rigorem, & rectitudinem. Sextò, inferni, & poenarum eius aternitatem. Septimò, Christi patientis & morientis angores. Nam si in viridi ligno talia facta sunt, in arido quid fieri? Octauò, infinitatem diuinæ iustitiae, cui absonum esset, tantæ maiestatis offensam, & tantam offensam inultam & impunitam relinquere. De isto primo timore haec verba notanda sunt apud Basilium: Si quando te senseris ad aliquod ceteriac proflire peccatum, mihi ad mentem renoca formidabile illud, nec vlli mortalium tolerabile Christi iudicium, in quo quidem praesidet iudex in alto & sublimi throno: astatib portò creatura omnis praetrepida, & contremiscens, ad illius gloriosum & illustrem aduentum, & singuli quique listentur, de his examinandi, quae quisque gessit in viuis. Deinde, eos qui multa peccata in vita admiserunt, horrendi quidem ac tristes circumstantur angeli, ignem paratum contuentes, ignem expirantes, propter propositi

Iob 31. n. 23.

Greg 21. Mor. 6. 17.

Matth. 18. n. 24.

Luc. 23. n. 31.

Basil. in reg. Crebro. ad in. terrag. 209.

A amarulentiam, vultum praferentem morti similem, pro merore atque hominum odio. Subinde conspiciunt barathrum in immum patens, tenebras impermeabiles quidem illas, ignem obscurum, causticas vires habentem, luce destitutum. Inde vermium innumerabilem genus venenosum, ac carniuorum, elicans semper, nec tamen se exsatiens, intolerabiles dolores moribus infligens. Postremò omnium durissimam poenam, probrum illud, & verecundiam sempiternam. His omnibus excitatur timor seruilis, quorum consideratione curet homo affectum mouere, & voluntatem suam claus metus, & horrois tantorum malorum, affigere.

Deinde timeat peccator propter inestimabilia dona gratiae, & gloriae, quae Deum offendens abiecit. Sicut enim ille homo, qui descendebat ab Hierusalem in Hiericho, non tantum vulneratus est à latronibus, & plagis repletus, sed etiam spoliatus bonis suis; ita peccator miserum peccatorem non solum vulnerauit, verum & ab eo quoque omnia bona, excepta fide & spe, supernaturalia diripuit. Excitet itaque se ipsum peccator ad concipiendum timorem, considerans suis iniquitatibus quam preciosam gratiae donum, quantas virtutes, quantos labores, & merita perdidit, & quomodo Dei visionem ac aeternam fruitionem, animae & corporis gloriam, coelestem habitationem, & sanctorum, ac Angelorum dulcissimum consortium amisit. Timeatque eum, qui, nisi respiciat, & à peccato discedat, potest in perpetuum, seruam sibi rebellem omnibus his bonis priuare, & pauperem ac miserum derelinquere. Istum timorem secundum ex praedicta causa conceptum breuiter exposuit Bernardus, dicens: Primus timor est, ne cruciemur in gehenna. Secundus, ne exclusi à visione Dei priuemur tam inestimabili gloria. Et Cassianus de sublimiori timore loquens, eius etiam mentionem fecit, dicens: Quisquis in huius fuerit charitatis perfectione fundatus, necesse est vt ad illum sublimiorem timorem gradu excellentiore conscendat, quem non poenarum terror, non cupido praemiorum, sed amoris generat magnitudo. Hic timor licet seruilis sit, & à primo nullo modo natura distinctus, tamen aliquo gradu est illo priori superior, quia iam non vt mancipium videtur flagella spectare, sed vt mercenarius nouit mercedis & praemij amissionem timere.

C Timeat postea peccator altiori modo timore initiali, non tantum propter poenam incursum, & gloriam amissam, sed etiam propter offensam, & culpam, quam in Deum suum conditorem admisit. Ad hunc verò timorem non solum praedictis excitatoriis, sed iis quoque, quae statim subiiciemus, se ipsum excitet. Hoc enim habet hic initialis timor, vt Thomas ait, quod simul poenam, & culpam metuit, & propter vtrumque à peccato recedit. Quo timore pulsatus videtur ille prodigus filius cum in domum patris redire decreuit. Quanti, inquit, mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ecce bona, quae amiserit; [ego autem hinc fame perece] ecce mala, quae incurrit: [surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in caelum, & cora te:] ecce respectam culpam, qua discedendo à domo paterna suum genitorem offendit. De illoque videtur loquutus Bernardus, dum ita ait: Huic seruili timori succedit tertius timor, videlicet initialis, quando homo incipit facere bonum propter dilectionem Dei, quod antea faciebat propter timorem inferni. De hoc initiali timore ait Dauid Propheta in Psalmo: Initium sapientiae timor Domini. Initialis timor est, quando homo incipit amare Deum, quem antè timebat. Istum

D Timeat postea peccator altiori modo timore initiali, non tantum propter poenam incursum, & gloriam amissam, sed etiam propter offensam, & culpam, quam in Deum suum conditorem admisit. Ad hunc verò timorem non solum praedictis excitatoriis, sed iis quoque, quae statim subiiciemus, se ipsum excitet. Hoc enim habet hic initialis timor, vt Thomas ait, quod simul poenam, & culpam metuit, & propter vtrumque à peccato recedit. Quo timore pulsatus videtur ille prodigus filius cum in domum patris redire decreuit. Quanti, inquit, mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ecce bona, quae amiserit; [ego autem hinc fame perece] ecce mala, quae incurrit: [surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: Pater peccaui in caelum, & cora te:] ecce respectam culpam, qua discedendo à domo paterna suum genitorem offendit. De illoque videtur loquutus Bernardus, dum ita ait: Huic seruili timori succedit tertius timor, videlicet initialis, quando homo incipit facere bonum propter dilectionem Dei, quod antea faciebat propter timorem inferni. De hoc initiali timore ait Dauid Propheta in Psalmo: Initium sapientiae timor Domini. Initialis timor est, quando homo incipit amare Deum, quem antè timebat. Istum

E Pater peccaui in caelum, & cora te:] ecce respectam culpam, qua discedendo à domo paterna suum genitorem offendit. De illoque videtur loquutus Bernardus, dum ita ait: Huic seruili timori succedit tertius timor, videlicet initialis, quando homo incipit facere bonum propter dilectionem Dei, quod antea faciebat propter timorem inferni. De hoc initiali timore ait Dauid Propheta in Psalmo: Initium sapientiae timor Domini. Initialis timor est, quando homo incipit amare Deum, quem antè timebat. Istum

Luc. 10. n. 30.

Bern. ser. 2. Dominice 1. post Octauam Epiphaniae. Cass. coll. 11. c. 13.

22. q. 19. art. 2.

Luc. 15. 17. 18. 19.

Bern. ser. 4. ad fororè.

Psal. 110. n. 10.

etiam

In 1. in li
quo rida.
Trac. de
Timore.
c. 5.

Thom. 1.
ar. 2.

etiam timorem breuissimè & apertissimè descripsit Laurentius Iustinianus, dicens: Timor initialis est, quo timet quis Dei offensam, & pœnam. Unde quasi habet duos oculos, vnum ad pœnam, & alterum ad Dei offensam: & hic est prædictis principalior.] Hic timor non quidem feruor, nec mercenariorum sed filiorum est, vt Thomas ait, sed filiorum incipientium est, & imperfectum, quos paternus amor à culpa non auocat, nisi timor aliquis intercedat.

Denique enitatur peccator timere Deum timore perfectissimo, scilicet timore filiali, quem tamen non nisi post adeptam charitatem consequetur. Sed hoc loco eius mentionem facimus, ne iterum ad timoris species redeamus. Est autem timor filialis, quo quis à peccato discedit, non propter pœnam simul & culpam, quam, vt pessimam, apprehendit, sed propter Dei reuerentiam, & bonitatem, cui vult per omnia placere, & ne deficiat à possessione veri boni, & decore virtutis. Hunc excitabit homo, si consideret malitiam peccati per se ipsam odibilem, & detestabilem, pulchritudinem virtutis per se ipsam amabilem, bonitatem Dei, ac eius infinitas perfectiones, propter quas est omni obedientia & obsequio dignissimus, & immensa beneficia in hominem collata, & innumera dona, quibus quotidie præuenit nos. Hic est Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi,] quem perfecta charitas foras non eicit, sed vt inseparabilem effectum, ac charissimum filium, promouet, nutrit, atque consummat. Ad eum incitantur sanctitiam, atque perfecti, nam, Time Deum omnes sancti eius, quoniam nihil deest timentibus eum.] Et quidem beatus Dorotheus proposito timore seruu, quem ipse iagogicum, siue introductorium vocat, istum filialem timorem hac oratione describit: Alter Deo in cunctis pareat ex amore & beneuolentia in Deum, & in ipsum bonum atque virtutem, vt scilicet hoc medio Deo placeat, & gratus sit. Nouit hic profectò quid bonum, quid virtus sit. Nouit quid sit cum Deo esse. Hic perfectam & veram, de qua loquitur Apostolus, habet charitatem, & ipsa charitas eum in perfectum timorem adducit. Timet enim hic diuinam voluntatem, & obseruat, non metu plagarum, non verberum, sed degustans iam quam dulce sit cum Deo esse, timetque ne ea priuetur dulcedine, neve excidat.] Enitendum est igitur, quasi per gradus ad hunc sanctum & castum timorem ascendere, ita scilicet, vt iam peccata non metu pœnæ, non vitæ æternæ desiderio, sed virtutis concupiscentia, & Dei amore timeamus, non quia pœna timenda non sit, & gloria desideranda, sed quia esto quòd hæc non essent (quod tamen est impossibile) adhuc peccatum fugeremus, vt Domino, quem patrem agnoscimus, placeamus. Hic inquam timor querendus est, quoniam non tantum consensum in malum tollit, sed & sensum atq; paulatim sensum ipsum mali diminuet, & nos in maxima tranquillitate constituet.

De spe. §. 2.

Timor iste postremus sanctus & castus secum affert alacrem & salubrem spem. Quid enim non speret à patre filius? Quid non confidat in illo, erga quem homo affectum amoris induit, & cuius vel minimam displicentiam exhorret? At dum aliquis seruu timore pulsatur, debet se ad spem veniæ consequendæ diligenter excitare, ne malis suis absorptus & pressus, vitio desperationis obrutur. Cogitet igitur magna esse sua peccata, sed Dei misericordiam esse maiorem, & ita maiorem, vt vniuersa peccata hominum diuinæ misericordiæ cõparata, instar pun-

Acti, aut momenti statera videantur. Cogitet, Deum magnis peccatoribus pepercisse, nulliq; quantumuis abominabili veniam perenti indulgentiam & misericordiam denegasse. Cogitet maximè ad Dei gloriam pertinere, quam ipse (vt decet) in omnibus suis operibus promouere curat, si peccatoribus parcat, si miserorum misereatur, si confitentibus delicta sua, ea benignè remittat. Cogitet, misericordiam esse opus proprium Dei, quam effundit super omnia opera sua, ipsumq; semper occasiones miserendi captare, & iram ac indignationem quasi inuitum, & iustitiæ necessitate compulsum, in impenitentes exerceere. Cogitet peccatorum remissionem fructum esse Passionis Christi, quam Pater æternus non esse fructu vacuam, sed omnibus se disponentibus, & gratiæ cooperantibus proficuum, valde cupit. Cogitet, Dominum nolle mortem peccatoris, Sed vt conuertatur, & viuat,] Velle autem vt omnes salui fiant, & ad veritatis cognitionem adueniant.] Cogitet tandem præceptum Ecclesiastici esse, vt timori spem in diuinam miserationem adiungat. Qui timeris Dominum, ait, sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia,] ad desiderium scilicet vestrum, & ad mensuram postulationis vestræ misericordiæ consequemini, si cum vero timore Domini, firmam in illum spem, ac inuiolabilem habeatis. His cogitationibus roboratus peccator spem assequendæ indulgentiæ concipiat. Dicatque sibi ipse, vt amplius saluberrimum istum affectum accendat, verba illa planè aurea Hugonis Victorini: Vbi portio mea regnat, regnare me credo: vbi sanguis meus dominatur, dominari me confido: vbi caro mea glorificatur, gloriosum me esse cognosco. Quamuis peccator sim, de hac tamen communione gratiæ non diffido: & si peccata me prohibent, substantia me requirit: & si delicta propria me excludunt, naturæ communio non repellit. Non enim tam immitis est Dominus, vt non diligat carnem suam, membra sua, & viscera sua.] Vtinam dormire sciat inter medios cleros, & inter fortes timoris casti, & spei firmæ requiescere, vt ex his tanquam ex munitissimis arcibus, ad quas assidue recurrit, ad querenda efficacia remedia (quæ nunc subiciemus) suorum peccatorum procedat. Nigere enim & fœdus coruus in candidam ac pulchram columbam conuertetur, cuius pennæ, id est, affectus, argento puritatis candescant, & extrema, id est, opera charitatis, auro resplendescant.

Bibliotheca

Eszech.
33 nu. 11.
1. Timor
th. 2. n. 4.

Ecclef. 2.
9.

Hugo. lib.
3. de An-
ma. c. 7.

Psal. 67.
n. 14.

Psal. 67.
n. 14.

Cogitet, Deum magnis peccatoribus pepercisse, nulliq; quantumuis abominabili veniam perenti indulgentiam & misericordiam denegasse. Cogitet maximè ad Dei gloriam pertinere, quam ipse (vt decet) in omnibus suis operibus promouere curat, si peccatoribus parcat, si miserorum misereatur, si confitentibus delicta sua, ea benignè remittat. Cogitet, misericordiam esse opus proprium Dei, quam effundit super omnia opera sua, ipsumq; semper occasiones miserendi captare, & iram ac indignationem quasi inuitum, & iustitiæ necessitate compulsum, in impenitentes exerceere. Cogitet peccatorum remissionem fructum esse Passionis Christi, quam Pater æternus non esse fructu vacuam, sed omnibus se disponentibus, & gratiæ cooperantibus proficuum, valde cupit. Cogitet, Dominum nolle mortem peccatoris, Sed vt conuertatur, & viuat,] Velle autem vt omnes salui fiant, & ad veritatis cognitionem adueniant.] Cogitet tandem præceptum Ecclesiastici esse, vt timori spem in diuinam miserationem adiungat. Qui timeris Dominum, ait, sperate in illum, & in oblectationem veniet vobis misericordia,] ad desiderium scilicet vestrum, & ad mensuram postulationis vestræ misericordiæ consequemini, si cum vero timore Domini, firmam in illum spem, ac inuiolabilem habeatis. His cogitationibus roboratus peccator spem assequendæ indulgentiæ concipiat. Dicatque sibi ipse, vt amplius saluberrimum istum affectum accendat, verba illa planè aurea Hugonis Victorini: Vbi portio mea regnat, regnare me credo: vbi sanguis meus dominatur, dominari me confido: vbi caro mea glorificatur, gloriosum me esse cognosco. Quamuis peccator sim, de hac tamen communione gratiæ non diffido: & si peccata me prohibent, substantia me requirit: & si delicta propria me excludunt, naturæ communio non repellit. Non enim tam immitis est Dominus, vt non diligat carnem suam, membra sua, & viscera sua.] Vtinam dormire sciat inter medios cleros, & inter fortes timoris casti, & spei firmæ requiescere, vt ex his tanquam ex munitissimis arcibus, ad quas assidue recurrit, ad querenda efficacia remedia (quæ nunc subiciemus) suorum peccatorum procedat. Nigere enim & fœdus coruus in candidam ac pulchram columbam conuertetur, cuius pennæ, id est, affectus, argento puritatis candescant, & extrema, id est, opera charitatis, auro resplendescant.

D

*Peccatum mortale contritione delendum esse,
& de proposito emendationis.*

CAPVT VI.



Qui grauisimo morbo laborare se sentit, & iam mortem imminet, & celeri cursu aduentantem formidat, & ex alia parte, nec de ratione euadendi, nec de salute desperat, non sine magna sollicitudine omnem mouet lapidem, omniâque sibi possibilia media adhibet, vt se à morte propiciat, & ad incolumitatem perditam redeat. Idem omnino faciat peccator, qui & grauitatem peccatorum suorum, & mortem, ac pœnas æternas velociter ad ipsum obruendum currentes aduertit, & per spem fide illuminatam ad animæ sanitatem, & ad diuinam gratiam se posse redire cognouit. A conscientiæ igitur examinatione hoc suæ salutis opus ordiatur, vt super interfectos suos, aut super se ipsum interfectum, & spiritaliter peccatis occisum, luctum vnigeniti, & plantum amarum

Iere. 6. n.
26.

exsuscitet. Timore itaque cordis tactus intrinsecus A
 suam conscientiam examinet, species suorum pecca-
 torum, & circumstantias notabiliter aggrauantes dis-
 cutiat, numerum etiam eorum noverit, scandalum
 quoque proximorum aduertat, & si, quæ sibi præce-
 pta erant, omisit, inuestigare non omittat. Non pu-
 tamus esse nostri instituti longiorem rationem huius
 examinis faciendi præscribere, in quo multi dili-
 genter & vtiliter laborarunt. Solum dicimus ex præ-
 ceptis Decalogi, ex mandatis Ecclesiæ, & ex statutis
 status, aut muneris eius, qui se ipsum discutit cum
 mediocri diligentia, posse omnia necessaria subno-
 tari. In vno quoque verò examinationis articulo
 amator propriæ salutis aduertat, vt non tantum opus
 externum, sed & desiderium, & cogitationem ad
 consensum vsque protractam, & intentionem, quæ
 speciem peccati sepe mutare, aut aggrauare solet, non
 negligenter discutiat. Horum enim omnium Domi-
 nus est rationem petiturus, vt ait Iob: Posuisti in
 nervos pedes meos, & obseruasti omnes semitas
 meas, & vestigia pedum meorum considerasti: cuius
 iudicium præuenimus, si nos prius iudicemus.
 Quod & Paulus testatus est, dicens; Quod si nos
 metipsums iudicaremus, non vtiq; iudicemur. Vniuersa
 autem hæc ad iudicium Domini nemo est qui ignoret
 spectare, præsertim cum audiat spiritum dicentem
 per Sophoniã: Scrutabor Ierusalem in laceris, &
 visitabo super viros defixos in facibus suis, qui
 dicunt in cordibus suis: Non faciet bene Dominus,
 & non faciet malè. Ac Gregorius illam sancti Iob
 sententiam interpretans, in hunc modum exponit:
 In nervo Deus pedem hominis posuit, quia prauitatem
 illius forti distractionis suæ sententia ligauit.
 Cuius omnes semitas obseruat, quia subtiliter
 singula eius quæque diiudicat. Semita enim angustior
 solet esse, quam via. Quia autem vias, actiones;
 non immeritò semitas ipsas, actionum cogitationes
 accipimus. Deus itaque omnes semitas obseruat,
 quia in singulis quibusque nostris actionibus etiam
 cogitationes pensat. Et vestigia pedum considerat,
 quia intentiones nostrorum operum quam rectè po-
 nantur, examinat. Tandem in hoc peccatorum
 examine obligatio restituendi aut pecuniam, aut famam,
 aut aliquid aliud, quæ ex peccatis suboriri solet,
 prætermittenda non est, vt quisque qualitatem
 suorum delictorum diligenter expendens, impensius
 odio habeat, & suo tempore spiritali medico clari-
 us & abundantius aperiat.

De Contritione. §. I.

Peccatis ita discussis, & ad memoriã reuocatis, pec-
 cator attentè se ipsum aspiciat, & in quantam
 peccando calamitatem incidit, diligenter agnoscat,
 & ad eam suorum delictorum detestationem, quæ
 contritio sit, Deo ipsum præueniente, & iuuante,
 perueniat. Est namque duplex detestatio peccatorum,
 quarum altera, Attritio; altera, Contritio nominatur.
 Attritio, est odium vel detestatio peccati, aut ob
 scditatem, & malitiam ipsius, aut ob metum
 gehennæ. Quæ licet bona sit, & laudabilis, &
 ex diuina gratia suscepta, & simul cum penitentia
 sacramento ad iustificationem sufficiens, vt Tridentina
 synodus satis insinuat, tamen sola ad recuperandam
 iustitiam non sufficit. Contritio verò est detestatio
 peccati, vt est offensa Dei, & contra eius bonitatem,
 & vt ipsius amicitiam dissoluit. Quæ cum à
 Dei amore ac charitate procedat, aut saltem virtute
 charitatem includat, & actus sit perfectè peccato
 contrarius, quem gratia Dei voluntatem iuuante elicimus,
 sola sine sacramento penitentia, licet non

sine ordine ad illud suo tempore suscipiendum, pec-
 catum delet, ac remittit. Quod Dominus promissit
 per Isaiam, dicens: Derelinquat impius viam suam,
 & vir iniquus cogitationes suas, & reuertatur ad
 Dominum, & miserebitur eius; & ad Deum nostrum,
 quoniam multus est ad ignoscendum. Ad hanc ergo
 peccati detestationem perfectissimam enitatur homo
 peruenire, quæ animam Deo perfectè submit-
 tit, dolore & pudore replet, & peccatorum sordes
 ac maculas diluit. Quod in Dauide, & in alijs pen-
 itentibus possumus facili negotio perspicere, sed
 præcipuè in impiissimo Manasse, qui sicut iniquitate
 pene omnes excelluit, ita in verbis ex corde prolatis
 affectum compunctionis designantibus, & hos
 effectus contritionis præferentibus vniuersos super-
 ruit. Posuisti Domine, inquit, penitentiam propter
 me peccatorem: quoniam peccavi super numerum
 arenae maris. Vide insignem, sed in veritate
 fundatam humilitatem. [Multiplicatae sunt iniquitates
 meae; Domine, multiplicatae sunt iniquitates
 meae:] Attende dolorem. [Et non sum dignus in-
 tueri, & aspiciere altitudinem caeli præ multitudine
 iniquitatum mearum.] Respice pudorem. [Qui postquam
 coangustatus est, ait Scriptura diuina, orauit
 Dominum Deum suum, & egit penitentiam valde
 coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum,
 & obsecrauit intentè: & exaudiuit orationem eius,
 reduxitque eum Ierusalem in regnum suum.] Ecce
 veniam, ac peccati remissionem, quam contritio
 habita à pessimo rege ex Dei gratia, promeruit.

Contritio itaque animam Deo subiicit, vt, quæ
 peccato se in superbiam erexerat, & aduersus Deum
 rebellauerat, penitendo ad pristinam subiectionem
 redeat, & iniquam pacem cum diabolo composi-
 tam scindat. Peccatum quidem gratiam destruxerat,
 virtutes dissipauerat, animam interfecerat: contritio
 verò peccatum destruit, veterem hominem
 dissipat, & propriam voluntatem, vt in nobis viuat,
 & regnet Dei voluntas, occidit. Iam homo se ipsum
 respicit, omnium infimum proficitur, & dignissimi-
 mum esse æternæ morte cognoscit. Iam non tantum
 præterita mala auersatur, & luget, sed & de præsentibus
 bonis tanquam de imperfectissimis obsequiis
 erubescit, & ea illi Domino, quem grauitur offend-
 rat, delibare timet. Hunc esse veræ contritionis ef-
 fectum Ricardus Victorinus docet, dum eam lapidi
 abscisso sine manibus, & monstruosam statuam con-
 terenti, similem dicit. Quid, ait, est huiusmodi
 lapidis percussio, nisi interna compunctio? Quid
 autem est percussio statuæ comminatio, nisi compunctio
 cordis contritio, & humiliatio? Sed scimus quia
 [cor contritum, & humiliatum Deus non despiciet.]
 Melius itaque sanè conteri in hoc lapide, quam erectum
 stare, & superbum sapere. Percussit, inquit, statuam
 in pedibus eius ferreis, & in fustibus, & comminuit
 eos. In inferioribus, & deterioribus suis vtiq;
 que statuæ concutitur, quando mens elata, atq; per-
 uerfa, per spiritum timoris Domini, ad iniquitatis &
 infirmitatis suæ considerationem reuerberatur. Sed
 postquam ferrum, & testa concutitur, etiam cætera
 conteruntur. Nam tunc conterrita sunt pariter fer-
 rum, testa, & æs, argentum & aurum. Vide quomodo
 gradatim proficiat totius bonitatis fundamentum
 humilitas: prius erubescimus vera mala, postea ficta
 bona. Nouissimè etiam vera bona, cum sint imper-
 fecta, & inconsummata. O quantum contritio ani-
 mam deicit, quantum humilitas, quæ iam & in malis,
 & in bonis se indignam veniam, & dignam poena
 reputat; in malis, quoniam diuinæ maiestati displic-
 euerunt, & in bonis, quoniam non pura, non perfe-

cta,

Iob. 13.
27.1. Corin.
11. u. 31.Seph. 1.
12.Greg. 11.
Mor. c.
25.Concil.
Trident.
Sess. 13. c.

Isa. 55. 7.

Oratio
Man.2. Paralip.
lip. 33.
12. 13.Dan. 2.
n. 34.
Ricard. li.
de eru-
dit. gte-
rioris hō.
c. 27.Psal. 50.
n. 19.
Dan. 2. n.
34.

ta, vt hominem tantis flagitijs liberatum decebat, sed impura, & imperfecta ad Domini conspectum intrant. Dicitque illud Isaia: Et facti sumus vt immundus omnes nos, & quasi pannus menstruatus vniuersa iustitia nostra.] Homo sic contritus, & peccatorum suorum fetore & grauitate contritus, quidquid sibi aduersum accidit, patienter sustinet, quia pœnis æternis, quas commertus erat in infinitum, minus ac minus aduertit. Se ab hominibus despici, à minoribus rideri, ab æqualibus impeti, à prelati duriter tractari, gratum habet, quoniam hæc omnia risui dæmonum, & contemptui damnatorum, & verberibus ac pœnis inferni comparata, quasi nullius pœnæ, aut afflictionis, agnoscit. Ecce quomodo contritio animam in suo loco, id est, infra omnes creaturas, collocat, & peccatorum fœditate liberatam pulcherrima humilitate circundat.

De dolore peccatorum. §. 2.

Quantum verò contritio dolorem excitet, quis explicare sufficere, quæ ob singulos, ob gemitus, ob dolorem sibi cognatum dolor solet appellari, cum tamen contritio secundum essentiam suam non sit dolor, sed odium peccati, ex quo magnus dolor, ac tristitia, sicut effectus ex causa procedit? Quemadmodum enim, qui hostem habet infestissimum, quem ingenti odio prosequitur, miserabiliter dolet, & inconsolabiliter desit se videat ab illo victum, ipsique subiectum; ita anima odio habens peccatum, ex odio erga illud dolet, quia se peccato subiecit, & iniquitatis nexibus implicauit. Quam magnus autem esse soleat, & debeat iste dolor, ex contritione progrediens, Ioannes Climacus non obscure significat, dum illum dolori eorum, qui lugent defunctos, assimilat. Imitetur is, inquit, qui peccatorum suorum onus deponere festinat, eos, qui extra ciuitatem ante sepulchra sedent, nec desistat effundere feruidas & igneas lacrymarum guttas, cordisque tacitos mugitus, quod ipse quoque venientem videat Iesum, lapidemque nostræ cæcitatæ à corde remouentem, & Lazarum, animum scilicet, peccatorum vinculis liberantem, ministrisque Angelis iubentem.] Ad eandem etiam doloris qualitatem Casarius Arelatenis hortatur, dicens: Ad extremum non est impossibile, aut graue quod suggero, vel sic lugeamus extinctam animam nostram, quomodo alienam carnem mortuam plangimus. Si aut vxor, aut filius, aut maritus mortui fuerint, in terra se collidunt homines, capillos trahendo, & tundendo pectora in luctu, in abstinentia, in lacrymis, non paruo tempore perseuerant. Rogo vos, fratres, exhibeamus animæ, quod illi exhibent alienæ carni.] Non exaggerant rem istam hi sancti patres; nam Ieremias maiorem adhuc dolorem pro peccato, quam pro quibuscumque defunctis, maiorem fletum exoptulat. Filia populi mei, ait, accingere cilicio, & conspergere cinere; luctum vnigeniti fac tibi, planctum amarum.] Licet enim ad desendos omnes vita functos naturalis amor instimulet, amplius tamen, & miserabilius lugemus vnicum filium, in cuius locum nullus alius filius succedit, cuius personam nemo substituit. Sic prorsus dolor, & luctus peccati causa susceptus esse debet, siquidem animam interfecit nobis vnicam, cuius amissionem nequit alia supplere, de cuius morte non potest alia nos anima consolari. Nec dolorem istum, sicut dolorem de morte alicuius, spes lenit resurgendi, imo illum quasi gradibus infinitis adauget, quoniam illum peccando læsum, illum dominum bonum, & misericordem offendimus, qui

A hanc spem nobis dedit, qui contritionem, & reliqua ad hanc resurrectionem animæ necessariam suo sanguine comparauit. Quis, quæso, ista animo expendens, non dolorem super dolorem, & fletum super fletum agglomeret, videns se, & propriam animam, & vnicam interemisse, & Christum occidisse, (quem non tam Iudæi, quam hominum peccata interemerunt) & ob eius bonitatem, quam læsit, tanta sanguinis profusione manifestatam in spem iterum viuendi respirasse? Talis itaque sit dolor animæ peccatricis, dolor magnus, dolor eximius, dolor, qui spiritalia viscera rumpat, & omnes vires eius occupet, atque possideat, sed dolor non desperatione prostratus, imo spe firmissima gratiæ, & resurrectionis erectus. Hoc enim ex conuersione Pauli, & aliorum peccatorum, quos Scriptura commemorat, debemus addiscere, vt bene notauit Bernardus, quod ita peccatum detestemur, ita illud gemitibus lacrymisque rigemus, vt tamen nullo modo fiduciam indulgentiæ deponamus.

De pudore ex peccatis concepto. §. 3.

EX isto dolore castus emanat pudor, quo anima suorum peccatorum fœditatem aduertens, non audeat oculos ad cælum leuare, sed in infimo loco iacens, & sub pedibus omnium se constituens, cum illo humili publicano pectus suam percutit, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori.] Et sicut alicuius viri nobilis vxor, apud quam ipse maritus aut litteras ritualis reperit, aut postea maiora indicia fractæ fidelitatis inuenit, magno timore concutitur, & rubore perfunditur, adeo, vt non audeat oculos ad virum at tollere, nec apud illum commorari: ita anima adhuc adulterij spiritualis præferens, vix audeat coram Domino stare, & præ timore, reuerentia, ac pudore, vel aliquid minimum postulare. Quo affectu Petrus fortassis tangebatur, cum Christi maiestatem & potentiam sentiens, cuius præsentia se cognoscebat indignum, ita clamabat: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine.] Erubescere namque ab illo videri, cuius oculos purissimos interiora hominis cernere reputabat. Huiusmodi animam nec dum à peccatorum fœce mandatam Bernardus ad hunc castum pudorem in hunc modum inuitat. Non temere assurgat ad os serenissimi sponsi, sed ad pedes seuerissimi Domini mecum pauida iaceat, & cum publicano, terram tremens, non cælum, aspiciat: ne confusa in luminaribus cæli, facies assueta tenebris, opprimatur à gloria, atque insolitis reuerberata splendoribus maiestatis, densioris rursus cæcitatæ caligine obuoluatur.] Nec solum coram Domino, sed & coram angelis, & sanctis peccatrix anima pudore & rubore suffunditur. Nam & ille, qui in ciuitate sua magna ignominia est affectus, & vestibus designantibus infamiam, indutus, solet vultus cœncium declinare, & coram illis erubescere, quid faciet anima, quæ peccati factum fordidum induit, & pretiosissimam gratiæ vestem amisit? Quid faciet ad nuptias inuitata, nuptiali veste carens, & se luctuosis vestibus amictam aspiciens?

E Anima igitur sic affecta peccatorum sordibus, aqua veræ contritionis abluitur. Compunctio enim ex amore concepta, lima est, quæ rubiginem iniquitatis abradit; gladiolus, qui licuram impietatis expungit; lixiuum, quod sordes delictorum abstergit. Compunctio emundauit Mariam, quæ pedes Domini lacrymis rigans, & contritionis affectu completens, peccata deposuit, induit sanctitatem. Denique audit: Remittuntur tibi peccata tua.] Ibi Ethiopissa mundauit pellem suam, & pardalis varietates

Bern. ser. 3. de Petro. & Paulo.

Luc. 18. nu. 13.

Luc. 5. 8.

Bern. ser. 3. in Cæt. Luc. 18. nu. 13.

Matt. 22. nu. 11.

Luc. 7. m. 43.

suas,

Isaia. 64. 6.

Climac. in scala. grad. 1.

Ioan. 11. 39.

Casarius homil. 7.

Irem. 6. n. 26.

suas, & candorem gratiae, ac sponse splendorem, qua-
 suvit. Ibi alij sancti, qui ante aduentum sanctitatis
 peccatores fuerunt, flendo & detestando peccata,
 suas animas emundarunt. Compunctio est plaga in-
 timo mentis inflata, quae illam, o res admirabilis!
 percutiendo sanat, & occidendo viuificat. De qua
 inquit Salomon: Liur vulneris absterget mala, &
 plaga in secretioribus ventris. Percutit sane, quia
 delicta commissa punit, & dolore atque pudore ca-
 stigmat, sed percutiendo sanat, quoniam peccatorum
 morbos eliminat. Corruptit illa peccatum, & vt
 ultra non appareat, omnino consumit, sed animae à
 morte peccati liberata, vitam gratiae, & diuinae ami-
 citiae restituit. Per liuorem vulneris, inquit Grego-
 rius, disciplinam insinuat corporeae percussio-
 nis. Plaga verò in secretioribus ventris, sunt interna
 mentis vulnera, quae per compunctionem fiunt. Si-
 cut enim venter cibus repletus extenditur, ita mens
 prauis cogitationibus dilatata subleuatur. Abster-
 gunt igitur mala, & liur vulneris, & plaga in secre-
 toribus ventris, quia & disciplina exterior culpas di-
 luit, & extensam mentem compunctio penitentiae
 vltione transigit. Aufert quidem contitio pecca-
 tum, & omnia etiam, quae sequuntur peccatum, vel
 tollit omnino, vel pro mensura suae perfectionis ex-
 tenuat. Peccatum enim, remissa culpa, relinquit
 non exigua poenarum debita, quae homo, aut in hac
 vita, aut in futura est exolaturus. Vnde Dauid in
 gratiam admissus, filij ex adulterio nati immatura
 morte punitur, & ab hoc debito, lacrymarum affi-
 ditate mundatur. Relinquit etiam propensionem
 ad malum, difficultatem ad bonum, ex praeterita vi-
 ta trilitiam, ex apprehensione offensae in Deum ad-
 missae timorem, & denique erubescetiam quandam,
 qua homo necdum audeat fiducialiter ad Deum om-
 nis boni authorem appropinquare. In cuius figu-
 ram Absalon ab exilio reuocatus, & ad gratiam patris
 restitutus, nec ad palatium regis, neque ad eius praesentiam
 admittitur. Vniuersa haec, peccatorum con-
 tritione tolluntur, quae iuxta feruorem suum, aut du-
 rationem pro poena satisfaciunt, propensionem ad ma-
 lum minuit, boni difficultatem tollit, & ipso dolore,
 ac lacrymis mentem exhilarat, & tandem fontem
 misericordiae aperit, ex qua homo spem indulgentiae
 bibens, concipit ausum accedendi, & dona ac bene-
 ficia postulandi.

De proposito emendationis. §. 4.

VERA contritionis, firmum propositum nun-
 quam grauius delinquendi, & vitam in poste-
 rum emendandi, est inseparabilis comes; nam, vt
 Bernardus ait, Si dixerit mihi Iesus, dimittuntur tibi
 peccata tua, nisi ego peccare desiero, quid prode-
 rit: & si pedes, quos laueram, inquinauero, quid la-
 uare proficiet? Sane, qui propositum emendatio-
 nis non conceperit, se ipsum minime contritione la-
 uabit; quia non potest odio habere peccatum, & de
 eo poenitere, qui necdum proposito & voluntate ab
 illo se ipsum auertit. Et contritio conuersio est, qua
 peccator in domum eius, quem offenderat, patris re-
 uertitur, conuersio verò non solum petit malum de-
 testari, sed etiam bonum ac virtutem amplecti. Ste-
 vt autem contritio peccatum detestatur, ita propo-
 situm emendationis bonitatem amplectitur, vnde
 ex his duobus perfecta conuersio & consummata
 confurgit. Ac ideo Dominus ab his, quos in suam
 amicitiam est admissurus; non solum priorum deli-
 ctorum detestationem, sed etiam sequentis vitae re-
 ctitudinem ac puritatem exposcit. Angelo enim
 Ephesiorum Ecclesiae scribens, ait: Age poeniten-

A tiam, & prima opera fac. Poenitentiam ad pristina
 peccata delenda, & prima opera ad vitam nouam
 instituendam, referenda sunt. Et apud Ezechielem:
 Cum recesserit impius ab impietate sua, feceritque
 iudicium, & iustitiam, viuet in eis. Ambrosius sane
 ait: Qui agit poenitentiam, non solum diluere lac-
 crymis debet peccatum suum, sed etiam emendatio-
 ribus factis operire & tegere delicta superiora, vt
 non ei imputeretur peccatum. Ergo tegamus lapsus
 nostros posterioribus factis, mundemus fletibus, vt
 audiat nos Dominus Deus noster ingemiscentes, &
 caet. Et quia nos non tantum necessaria proponi-
 mus, sed meliora & perfectiora à perfectionem si-
 timentibus postulamus, ipsi tale propositum non pec-
 candi concipiant, vt prius fortunas, honorem, salu-
 tem, vitam, imo & ipsam aeternam gloriam (si esset
 possibile) amittere, quam peccare decernant. Hoc
 enim propositum tam verum, tam firmum, proprium
 amicorum est, qui non proprii commodi amissionem,
 sed Dei ac Domini offensam metuunt. Cui
 Dominus benignè respondet, & ipsum acceptum ha-
 bens, abundantissimam ad vitanda grauiora peccata
 gratiam imperit. Huius autem contritionis, quam
 descripsimus, & huius propositi excitatoria eadem
 erunt, quae supra pro timore filiali excitando protu-
 limus. Nam mens considerans immensam bonita-
 tem Dei, omni amore & obsequio dignissimam, &
 ingentia ac innumerabilia beneficia, quae recepit, sua
 peccata aduersus tantam bonitatem admissa, & illo-
 rum fontem, scilicet ingratitude, detestatur, &
 desiderio nouae vitae, ac proposito emendandi, & re-
 parandi quod perdidit, dono Dei iuuantis, & ad bo-
 num incitantis, inbuatur.

*Peccatum mortale in confessione aperiendum
 esse: ac de imposita satisfactione
 adimplenda.*

CAPVT VII.

LET contritio vera, quam praeloqui-
 ti sumus, peccatum lethale deleat, id
 autem sine ordine ad sacramentalem
 confessionem, vt Concilium Tridenti-
 num decreuit expressè, non diluit. Qua-
 re esto quod quis hanc perfectissimam contritionem
 habeat (quae tamen illi certò & infallibiliter constare
 non potest) adstrictus est ex praeepto Dei, quod
 illis verbis apud Ioannem Apostolum: Quorum
 remiseritis peccata, remittuntur eis; continetur,
 omnia, & singula grauiora peccata sua legitimo sacer-
 dotei propalare. Facta ergo examinatione debita
 peccatorum, & contritione verissima, ac dolore acer-
 bissimo, non sine firmo proposito emendationis
 concepto; debet peccator coram sacerdote appare-
 re, & ceu leprosus quidam ad eum missus, ore Christi,
 qui dicit: Ite, ostendite vos sacerdotibus; ipsi om-
 nia grauiora peccata sua, ac suam lepram aperire. De
 qualitate verò sacerdotis, quem debet eligere, si ad
 id optionem habeat, nihil dicimus, nisi quod se
 ipsum, corporis medicum inquitentem, imitetur. Si
 enim cum in orbo graui laborat, medicum peritissi-
 mum, ac expertissimum, si potest, accersit, cuius ope
 salutem amissam recuperet; ita grauisimo vulnere
 peccati saeuus, doctum & expertum, & sanctum
 confessarium adeat, zelum Dei, & salutis animarum
 habentem, cuius potestate & consilio animae vulne-
 ribus medeatur. Circumspecte diligentius, inquit

Origenes,

Pran. 20.
nu. 30.

Greg. 13.
Moral. c.
13.

2. Reg.
12. n. 18.

2. Reg.
14. n. 24.

Bernard.

Apte. 2.
nu. 5.

Ezech.
33. n. 19.

Ambros.
li. 2. de poe-
nit. c. 5.

Triden.
sess. 14.
cap. 4.

Ioan. 20
nu. 23.

Luc. 17.
nu. 14.

Origenes,
homi. 2.
in Psal.
37.

Origenes, cui debeas confiteri peccatum tuum. Pro-
bi prius medicum, cui debeas curam languoris ex-
ponere: qui sciat infirmari cum infirmante, flere cum
flente, qui condolendi & compatiendi non erit disci-
plinam: vita demum, si quid ille dixerit, qui se prius,
& eruditum medicum ostenderit, & misericordem,
si quid consilij dederit, facias, & sequaris.] Ex qua
doctrina illorum religiosorum stulticia deprehendi-
tur, qui cum post tepidam conuersationem, vitam in
melius mutare constituunt, suos praelatos, & confes-
sarios conuentui assignant, qui docti esse solent, &
sufficientes, & alios graues, & spirituales patres fu-
giunt, & nescio cui, aut idiotae, aut minus bonae con-
scientiae sacerdoti, aut spiritum libertatis habenti, ex-
torta à praelato licentia, se ipsos aperiunt. Profectò
istis miseris sunt, & stulti; Miseri, qui ita spiritu erube-
scentiae obruantur, ut amico infideli, & ipsos pal-
panti, & fortassis simili vitio sordenti, se credant, &
se à medico sciente, & potente curare eorum agro-
tationes, auertant: Stulti verò, quoniam saepe illi se
aperiunt, qui cum spiritualis non sit, nec studio hu-
militatis suam imbecillitatem callens, ipsos interius
ridet, ac detestatur: & ab illo se subtrahunt, qui spi-
ritu compassionis & charitatis edoctus nouit in pro-
pensionibus suis ad malum, licet nunquam cecide-
rit, quomodo debeat lapsos sine vilo, contemptu eo-
rum erigere, & more benigni patris filios ad salutem
currentes adiuuare. Considerat iste memorabilem
illam Pauli sententiam, Fratres, & si praecipua-
tus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritua-
les estis, huiusmodi instruite, in spiritu lenitatis, con-
siderans te ipsum, ne & tu teneris:] qua sententia
perculsus, non iudicat fratrem lapsum, non damnat,
non despicit, sed ne & ipse (Deo permittente) ten-
tetur, & in enormis forsan peccatum labatur, cum
magna misericordia & pietate recipit, quem pro re-
medio animae suae ad pedes suos procumbentem
aduertit. Stultum est ergo in re tanti momenti ad-
iutorem humana sapientem, & in rebus spiritualibus
minimè versatum quaerere, & à viro docto & sancto
ob timorem vanum declinare. Qui quo sanctior &
purior est, eo minus peccatores horret, minus casus
& miseriae proximorum admirat, quia suam imbe-
cillitatem perspectam habet, qua, si à Deo relinque-
retur, in grauiora ipse peccata decideret. Crede mi-
hi, lector, & expertus loquor, & post viginti annos,
quibus animas virorum spiritualium instrui, nullum
vidi bene conuersum, & à grauibus peccatis ruborem
ingerentibus auocatum, qui aut praelatos, aut viros
doctos & spirituales fugiat, & idiotis, & se zelo reli-
gionis carentibus, & amatoribus libertatis, aperiat.
Eum itaque confessarium elige, si vis ad Dominum
in veritate conuerti, qui te non palpet, sed curet;
non decipiat, sed doceat; non in occasione manen-
ti pacem ex ore Domini adhuc irati & indignabun-
di promittat. Huic te audacter ostende, ut Gregorij
Niseni verba te doceant, & quae sunt recondita ani-
mi arcana, tanquam occulta vulnera medico retere-
ge: ipse, & honoris, & valetudinis tuae rationem habe-
bit. Nam filiorum dedecore magis mouentur pa-
rentes, quam filij.]

De Confessione generali. §. I.

Sed praetermittimus ista: illud autem non relin-
quamus, confessionem initio conuersionis para-
tam generalem omnium vitae peccatorum esse sole-
re. Nam & id Bonauentura seculum deferentibus,
& nouam in religione vitam inchoantibus, sic faci-
endum esse praecipit: Post religionis ingressum,

A ait, continue debent confessioni facienda vacare, &
de omnibus, quae in saeculo à pueritia commiserunt,
ad memoriam quantum poterunt studiosa sollicitu-
dine reuocatis, generaliter confiteri.] Ista generalis
confessio aliquando necessaria est, & tunc nullo mo-
do praetermittenda; aliquando vtilis tantum, &
tunc potest praetermitti. Necessaria quidem est in
omnibus illis euentibus, in quibus conitit praeteritas
vitae confessiones inuaidas fuisse: non quia Saluator
noster praecipit aliquod de facienda confessione
generali post factas statis temporibus particulares tu-
lerit, sed quia cum ista nullius valoris fuerint, instat
praecipitum confitendi omnia peccata vitae: aut illius
temporis, quo confessionis sacramentum fidei susceptum
est, quia nunquam fuerunt rite confessa. Quare,
qui per totam vitam, aut per aliquam eius partem
confessus est sacerdoti non habenti ab soluendi po-
testatem; aut sine vilo procul dolore, aut sine vilo
praui examine, aut sine emendationis proposito,
aut sine debita integritate, ut cum quis praeter ve-
cundia, vel praeter insigni osecantia, grauiora peccata siluit,
adstrictus praecipitum est confessionis generalis faciendae,
aut totius vitae, aut illius temporis, quo similes in
confessione defectus admisit. At extra hos euentus
non est cuiquam necessarium generaliter confiteri,
est tamen admodum vtile in conuersionis initio,
etiam si per totam vitam rite poenitentiae sacramen-
tum obierit. Primo quidem, ut peccator, quasi sub-
ductis rationibus, chirographum debitorum rescin-
dat. Dauid enim ait: Lauabo per singulas noctes
lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.]
Quod autem ille singulis noctibus peragebat,
homo ad minus semel in vita faciat, & vno generali
balneo omnes suas maculas diluat. Deinde, ut omni-
bus vitae peccatis, simul & quasi vno intuitu con-
spectis, maiorem ex eis dolorem efficaciusque odium
concipiat. Nam & tob audiens singulos seruos, qui
singulas adueritates annuntiabant, dissimulauit quid-
dem, & siluit, ac veniente vltimo famulo, qui filio-
rum mortem patefecit; Tunc, visis tantis calami-
tationibus, dolore concussus, Surrexit, & scidit vesti-
menta sua, & tonso capite corruit in terram, & adora-
uit.] Ita homo, qui in singulis peccatorum con-
fessionibus, quasi æneus apparebat, nec timorem aut
dolorem sentiebat, tot simul flagitiis, tot fœditati-
bus, tot iniquitatibus consideratis, solet magno ti-
more concuti, ingenti dolore percelli, & ad verissi-
mam contritionem excitari. Praeterea ut homo ista
generali confessione omnes defectus aliarum con-
fessionum particularium suppleat, & maiori luce, pu-
dore, ac dolore, & diligentiori discussione, vna hac, si
potuerit, meritum omnium aliarum excellat. Ecce-
lesia namque vnam solennitatem omnium Sanctorum
instituit, in qua cunctarum solennitatum totius anni
defectus suppleremus: & filius Ecclesiae piam ma-
trem imitatur, dum vno insigni actu defectus alio-
rum diluere, & merita perditata restaurare conatur. Ad
hæc, ut peccator perfectissimo quodam humilitatis
actu, vitam nouam incipiat, & secundum altitudi-
nem puritatis, quam molitur, fundamenta humilitatis
sternat. Et quemadmodum Dominus à baptismo
Ioannis, & ab stupendo humilitatis actu perfectio-
nis praedicationem incepit; sic homo ab insigni qua-
dam deiectione sui, vitam sanctam ac perfectam ordi-
atur. Tandem: ut hæc confessio calcet sit, atque
stimulus, quo homo se urgeat, & ad nouam vitam
arripiendam exlucet. Qui enim simul tot mala
in Deum commissa considerat, solet maiori conatu
rationem satisfaciendi quaerere, & in desiderio vitae
perfectioris accendi.

Bona-
u. in spe. u-
lo. part.
1. cap. 2.

Vide Na-
uar. de
poenit.
dist. 5. c.
fr. ar. à
nu. 31.

Psal. 6.
nu. 7.

Job. 1. 20.

Galat. 6.
1.

Nisse. or-
atione ad
nos qui
alios in-
dicant.

De Confessione speciali, & qualitatibus bonae confessionis. §. II.

O has ergo causas confessionem omnium peccatorum generalem in initio conuersionis, atque in eodem religionis ingressu, multae ex familiis religiosae complexae sunt. Nostra verò Societas non sine magna moderatione suscepit, ut scilicet, qui in seculo semel generaliter confessus fuerit, ad generalem confessionem initio faciendam non teneatur. Sed siue ista confessio praestita in ipso conuersionis exordio, generalis fuerit totius vitae, aut partis eius; siue particularis, eorum peccatorum, quae ab vltima confessione conscientiam peccatoris onerauerint, his circumstantiis ornetur necesse est, ut inueniatur fructuosa & salutaris, quas Bernardus, Laurentius Iustinianus, Albertus, & omnes in vniuersum Theologi, magna confessione deposcunt. Confessio namque debet esse intentione pura, ut propter Dei amorem, & peccati detestationem fiat: humilitate submissa, qua homo se magnum & ingratum peccatorem agnoscat: pudore suffusa, ut cum horrore turpitudinis peccati eius speciem & circumstantias exponat: compunctione decora, quae peccatorum odio ac dolore procedat. Sit vera, quae nec exaggerando, nec minuendo peccatum, vllam falsitatem contineat, sit nuda, quae omnia aut commissa, nullis ambagibus ceteris sit integra, quae nullum peccatum abscondat: sit discreta, quae non tantum externa peccata, sed etiam immunda desideria & impuras cogitationes effundat. Tandem sit fortis, quae dicenda veritate nulla inepta verecundia superetur: & fidelis, quae quantum homini possibile fuerit, iuxta id quod Deus de peccatis cognoscit, ipsa sua confiteatur. Talem confessionem à peccatore exigit Dominus in illis verbis Ieremiae: Effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini. Nam ille apud Dominum sicut aquam peccata sui cordis effudit, qui coram sacerdote, locum Dei gerente, ea integre, pure, & nudè, ac simpliciter manifestat. Cui confessioni remissio peccatorum promissa est, secundum illud Dauidis: Dixi, confitebor iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. Quod in persona hominis peccatoris dictum ipse Dauid in peccatum lapsus expertus est. Nam simul atque peccatum suum coram Natham propheta veraciter est confessus, in quo figuram egit confitentis apud sacerdotem peccatoris, sententiam suae absolutionis audiuit, illis verbis: Dominus quoque transtulit peccatum tuum, non morieris.]

Multa autem sunt, quae hanc peccatorum confessionem faciem ac suauem reddunt. Primum quidem, quod Dominus ipse illam in noua lege, in lege scilicet gratiae & miserationis praecipit, cuius iugum suauis est, & onus leue; cuius praecipua graua non sunt. Secundò, quod non Angelo, sed homini fit, & qui dicit hominem, abyssum dicit infirmitatis, qui aut in similia, vel peiora peccata cecidit, aut Deo tantillum se absentante, potuit cecidisse, & maioribus miseriis se ipsum foedasse. Tertio, quod iste homo cui peccata pandimus, locum Dei tenet, eius potestatem agit, & personam refert, atque adeo diuinitus viscera benignitatis induit, & sine vllò contemptu, imò cum magna miseratione casus peccatoris confitentis excipit. Deinde, quod sub tam inuolabili secreti sigillo peccata conscientiam exonerantis aufcultat, ut debeat omnes mundi criticus pati, & ipsam mortem oppetere, quam vel minimum peccatum confessione exceptum aperire. Item: Quod Domino ita faciente, (& id non semel in nobis animaduertimus)

A ipse sacerdos breui tempore peccatorum auditorum obliuiscitur, aut saltem eorum, ratione quadam nobis inexplicabili, recordatur, quae non ea, ut ignominiosa ipsi peccatori, considerat. Rursus: quod nullo modo potest, si forte voluisti praelato confiteri, notitia per confessionem habita ad externam gubernationem uti, aut te à loco vel munere dimouere, sed ac si nihil omnino audiuisset, debet in omnibus, sicut antea, procedere. Ac tandem confessionem facilem efficiunt utilitates maximae, ex illa depromptae: nam ipsa culpas lauat, poenas extenuat, gratiam ad cauendam in posterum peccata subministrat. Sed ex his utilitatibus vnum aut alterum ex partibus audiamus. Ricardus Victorinus ait: Omnia in confessione lauantur, conscientia mundatur, amaritudo tollitur, mare fugatur, tranquillitas reddit, spes reuiuiscit, animus hilarescit. Siquidem beati, qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur. Et Laurentius Iustinianus vberius: Confessio veniam impetrat, gratiam promouetur, humilitatem nutrit, coelum aperit, iram Dei coercet, pacem reddit, & offensam maiestatem citò propitiat, dummodo debito modo fiat. Ac Bernardus suauis: Bonum animae ornamentum confessio, quae & peccatorem purgat, & iustum reddit purgatorem. Si peccata sunt, in confessione lauantur: Si bona opera, confessione commendantur. Cum mala tua confiteris, sacrificium Deo spiritus contritulus: cum beneficia, immolas Deo sacrificium laudis. Absque confessione iustus iudicatur ingratus, & peccator mortuus reputatur. Confessio igitur est peccatoris vita, iusti gloria. Video Dauid dicentem: Peccavi; & audientem: [Transtulit Dominus peccatum tuum.] Confidero Mariam, si non verbis, tamen operibus, publicè sua crimina confitentem, & Dominum pro ea respondentem: Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Respicio principem Apostolorum negantem timide, amarissime flentem, Christum illum respicientem. Felicem latronem intueor se accusantem, Christum excusantem, & Dominum promittentem: Hodie mecum eris in paradiso. O quam sublimis ista confessio, per quam de patibulo ad regnum, de terra ad caelum, de cruciatu damnatus ac crucifixus ad praedilectum ascendit. Quis tantis utilitatibus non se ipsum vincat, & non animosè ad se accusandum apud sacerdotem, accedat? Quis hac occultissima reuelatione peccati, qua vni tantum sacerdoti dicitur, sua flagitia ab oculis vniuersi non operiat? Nam in extremo iudicio peccata hinc ab oculis sacerdotis abscondita, cum ignominia oculis omnium Angelorum, & hominum aperientur, & quia nunquam fuerunt poenitentia purgata, in aeternum punientur.

De satisfactione. §. III.

Confessionem altera pars sacramenti poenitentiae, nimirum satisfactio imposita à sacerdote pro peccatis perpetratis, subsequitur. Quam peccator verè conuersus libenter acceptet, & se animosum ad eam opere complendam ostendat. Sic enim sacerdos, qui confessionem excepit, iuxta magnitudinem & numerum peccatorum, & iuxta necessitatem poenitentis, condignam satisfactionem imponet. Talem itaque satisfactionem iste imponat, & ille grato & forti animo subeat, qualem peccatorum qualitas, & necessitas poenitentis requirit. Nam pro multis ac grauissimis peccatis leuem satisfactionem indicare ridiculum est: & homini efficacibus remediis ad se in iustitia conferendum indigenti, ea non ferri praescribere, stultum est. Meritoque Dominus sacerdotes apud Ezechielem huius stultitiae & negli-

gentiae

Thren. 2.
19.Psal. 31.
11. 5.2. Reg.
12. 13.Matt. 11.
11. 30.Ricard.
tract. de
exterminations
mali. cap.
3.
Matth. 5.
11. 5.
Instr. de
disciplina
na monast.
Bern. ser.
de gradibus
confessionis.Psal. 50.
11. 19.Psal. 49.
11. 14.2. Reg.
12. n. 13.
Luca. 7.
11. 47.Luca. 22.
11. 61.
Luca. 23.
11. 43.

Ezech. 34.4

gentia reprehendit, dicens: Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum, non sanastis, quod contractum est, non alligastis, & quod abiectum est, non reduxistis, & quod perierat, non quaesistis. Sic itaque satisfactio peccatis, quæ quis confessus est, apta; vt quemadmodum medici non quacunque medicamenta indifferenter cuique morbo adhibent, sed qualitati morbi proportionata; ita sacerdos, qui medicus est animarum, diuersis peccatis diuersa etiam remedia spiritualia præscribat. Ita scilicet, vt quemadmodum dicit Albertus, scientia & vita magnus, ad satisfaciendum pro superbia, opera humilitatis; pro auaritia, elemosinarum largitionem; pro impudicia, carnis castigationem, per cilicia & flagella; pro gula, ieiunium; pro loquacitate, silentium, & orationem; pro inuidia, charitatis opera, & iniuriæ remissionem; pro rapina, opera liberalitatis indicat. Audi Ambrosium ad quod satisfactio- nis genus virginem lapsum adhortetur: Lugubris, inquit, tibi accipienda est vestis, & mens, ac membra singula digna castigatione puniendi. Amputentur crines, qui per vanam gloriam occasionem luxuriæ præstiterunt. Desuuant oculi lacrymas, qui masculum simpliciter non aspexerunt. Pallefcant facies, quæ quondam virum impudicæ. Denique totum corpus incuria maceretur, cinere aspersum, & operum cilicio perhorrescat, quia malè sibi de pulchritudine placuit. Cor verò sit liquefcens sicut cera, ieiuniis inquietans se ipsum, & cogitationibus ventilans, quare sit ab inimico subuersum. Sensus etiam crucietur, quia in membra corporis cum haberet dominationem, malo cessit imperio. Hæc Ambrosius, quæ peccato carnis diluendo satis congrua videntur, & sic remedia inuestiganda sunt cuique delicto conformia, quæ pro illo aptam castigationem infligant.

Sit etiam satisfactio grauitati delictorum ad prudentis arbitrium commensurata, quæ scilicet peccati iam remissi pœna temporali, (nam æterna pœna per contritionem, ac sacramentum pœnitentiæ, in temporalem commutata est, nisi doloris magnitudo penitus illam euacuet) aliquo modo acerbitatem exæquet. Licet enim, si res æqua lance libremus, vnum ignis purgatorij diem pluri fortè dies acerbitate pœnitentiæ hic factæ non suppleant, tamen, quia nos pœnas pro peccatis sponte subimus, & charitatis feruore impellente præstamus, quod per se minus doloris & laboris habet, ratione charitatis, & spontaneæ oblationis, multo magis, quam ipsum est, pœnarum in alia vita debitarum extenuat. Impleat ergo quisque ex præscripto à sacerdote ad castigationem carnis suæ, quod legimus in Apocalypsi conscriptum: Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Signum quippe est mentis tepidæ, & parum peccata detestantis, si velit, paruula ac facili satisfactio grauiora peccata punire, & statim ac si nihil mali fecisset, impudicum corpus molli indulgentia tractare. Magnum est, ait Basilus, & graue peccatum; multa opus habes confessione, lacrymis amarulentis, peracri contentione vigiliarum, indiuiso ac continenti ieiunio. Leuis est, nec intoleranda offensio: Huic quoque exæquetur pœnitentia. Est ac si diceret: Tu debiti magnitudinem attente considera, & iuxta illam quod debes, afflictionibus & pœnis excolue. Nam si in temporalibus reipublicæ commutationibus æqualitas dati & accepti necessaria est; multo magis in delictorum punitione aliqua pœna & culpa commensuratio requiritur; tum vt diuine iustitiæ satisfaciatur, tum vt condignus pœnae dolor peccandi

Albertus in lib. de virtut. c. 41.

Ambros. li. ad virginem lapsum. c. 8.

Psal. 21. n. 1.

Apocal. 18.7.

Basil. li. 3. in illud: Attende tibi.

A desiderium tollat, & timor vltionis delinquendi voluntatem excludat.

Atque hæc est postrema satisfactio- nis qualitas, vt nimirum & præterita peccata seruata non nulla portione puniat, si pœnitens ad eam subeundam vires habuerit, & à futuris peccatis, sicut medicamentum salubre præseruet. Sacerdos enim, qui & medicus, & iudex est, quæ iudex, errata pœnitentis debita castigatione mulcet, quantum benigna prudentia dictauerit: quæ medicus verò, contritione, & confessionis sacramento curatum satisfactio- nem à peccato retrahat, & quantum potuerit, iterum labi non sinat. Dicatque illi non solum ore, sed multo magis remediorum adhibitione, quod Dominus euidam agrotò iam ipsius benignitate curato dixit: Ecce sanus factus es, iam noli peccare. Ita autem de satisfactio- nis qualitate dicta sunt, non vt animarum ministros moneamus, quos alio loco opportunius instruemus, sed vt pœnitentem perfectionis cupidum excitemus ad congruam satisfactio- nem acceptandam, vel si opus fuerit vltro ab spirituali patre postulandam. Eam namque postulare indicium est cognitionis peccati, humilitatis, & magni doloris; qui non tantum pœna à sacerdote irrogata se subicit, sed dum eam postulat, etiam propriis manibus malitiam percutit, & peccatum auertit. Libentius etiam & feruentius quisque exequitur, quod prius quam sibi imponeretur, voluntate & desiderijs amplectebatur.

Ioan. 5. n. 14.

C De fugiendis occasionebus peccatorum, & de faciendis dignis fructibus pœnitentiæ.

CAPVT VIII.

QVI ea ratione, quam exposuimus, peccata sua fuerit detestatus, & coram sacerdote ad id potestatem habente confessus, onerique satisfaciendi animo libenti subiectus, piè sibi metipsum per suadere poterit, se iterum cum Domino amicitiam inuisse, & eius gratiam comparasse. Hoc enim vnum signum est ex duodecim, quæ supra retulimus, vitæ spiritualis, & diuinæ gratiæ susceptæ. Isti autem ita conuerso dicit Ecclesiasticus: Fili peccasti? non adicias iterum: sed & de pristinis deprecare, vt tibi dimittantur. Quod, vt quis iuuante Domino assequatur, nonnulla diligenter custodiat, quæ in hoc capite breuiter proponemus, quia ad alia, viris spiritualibus, à nexibus mundi liberatis, magis propria festinamus.

Primò ergo, qui se vult à præteritis peccatis illibatum custodire, occasionebus peccatorum fugiat, & amicitias ac familiaritates eorum qui ipsum ad peccata impulserunt, animo constanti rescindat. Qui enim amat periculum, in illo peribit. Quis autem non videat, occasionebus peccati, cadendi esse periculum, in quod certè homo temere se coniciens, quam tanto labore quæsierat, vitam spiritualem amittere. Cui optimè congruit, quod sequitur: Cor ingrediens duas vias, non habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur. Nam re vera duas ingreditur vias, iustitiæ, & peccati; cæli, & gehennæ, quin tunc confessionem peccatorum sectatur, quæ via iustitiæ est; nunc verò ad occasionebus, quæ via est peccati, reuertitur. Huiusmodi non habebit felicem euentum, quia nemo potest duobus dominis seruire, nec Dagon, & arcam Dei, id est, peccandi, & bene viuendi seminaria in eodem altari mentis collocare. Pro-

Tom. 1. li. 2. cap. 2. c. 4. Eccles. 21. 1.

Eccles. 3. 27.

Eccles. 3. 18.

Matth. 6. num. 24. 1. reg. 5. n. 2.

Leuit. 19. n. 12.

Basil. c. 4. m. n. 12. c. 4.

Aug. 7. 1. 1. 1.

Leuit. 4. 11.

Eccles. 5. 5.

Psal. 30. 13.

Augst. li. de vera & falsa penit. c. 13.

Micheas. 7. 9.

Luca. 3. n. 8. Gregor. hom. 10. in euang.

hibitum est tertiam duplici semine seminare, vestem lana linòque contexere, & boue simul & alino terram aratro profcindere, vt intelligas, hominem illum abominabilem esse Domino, qui vult virtutem & vitium miscere, & nunc medijs virtutis insistere, nunc verò ad occasiones peccandi repedare. Verum enim, inquit Basilius, non in eo tantum elaborandum nobis est, vt motus animi in cogitando moderemur, sed quoad fieri possit, ab earum etiam rerum congressu longissimè fugiendū est cum primis, quæcunque in conspectum nobis adductæ, refricata libidinum memoria, consilium rationisq; vim nobis perturbant atque confundunt, bellæque & sollicitos in animo angotes cient. Etenim bellum, quod præter voluntatem nostram incidat, nobis excipere fortasse necessarium sit; ipsum verò aliquem sibi voluntarium creare, id verò summè stultitiæ est. De eo, quod ex sacrificio ad expiationem peccati factò supererat, id in Leuitico præceptum est: Pellem, & omnes carnes cum capite, & pedibus, & intestinis, & fimo, & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundum. In quo per mysterium datur intelligi, vt peccator, qui suam Domino mentem inmolauit, omnia sua ex castris, vbi fuit occasio peccandi, statim efferat, vt oblatum sacrificium non displiceat. Occasionem itaque peccati deferat adeptæ sanctitatis amator, amicum infidelem, conuersationem suspectam, ludum, ingressum, aut egressum derelinquat: nam, qui prope foueam currit, atque discurret, & ad eam se imprudenter inclinat, non mirum si se tutum ac securum cogitans, miserabiliter cadat.

De dignis penitentiæ fructibus. S. I. I.

Secundò. Peccator post satisfactionem à sacerdote impositam, fideliter diligentèrque completeram, enitatur toto vitæ tempore ita se gerere, vt dignos fructus penitentiæ faciat, & pro ratione status spiritualis in quo se inuenit, & virium quas habuerit, nunquam opera satisfactionis omittat. Scriptum est enim: De propitiato peccato noli esse sine metu. Si verò timor semper conferuandus est, non est penitentiæ deferenda, quæ nos debito peccati iam dimissi magis ac magis liberet. Circumdederunt me mala, inquit sanctus Dauid, quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ. Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Idem autem quisque peccator debet de se ipso ac de suis peccatis pronuntiare, quia aut numero aut iniquitate numerum etiam magnum excedunt. Si autem peccata sunt sine numero; quare satisfactio pro illis breui numero dierum finitur, & non tota vita protelabitur? Si Apostolus, inquit Augustinus, etiam peccata per baptismum dimissa continuè plorat, nobis etiam super fundamentum Apostolorum positis quid præter plorare restat? Quid nisi semper dolere in vita? Vbi enim dolor finitur, quid relinquitur de venia? Meminerit itaque peccator illius quod Micheas ait: Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei, donec causam meam iudicet, & faciat iudicium meum: & donec in hora mortis ad iudicium veniat, & sententiam miserationis excipiat, iram Domini è memoria non debeat, & penitentiæ lamentum non deponat. Erit verò penitentiæ toto vitæ tempore tenenda cõdigna, si maioribus peccatis maior quoque corporis afflictio respondeat. Sic namque intellexit Gregorius illud Ioannis Baptistæ: Facite fructus dignos penitentiæ. Quisquis illicita nulla commisit, inquit, huic iure conceditur vt licitis vtatur: sicque pietatis opera faciat, vt tamen, si voluerit, ea quæ mundi sunt, non relinquat. At si quis in fornicationis cul-

A pam, vel fortasse, quod est grauius, in adulterium lapsus est, tanto à se licita debet abscindere, quanto se meminit & illicita perperrasse. Meritò quidem à maiori peccatore maior penitentiæ fructus exigitur: quoniam si terreni reges, eos qui in se grauius deliquerunt, iam reconciliatos solent ad maiores labores adigere, ne culpæ grauitas à pœna in immensum exorbitet; quare & rex cælestis, cuius est rectitudo maior, non velit, eos qui grauius peccauerunt, grauioribus laboribus onerari: In hac verò afflictione continua, quam iustus sponte subit, personæ qualitas, & status spiritualis profectus, consideranda sunt. Quidam enim iustorum, qui vitæ spiritualis initium diligentissimè peregerunt, solent post aliquot annos corpus satis imbecillum supportare, & assiduas agritudines sustinere, quas aut minus discretæ seueritas peperit, aut benigna Domini prouidentia eos efficacius emundare volens, immittit. Alij verò ad gratiam contemplationis subuehuntur, & dapibus cæli refecti suauissimè ab omnium conditore tractantur. Et tam illos quam istos vult sæpe Dominus à multis afflictionibus corporis auocare. Illos quidem auocat, quoniam alio afflictionis genere, sine vlla comparatione duriore, purgantur, dum non iam propria manu, sed aliena, & eius, qui scit optime flagellare, ferè semper affliguntur: istos verò, quoniam assidua contemplatio, & diuinorum inspectio, corpus ipsum satis extenuat, & eius vires absumit. His ergo maior moderatio in afflictione corporis conueniens est: de quo alio loco, & quidem commo-

B

C

De bonis operibus incipientium. S. I. I.

Tertio. Non tantum penitentiæ opera, ab eo qui ad Dominum conuertitur, exercenda sunt, sed etiam alia opera bona pro ratione status omnimodis suscipienda, quæ tempus bene occupent, præterita demerita presentibus meritis euacuent, & loco vitæ carnalis abiectæ, vitam spiritualem ac puram instituant. Hoc enim putat Ambrosius illa Exodi lege fuisse signatum, qua dictum est: Primogenitum anni redimes oue: Tractans quippe illa verba Saluatoris: Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, hac ait: Qua vocatione plenius mihi videor verba legis & mytheria recognoscere, quia animam; aut commutandam oue docuit, aut redimendam pecunia, vt non solum asinæ partum oue, hoc est, mundis immunda mutemus, sed etiam redimamus. Quod videtur exprimi si prius sacrificio purificationis, & mytherio baptismatis, delictorum nostrorum inquinamenta lauemus, crimina quoque nostra bonis operibus, si deique pretio, & miseratione redimamus. Vnicuique ergo id curæ sit, suum statum considerare, vires expendere, vocationem agnoscere, & iuxta illam vitæ occupationes admittete. Ita videlicet, vt vel misericordiæ operibus vacet, vel deuotæ Psalmodiæ, & absconsoni in propria cella, & fugæ ab hominum consortiis, inhæreat, vel alijs docendis, & ad vitam Christiano dignam adducendis, insistat. Quamuis in hoc ordo non sit relinquendus: prius namque humilitatis operibus vacandum est, quæ superbiam comprimant, & elationem abiciant; deinde pietatis corporalis operibus, vt subuentioni pauperum, ac visitationi, & obsequiis infirmorum, postremo verò doctrinæ administratione intendendum. Ne peccatori dicatur, fertur adhuc odorem delictorum in ore præferenti: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum? ne & magisterium, & onus docendi subeat, priuquã quæ docturus sit, & alijs traditurus,

D

E

Ambros. li. 2. de Cain cap. 3. Exod. 34. 20. Matt. 11. n. 28.

Psal. 49. 16.

Aug. ibid. addiscat. Vnde Augustinus eundem locum interpretans, pulchre ait: *Quæcunque dicis, & qui vis te audiri, prior te audi, & dic, quod dicit in alio Psalmo quidam: Audiam quid loquatur in me Dominus Deus.]* Qualis ergo ego, qui non audio, quod in me loquitur, & volo ut alij audiant, quod per me loquitur? Audiam prior, audiam maxime: *Quæ audiam: Quod loquitur in me Dominus Deus, [Quoniam loqueretur pacem in plebem suam.]* Audiam, & castigem corpus meum, & seruituti subiiciam, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus inueniar. Quanto autem tempore quis literatus de nouo à peccato conuersus debeat ab officio prædicationis vacare, & aliis operibus humilitatis distineri, consilio patris spiritualis relinquitur, qui, considerato penitentis seruiore, & aliis circumstantiis, poterit hoc tempus silentij, & sapientis humilitatis metiri.

De oratione incipientium. s. IV.

Quartò. Penitens denuo conuersus ad Dominum illum modum orationis teneat, qui statui penitentia, & via (in qua ambulat) purgatiua conueniat. Ac proinde in sua meditatione consideret peccati malitiam, & scditatem, pœnas terribiles, ad ipsum puniendum paratas, mortis acerbiteriam, diuini iudicij reconditum, gehennæ cruciatum, & æternitatem. Cogitet miserias sæculi, breuitatem rerum visibilium, mundanorum ac prophanorum hominum vanitatem. His, & aliis similibus, quæ in tractatione de oratione (Deo donante) late persequemur, poterit suas meditationes formare, & in se ipso affectus detestationis peccati, doloris, pudoris, contemptus sæculi, & sui ipsius, gratitudinis & amoris erga Dominum tantorum errorum condonatorum, accendere. Nam & de Salomone, qui in sacris Scripturis sapientissimus nominatur, scriptum est: Quoniam disputauit super lignis à cedro, quæ est in Libano, vsque ad hyssopum, quæ egreditur de pariete: & diseruit de iumentis, & volucibus, & reptilibus, & piscibus.] Vniuersa quippe sapiens, non sine aliquo ordine, id est, iustus, considerat. Primò quidem hyssopum, quæ egreditur de pariete, id est, proprium delictum, quod à terra maledicta nostri cordis procedit, & consideratum ad humilitatem inclinatur: postea verò cedrum Libani, id est, Christum Saluatorem, cuius meditatio ad altitudinis amorem, ac desiderium perfectionis inflammat. Primò iumenta, & reptilia cogitat, scilicet bestiales motus suos humi repentes, vt illos comprimat, postea volucres, & pisces, id est, res sublimes, & à terra distantes, vt cor sublime, & ab amore visibilium auulsum, accipiat. Huius autem sententiæ fuisse Bernardum (vt nunc alios patres omittam) nemo est, qui illum legens de vnguentis animæ disputantem, apertè non videat. Postis enim tribus vnguentis, contritionis, deuotionis, & pietatis, sic ait: Est vnguentum, quod sibi conficit anima multis irretita criminibus, si eam incipit cogitare vias suas, colligat, congerat, contemnatque in mortariolo, conscientia multas ac varias species peccatorum suorum, & intra æstuantis pectoris ollam simul omnia coquat igne quodam penitentia, & doloris, vt possit dicere cum Propheta: Concaluit cor meum intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.] Ecce hoc est vnum vnguentum, quo anima peccatrix suæ conuersionis primordia condire debet, plagisque suis recentibus adhibere. Primum namque sacrificium Deo spiritus contribulatus.] Multa alia hic beatus pater postea ad idem propòsitum affert, quæ nos consulo præterimus. Satis sit penitentij cognoscere hoc esse primum ali-

Psal. 84. n. 9.

1. Corin. 9. n. 27.

3. Reg. 4. n. 23.

Bern. ser. 10. in Cæ. He.

Psal. 38. n. 4.

Psal. 50. n. 19.

Amentum statui puerorum, aut incipientium conueniens, quod in exordio conuersionis positus debet non parcè, nec minutatim deglutire, sed abundanter, & ad multos dies in cordis amaritudine manducare. Sedeat primùm cum Maria ad pedes Domini, & lacrymis riget, antequam osculi memoriam faciat, & de manu Domini ampliora beneficia petat. Se ipsum ad modum illius penitentis publicani in infimo loco templi constituat, & præ pudore oculos ad cælum leuare non audeat, vt aliquando tandem non præsumptuosè, sed obedienter, quia scilicet à Domino ad alia exercitia vocatur, ad honorabiliorem locum ascendat. Est enim Dominus humilitatis amator, qui humilem, & trementem, & ad conspectum maiestatis trepidantem, suo tempore exaltabit, superbum autem suæ scditatis oblitum ad altiora ante tempus aspirantem cum indignatione repellat.

De memoria peccatorum moderanda. s. V.

Quintò. Hic orationis, & internæ exercitationis modus, non semper durare debet, sed pro alio sublimiori ac suauiori commutari. Licet enim peccatoribus denuo conuersis, imò & imperfectis, qui nunquam ex toto se Domino tradunt, satis conueniens sit; qui timore ad nouam vitam virgendi sunt, & debitorum contractorum memoria ad feruorem excitandi, tamen proficientibus & perfectis posset hæc exercitatio plus nimio prorelata, aut detrimentum asferre, aut perfectionis augmentum impedire. Vt autem hanc rem, quæ aliquantulum inuoluta est, clarius explicemus; illud primùm dicimus, ductum Domini esse sequendum, & in statu etiam sublimissima perfectionis instinctus, ac inspirationes eius amplectendæ. Quosdam enim continentem peccatorum præteritorum memoria percellit, qua non eos ad desperationem, nec pusillanimitatem adigit, sed ad amoris feruorem, & ad magnam perfectionem euehit. alios verò ab ista recordatione auocat, & memoriam beneficiorum illis, ac rerum cælestium illustrationes frequenter immitit. Inter illos primos numeramus Dauidem asserentem: Quoniam ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.] Et rursus: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco; & peccatum meum contra me est semper.] Numeramus & Petrum, qui, auctore Clemente, singulis noctibus, aliis dormientibus, quasi furtiue surgebat, & peccatum suum, quo Dominum negauit, amarissimo fletu rigabat. Numeramus & Paulum ita ad Timotheum scribentem: Gratias ago ei, qui me confortauit Christo Iesu Domino nostro, quia fidelem me existimauit, ponens in ministerio: Qui prius blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus.] Et vt aliquid ex nostris temporibus afferamus, hunc spiritum perpetuæ compunctionis habuit Beatus pater noster Franciscus Borgia, qui, vt ex suis exercitationibus spiritualibus constat, continuò ex memoria vitæ præteritæ se ipsum ad incredibilem quandam humilitatem, & infra omnes res creatas deiectionem mirabiliter excitabat. Inter alios verò suauiori spiritu ductos, numeramus Magdalenam, quod ad corpus attinet, asperitiam quidem vitam agentem, sed Angelorum colloquiis semper intentam, & ardore diuini amoris æstuantem. Numeramus & Augustinum, qui, licet in confessionibus & meditationibus suis non semel memoriam suorum peccatorum faciat, tamen magis spiritu amoris & dulcedinis abundabat. Numeramus & Beatum Patrem nostrum Ignatium, post victos scrupulos, non iam in cæno antiquarum vani-

Psal. 37. 18. 19. Psal. 50. 5.

Clemens.

1. Timo. 1. 12.



tatum lugendarum harentem, sed ad cœlestia meditata, & ad mysterium Trinitatis contemplandum, anhclantem. Hæ itaque duæ viæ in hoc conveniunt, quod nunquam omnino memoriam peccatorum præteritorum deponunt, quæ mirificè in omni statu ad custodiam perfectionis, scilicet, ad humilitatem, proficit, & præcipuè in fine vitæ, (quod Augustinus subnotavit) ad bonam ac securam mortem subseruit. At in hoc etiam secernuntur, quod illi primi fere semper spiritu compunctionis tanguntur, & pane lacrymarum saginantur; hi verò memoria peccatorum fere in totum absorpta, delicatioribus cibis, beneficiorum diuinorum, & cœlestium meditationum esculentis implentur. Ac proinde quisque, non sine consilio spiritualis patris attentè consideret ad quem modum orandi & meditandi vocetur, & illum, ac ductum spiritus sancti, sine vlla cunctatione sequatur.

Sed quid illi faciendum est, qui vocationem Domini manifestè non sentit? an memoriam peccatorum omnino deponet, aut toto vitæ tempore illam sine intermissione seruet? Certè memoria peccatorum fere semper à viro perfectò, aut iam mediocriter ad perfectionem tendente, omnino abiicienda est, vt tanquam seruus fidelis, sine vlla pusillanimitate, sine vilo immoderato timore possit in oratione magna petere, magna desiderare, & more filij dilectissimi, ac sponsæ charissimæ, affectibus amoris vacare. Petitionem namque magnarum virtutum, & donorum pro se, & pro alijs, à memoria peccatorum impedit certum est: quæ affectus maximæ erubescentiæ & timoris generat, & cor eius, qui deliquit, ad postulandum angustat. Quod confirmat dictum Ecclesiæ docentis Heremam sub specie anis, vt habetur in libro pastoris: Dixit enim illi, peccata sua Domino confitenti: Desine iam pro peccatis tuis tantum orare, ora & pro iustitia, vt accipias partem ex ea in domo tua.] Et verè Spiritus ipse sanctus omnem lacrymam ab oculis iustorum abstergens, & eorum corda fiducia dono fortificans, illos mer, quos antea ad memoriam assiduam peccatorum, & ad non interruptam compunctionem excitauerat, post dies luctui destinatos, quos ipse sua prouidentia iuxta criminum qualitatem, & compunctionis feruorem decreuerat, ad obliuionem illorum, & beneficiorum commemorationem, & desideria amoris instigat. Denique iam non dicit à delicto purgatus: Et confusio faciei meæ cooperuit me:] nec illud: In te Domine speraui, non confundar in æternum.] Sed potius se exauditum esse coniectans, pro gratiarum actione decantat: Benedic anima mea Domino, & noli obliuisci omnes retributiones eius.] Audi Ricardum Victorinum, quomodo spiritui sancto hanc peccatorum obliuionem adscribat: Dolor pœnitentiæ, ait, est ignis ille, quo solent spirituales viri vanitatum aristas comburere, & in abominationum fauillas vertere. Has vtique fauillas in conscientia nostra adhuc area toleramus, quando de præteritis culpis consuli vel suspecti sumus. Sed flante vento fauilla tolluntur, cum ad Spiritus sancti inspirationem reatus nostri formido omnis atque suspicio absorbetur, & per spem veniæ ab omni confusionis nigredine conscientie nostræ area mûdatur, ita vt veraciter Domino psallere possimus: Proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.] Impedit ergo præteritorum recordatio peccatorum, mentis tranquillitatem, tollit internam suauitatem, atque dulcedinem, minuit spem, aut in quendam reporem conuertit, vt non audeat homo ad magna aspirare, & ab eo,

A in quem grauitè offendisse se meminit, dona perfectis promissa deposcere. Quod autem affectui, & quieti contemplationis obliet, probat latissimè Cassianus, cuius vnâ tantùm sententiam, qua apertè suum sensum exponit, in fine subicribam. Cæterum quod paulo antè dixisti, inquit Pinuphius Abbas, Germano respondens, te etiam de industria præteritorum peccatorum memoriam retrahere, hoc fieri penitus non oportet, quinimmo etiam si violenter irreplebit, protinus extrudatur. Multum namque retrahit mentem à contemplatione puritatis, eius præcipuè, qui in solitudine commoratur, implicans eam sordibus mundi huius, & præfocans fetore vitiorum. Dum enim recolis ea, quæ secundum principem huius sæculi per ignorantiam, siue lasciuiam commisit, vt concedam tibi, quod in hac cogitatione posito oblectatio nulla subrepat, certè antiquæ putredinis vel sola contagio, necesse est vt terro mentem fetore corrumpat, & spiritualem virtutum fragrantiam, id est, suauitatem boni odoris, excludat. Cum ergo præteritorum memoria vitiorum pullauerit sensum, ita ab ea refiliendum est, sicut refugit vir honestus & grauis, si impudicæ ac procacis femine in publico, aut colloquijs aut amplexibus appetatur.] Memoria itaque peccatorum assidua, ex grauisimorum patrum sententia, cui experimentum quotidianum fauet, pœnitentem mundat, perfectum fulcat: illum ad proficiendum; istum ad nimium, & suo statui non conuenientem timorem inuitat; quare incipiens illam vt pretiosam gemmam custodiat, at proficiens, atque perfectus, pro solidioribus & suauioribus imitationis, gratitudinis, & amoris cibis abiciat.

Hæc autem communiter, & vt in plurimum seruanda sunt, tamen aliquando vtile est, etiam perfectis, quasi ad initia conuersionis redire, & præteritorum memoriam peccatorum refricare. Tunc scilicet, cum aliquam superbiam & ambitionis tentationem persentiant: cum aliquo tempore & negligentia pulsantur, cum aliquem defectum solito grauiorem admiserunt, cum inter alios à Domino communi calamitate castigantur, & tandem, cum speciali impulsu se vident ad peccata commemoranda vocari. Solet enim Dominus mirabili quadam ac ineffabili ratione perfectis mentibus memoriam suauissimam antiquorum peccatorum, ac pristinae paupertatis ingerere, vt se ipsos eius beneficio tantis malis liberatos aspiciant, & lætissimas laudationes, ac amoris plenas gratiarum actiones referant. Canuntque Domino, in suorum peccatorum interitu, canticum Mariæ sororis Moli. Cantemus Domino: Gloriosè enim magnificatus est: equum, & ascensorem proiecit in mare:] Electi principes eius submersi sunt in mari rubro. Abyssii operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.] Quæ memoria hac securitate concepta non angustat animum, sed dilatat; non terret, sed mulcet: non ad inquietum timorem, sed ad ardentissimum amorem patris talia & tanta remittentis, & talia & tanta donantis, accendit. Huius verò generis, vt credo, erat memoria peccatorum Dauidis, Petri, & Pauli, & aliorum, quos supra retulimus, qui ad sublimitatem puritatis subiecti, non in peccatis pristinis tanquam in ceno eos retardante iacebant, sed tanquam in commemoratione beneficiorum Domini respirabant. Quod & Chrysostrmus, agens de memoria Pauli, qua sua peccata coram se ipso statuebat, ait, in hunc modum scribens: Oportet nos recordari priora delicta, etiam ea pro quibus veniam consecuti sumus, vt in-

Lib. 1. p. 47
to. v. 150
no. 3.

Psal. 43.
num. 16
Psal. 30.
n. 2.

Psal. 102.
1.

Ricar. lib.
1. de eru.
dit. inter
hom. c. 29.

Isa. 38. n.
17.

Cassia.
coll. 20. c.
9.

Exod. 15.
n. 21.
n. 4. & 5.

Chrysostr.
2. de cõ.
punctione
cordis ad
fmem.

tuentes quod ingentem modum debiti nobis remissit Deus, & amplius eum diligere possimus, & verendum pudoremque concipere.] Omnia ergo consonant, & vnus atque idem est spiritus Dei sanctos suos regens, qui eius ductum sequentes, debent communiter, & vt in plurimum memoriam antea vitæ deponere, & beneficia diuina, ac perfectiones sui Creatoris meditari, & amore ac desiderio patriæ cœlestis succendi, interdum verò ex causis prædictis, vel cum Dominus ad id interius vocauerit, antiquorum peccatorum recordari, & se indignissimos reputare, ac tali memoria compungi. Solet enim ille, qui suos amore matris amat, eos propter antiqua peccata tristes, & memoria pristina infidelitatis turbatos, vt eos recreet, mirabili consolatione lenire, & vt fiducialiter ad eum accedant, dulcissimis dilectionis signis amplexari. Nos autem, qui hanc peccatorum grauiam materiam quasi tristes cepimus, lati periculis, quia minus cogitantes, diuinorum beneficiorum memoria, & interna suauius recordatione, vltimam ei manum imponimus.

Neminem posse in hac vita sine speciali privilegio omni leui peccato carere, quemque tamen posse cum Dei gratia peccata leuia in dies magis ac magis minuere.

CAPVT IX.



Væ de fuga lethalium peccatorum dicta sunt, ad primum gradum spiritualis vitæ pertinet, quem postquam tenuerit virtutis & perfectionis amator, & anterioris vitæ peccata grauiora per veram contritionem spiritus, & bris confessionem, ablucit, ac pro ipsis satisfecerit, & iam diuina gratia adiutus quasi ex consuetudine vitauerit, nec se ipsum tam dura & acerba morte confecerit, opus est vt vltra progrediatur, & ad secundum gradum virtutis, nempe, ad fugam leuium & venialium peccatorum, accedat. Vt autem ad quid eum exhortemur, intelligat, quid vniuersa Theologia de huiusmodi peccatorum fuga sentiat, exponemus, ne aut vltra humanæ naturæ possibilitatem præsumat, aut imbecillitatem præterens, in totum id quod viri spirituales consequi solent, non tendat. Certum ergo est, & constans apud omnes Theologos, posse hominem etiam post Adæ peccatum, cum gratia Dei, omnia & singula vitare peccata venialia, quo tempore ipsa diuina occurrunt, cum Deus non minus rectus quam benignus hæc peccata verans, creaturam suam ad aliquid impossibile non obligauerit, neque ei quod præstari non possit, vnquam præceperit. Cuius sententiæ assertor manifestissimè est Augustinus ita scribens: Nam qui dicunt esse posse in hac vita hominem sine peccato, non est eis continuo incauta temeritate oblitendum. Si enim esse posse negauerimus, & hominis libero arbitrio, qui hoc volendo appetit, & Dei virtuti, vel misericordiam, qui hoc adiuuando efficit, derogabimus.] Et paucis interiectis: Si à me quaeratur, inquit, vtrum homo sine peccato possit esse in hac vita, confitebor posse per Dei gratiam, & liberum eius arbitrium.] Et etiam regius vates satis ostendit, qui, cum dixisset: Tu mandasti mandata tua custodiri nimis, id est, perfecte, ita, vt nec in magnis, neque in minimis ea transgrediamur, non despondet animum, nec impossibilitatem causatur, sed

Aug. li. 2. de p. m. c. 6.

psal. 118. n. 4.

A optans prosequitur: Vtinam dirigantur via meæ ad custodiendas iustificationes tuas.] Quis autem optaret quod nec per proprias vires, nec per Dei gratiam efficere posset: Et sæpius idem scriptura proclamatur, iubens vt simus sine querela, & perfecti in Christo, & sancti, ac immaculati in conspectu Dei, quæ perfectio non præciperet, si nobis etiam omnium leuium peccatorum abiectionem impossibilem iudicaret. Hæc namque peccata maculae sunt, & defectus, quæ virtutem fuscant, & mentem nostram vtuncumque commaculant.

Certum est etiam, immo & priori dicto certius ac firmiter, quod licet homines cum gratia Dei possint singula leuia peccata vitare, nullus tamen purus homo (vna Beata virgine excepta) omnia huiusmodi peccata vitauit, ac se immunem ab omni macula custodiuit. Illa quidem, quæ singulari privilegio omnipotentis, nec in ipso momento conceptionis fordidit, nunquam se vel minimo contagio alicuius defectus infecit: reliqui verò quantumuis sancti, quantumuis perfecti, vltra originale peccatum aliquas saltem leues maculas propriis actibus contraxerunt, aliquo se, vel paruo peccato fœdarunt. Sacra quidem litteræ vt hominem in sui cognitione stabiliant, nullum sui generis peccatum eximunt, sed omnes maculis & delictis inuoluunt. Non est, dicunt, homo, qui non peccet:] Et, Septies in die cadit iustus: id est, multoties: Et, Non est homo iustus, qui faciat bonum, & non peccet.] Et, Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati.] Et, In multis offendimus omnes.] Et, Si dixerimus quod peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.] Quæ omnia cum de vniuersis hominibus, sine exceptione alicuius, aut etiam expressè de iustis loquantur, manifestè indicant, etiam iustos ac perfectos viros peccatis saltem leuibibus non carere, quos Dominus orare docens, inter alia docuit postulare: Dimitte nobis debita nostra:] quasi omnes habeant, quod Dominus sibi dimittat. Longum esset, & extra propositum nostrum, sanctos patres suam imbecillitatem confitentes citare; sunt enim omnes, qui diuinis scripturis edocti, & proprio ac alieno experimento eruditi, id ingenuè fateantur. Id ait Irenæus, Cyprianus, Chrysostomus, Nazianzenus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Gregorius, Bernardus, Ricardus Victorinus, Thomas, & alij, quotiescunque hanc materiam tractare contigerit. Nos his omnibus prætermisiss, duos tantum in medium afferamus. Alter sit Leo Papa, qui assiduas huius vitæ tentationes exaggerans, hæc ait: Nec facile prouenit cuiquam tam incruenta victoria, vt inter multos hostes, frequentisque conflictus, etiam si sit liber à morte, sit quoque immunis à vulnere.] Alter sit Ioannes Cassianus in hunc modum scribens: Impossibile namque est quemlibet sanctorum non istis minimis, quæ per sermonem, per cogitationem, per ignorantiam, per obliuionem, per necessitatem, per voluntatem, per obreptionem, per somnium admittuntur, incurere.] Quare merito Mileuitanum Concilium anathemate percutit eos, qui verba Ioannis Apostoli; Si dixerimus, quod peccatum non habemus, nos ipsos seducimus,] propter humilitatem dicenda esse autumant, non quia omnes aliqua macula fœdeamus. Poterat enim dicere Apostolus: Si dixerimus quia non habemus peccatum, nos ipsos extollimus, & humilitas in nobis non est. Sed cum ait: Nos ipsos seducimus: satis ostendit, eum, qui se dixerit non habere peccatum, non verum loqui, sed falsum.] Merito etiam Irenæus ait, homi-

B

C

D

E

n. 5. Phil. 2. n. 15. Coloss. 1. n. 22.

3. reg. 8. 46. Prover. 24. 16. Eccles. 7. 21. Roman. 7. 23. Iacob. 3. 2. 1. Ioan. 1. 8.

Matth. 6. 12. Iren. li. 3. c. 37. Cypri. ser. de opere, & elemo. Chry. hom. 20. Nazian. orat. de plaga gradinis. Ambr. in Isai. c. 1. Iust. Auct. lib. de gratia Christi c. 49.

Hiero. 2. c. Pelag. Aug. op. stola. 20. ad Hiero. Grego. li. 5. in 1. reg. ad c. 14. Bern. ser. 16. 73 in Cant. Ricard. de statu interioris hominis. c. 21. Thomas 4. q. 109. artic. 8. Leo serm. 4. de ieiunio de cimi men.

Cassia. coll. 11. c. 10. vlt. etiã coll. 20. c. vlt. & coll. 22. c. 13. Concil. Mileu. can. 1. Ioan. 1. n. 8.

Irena. 5.

nem post peccatum à Domino morte fuisse multatum, non tantum ad vindictam peccati, sed etiam ad misericordiam peccatoris, ut non semper transgressor & peccator existeret, sed ad alium statum immortalitatis transiret, in quo sine peccato viuens, maculas pro perfecta puritate commutaret, & vitam aliam cœlestem sine vlla peccati contagione obtineret. Et verè Domine ita est. Misericordia tua est quòd viuamus, ut lacryans & gemitibus nostras maculas detestemur, & tibi in aliquo seruimus: & misericordia tua est, quòd moriamur, ut sordes tandem omnium peccatorum exuamus, & ad patriam ab exilio translati aliquando peccare cessemus.

Roma. 7. nu. 2.

Nec sola sanctarum scripturarum, & sapientifimorum patrum auctoritas ad hoc sentiendum & confirmandum nos adigit; sed etiam manifesta ratio & experientia compellit. Gratia enim Dei post Adæ peccatum, licet in hac vita sanet mentem, nunquam tamen omnino reparat carnem, dicente Paulo: Ego ipse mente seruius legi Dei, carne autem legi peccati. Caro verò nondum reparata, nec ad plenum sanata, motus suos habet, siue ita siue concupiscentiæ, præceptis Dei contradicentes, & aduersus rationem rebellantes. At istos motus ratio etiam vigilantissima per totam vitam non reprimat; sunt enim innumerabiles, nec illis in omni occasione resistit: dum namque huic ex professo renititur, alius ex improviso, & fortè contrarius, insurgit, cui (ut oportuerat) citò non obstitit. Ergo nolens, id est, non plenè volens, aliquid vulnus sentit, aliquid peccatum admittit, quod in isto carnis siue sensualitatis motu, non ad plenum represso, consistit. Et quidem humana ratio, per peccatum, adhuc post gratiam acceptam, obscura permanet, adeo, ut secundum dictum Sapientia, Incertæ sint prouidentia nostra; & iuxta Paulum, Quid oremus, si cut oportet, nesciamus. Mansit etiam non omnino fortis, & robusta, ut nouerit singulis momentis importunitati carnis reluctari, & etiam in minimis eius procacitatem compescere. Quam imbecillitatem Paulus aduertens, exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Hæc autem obscuritas in causa est, ut sæpe in rebus aut deficiat, aut excedat: & hæc infirmitas vi appetitus impulsit ut in multis offendar, & tadio tantorum impedimentorum, quæ ipsi rectè progredi uolenti, obstant, nunc hinc nunc illuc victa succubat. Sed bene Deus, quis hoc in se ipso quantumuis sanctus non experitur? Quis gloriari potest castum se habere cor, id est, omni peccati face purgatum? Quis aliquando non est in oratione distractus? Quis in Psalmodia non est minori reuerentia, quam par erat, affectus? Quis interdum in Missæ sacrificio non tepuit? Quis non fuit cogitationum inanium vanitate delusus, aut desideriorum terrestrium uilitate pulsatus, aut affectus inordinati insurrectione commotus? Quis aliquando cum loqui debuisset, non siluit, aut tempore silentij verbum non protulit, & in otioso sermone non excessit? Quis cibi, potus, & somni mensuram ita districtè seruauit, ut nunquam plus necessario, aut minus acceperit? Aduerte quæ Cassianus inter leuia peccata recenset. Aliud, inquit, est admittere peccatum mortale, & aliud est, cogitatione, quæ peccato non careat, præueniri, vel ignorantia, aut obliuionis errore, aut facilitate otiosi sermonis offendere, aut ad punctum in fidei theoria aliquid hæsitare, aut subtili quadam cenodoxia titillatione pulsari, aut necessitate naturæ aliquantisper à summa perfectione recedere. Hæc

Sapient. 9. nu. 14. Rom. 8. nu. 26.

Rom. 7. nu. 24.

Cassian. collat.

A enim sunt septem lapsium genera, in quibus vir sanctus, licet nonnunquam cadat, tamen iustus esse non desinit. In his & aliis similibus, quæ vix possunt numero comprehendi, tot sunt occasiones leuiter delinquendi, ut planè insanus sit, qui putet se solertissima etiam diligentia omne veniale peccatum vitasse, & nullum defectum, nec interius in corde, nec exterius in humanis actionibus incurrisse. Fortè quis in aliquo genere nunquam per totam vitam, nec venialiter deliquit, ut si diues timoratus nunquam furtum nec leue fecerit, aut princeps suo regnò contentus, nunquam alienum, nec leuiter concupiuerit. Et de Ioanne Baptista, & de Iosepho sponso Virginis æquum est existimare, nunquam nec leuiter aduersus castitatem peccasse: & de Thoma Aquinate memoria proditum est, nunquam suam puram animam inanis gloriæ leui peccato infecisse. At omnia prorsus venialia vitasse, ad Angelos pertinet, qui nulli originali peccato subiecti, nec carne mortali circumdati, potuerunt diuina gratia adiuti, sine vllò delicto, & cum magno merito, ad felicitatis possessionem euolare.

B Statuamus ergo hominem diuim (ut aiunt) & oblata occasione, posse omnia venialia peccata vitare, nam si non posset, non peccaret, cum peccatum non nisi à libera voluntate procedat, & tamen nunquam vitare, nec id quod in sua est potestate, vnquam aut fecisse, aut facere, aut esse facturum. Multa enim sunt, quæ possumus facere, & nunquam facimus. Nam & ego potui Romam iuisse, & nunquam iui: & potui pedes hanc latissimam prouinciã peragrare, & nunquam peragraui: similiter potui quodcunque peccatum leue, dum occurrit, vitasse, & non vitavi: & quia non vitavi, potens vitare, ideo deliqui; nec deliquissem, si vitare non potuissem. Augustinus profectò ad hanc eandem dissoluendam questionem, multis astruit plurima fieri posse, quæ nunquam sunt, nec fient. Absurdum tibi videtur dici, ait ad Marcellinum, aliquid fieri posse, cuius desit exemplum, cum sicut credo non dubites, nunquam esse factum, ut per foramen acus camelus transiret, & tamen ille, scilicet Christus, hoc quoque dixit Deo esse possibile. Legas etiam duodecim millia legionum angelorum, pro Christo, ne pateretur, pugnare potuisse, nec tamen factum. Legas fieri potuisse, ut semel gentes exterminarentur à terra, quæ datur filiis Israël, Deum tamen id paulatim fieri voluisse: & alia sexcenta possunt occurrere, quæ fieri vel potuisse, vel posse fateamur, & eorum tamen exempla, quòd facta sint, proferre nequeamus. Vnde non ideo negare debemus fieri posse, ut homo sine peccato sit, quia nullus est homo, in quo id perfectum esse, demonstrare possumus.

D Duobus autem his positis, quòd possumus vitare omnia peccata leuia paulatim occurrentia, & non vitamus, & ideo peccamus; videndum est nunc quid viri perfecti circa hæc peccata faciant, & quovique in eorum deuotione procedant, ut pro posse illos imitemur. Multi ergo ex perfectis hominibus in carne viuentibus, hoc consequuntur, ut post conuersionem suam, ac gustatam spiritus sancti dulcedinem, nunquam aut rarissimè peccata venialia scienter, & ex industria, & cum plena deliberatione, committant. Ita scilicet ut aduertentes ipsi hoc verbum, Est peccatum veniale; ob reuerentiam diuinæ maiestatis, quam vnice venerantur, & diligunt, illud verbum nec pro salute totius

Aug. lib. de spiritu. cap. lit. 6. 2.

Matt. 19. nu. 26. Matt. 26. nu. 13. Iudic. 2. nu. 23.

D. Thom.
12. q. 109
art. 8. &
9.

Bern. ser.
de Tripli-
ci cohabita-
tione vin-
culorum.

Job. 14.

Isa. 59. 1.

Isa. in
Canon. n.
10.

mundi proferre constituent. Quod ita esse Thomas Aquinas, si profundè intelligatur, non obscure fatetur. Omnem enim impossibilitatem moralem (quam vocat) carendi veniali peccato, ad duo reuocasse videtur; scilicet ad infirmitatem carnis, & ad obscuritatem mentis, sape quid expediat, nescientis: viri autem perfecti, aut feruèdè proficientes, scientia illuminati, qua aliquid peccatum leue esse cognoscunt, & gratia ampliori roborati, & dulcedine diuini amoris illecti, non est cur non facillè carnis infirmitatem superent, & motus eius ad illicita tendentes cohibeant. Quod autem in vno leui peccato faciunt, in omnibus qua aduertunt, faciunt, & primum motum insurgentem vt à leui peccato liberentur, priusquam vltra progrediatur, impediunt. Hos Bernardus, & merito, beatos ac felices appellat. Beatus huiusmodi homo, inquit, & abundanti spiritus influens maiestate, qui suavis & vinctus portat omnes, & neminem onerat ipse: qui terribilius & horribilius ipsa gehenna iudicat, in re leuissima vultum omnipotentis scienter offendere.] Planè beati sunt, qui licet ex infirmitate peccent (quem admodum enim, ait Job, Nemo mundus à forde) tamen nunquam scienter, & ex malitia, delinquant. Nam ex infirmitate peccare, infirmæ carnis opus est; nunquam tamen ex deliberata voluntate delinquere, nec leuissimè, opus est abundantis charitatis, qua non tantum Creatorem suum omnibus prætulit, sed nec minimam eius offensam sciens, sine dubio admittit. Coniice oculos, quæso, in Franciscum, in Dominicum, in Bernardum, in Ignatium nostrum, & in alios similes sanctos, & videbis te manifestam iniuriam illis facere, si de ipsis, quod scienter, & de industria peccata venialia fecerint, cogitares. Quod autem illi habuerunt, multi viri spirituales ad perfectionem currentes, sine dubio habent, qui licet sapiens ex infirmitate in leuib cadant, nunquam tamen multis annis in huiusmodi scienter & ex industria deficiunt. Non enim nunc abbreviata est manus Domini, vt iustos suos ab ista infidelitate saluare nequeat, neque aggravata est auris eius, vt dilectissimorum preces non exaudiat, quibus quotidie postulant, si non ab omni peccato, (quod mortalitas ista non patitur) saltem à procacitate, & fronte meretricis liberari. Frontem verò meretricis habet, qui post diuinam maiestatem intimè cognitam, post amplissima eius dona suscepta, post gustatam celestium contemplationum suauitatem, audet, sciens & aduertens aliquid Domino displicere, illud, licet leuissimum, coram oculis sui Domini, & Creatoris patrare. Interrogemus itaque viros sanctos, & obtestemur illos per nomen Domini, cui se totos commiserunt, vt dicant nobis sine villo lædendæ humilitatis timore, an aliquod peccatum veniale, non ex infirmitate, sed ex industria, & ex malitia per aliquot annos commiserint; & si dixerint, quia longo tempore, aut nunquam, aut vix ex malitia peccarunt, credamus eis, sunt enim testes omni exceptione maiores, & eos in hoc sequi & imitari conemur. Quod profectò sine villo timore & dicendum & scribendum esset, nisi tanta esset horum temporum malitia, tanta imperfectorum audacia, vt quod ipsi in se non vident, statim impossibile credant. In quos optime quadrat illud Iudæ Apostoli: Quæcunque ignorant, blasphemant:] quia suam exiguitatem & tepiditatem mensuram perfectorum faciunt, immo &

A diuinam gratiam sanctos mirificè iuuantem eleuare præsumunt.

Aliud etiam perfecti & proficientes circa peccata leuia faciunt, scilicet ea quæ per ignorantiam aut imbecillitatem contrahunt, in dies postulatione amplioris gratiæ, & diligentissima vigilantia, magis ac magis minuere. Curantque vt vt hæc minuta peccata, quæ omnino vitare non possunt, sint saltem pauciora numero, & malitia tenuiora, vt sic quotidie magis grati sint apud Dominum, & maiorem mentis suæ puritatem obtineant. Hæc ita esse Gregorius manifestò docet his verbis: Considerare magnopere quid agere iusti soleant, debemus. Qui plerumque si qua in se quamlibet leuiter carnalia esse deprehendunt, hæc in internis sensibus retrahentes, vehementer in semetipsis insequuntur: afflictione se conterunt, magnisque cruciatibus vel minima in se praua diiudicant, atque hæc per penitentiam damnant. Quod idcirco agunt, vt in conspectu æterni iudicis & ipsi inueniri, in quantum est possibile, irreprehensibiles debeant: & hi qui eos sic se iudicare conspiciunt, emendare semetipsos à culpis grauioribus inardescant.] Et rursus alio loco, explicans illa verba Davidis: Pro hac orabit à te omnis sanctus in tempore opportuno,] ait: Quanto electus quisque maiori sanctitate præminet, tanto magis de his, sine quibus hæc vita non ducitur, venialibus peccatis dolet. Quis sanctior Paulo, qui de se distidens, de corpore mortis per Dei gratiam liberari expectat? Sancti enim viri licet magnis iam virtutibus polleant, habent tamen adhuc de culpæ obscuritate quod ferant. Et licet iam magna vitæ claritate luceant, aliquas tamen peccati nebulas, veluti quasdam noctis reliquias, nolentes trahunt. Quod diuinæ profectò pietatis dispensatione agitur, vt qui ascensiones in corde suo disposuit, ad humilitatis celsitudinem sua melius infirmitate subleuetur: quatenus vnde parua reprehensibilia humiliter patitur, inde melius in iustitiæ virtute roboretur: & eo se in virtutis culmine erectum minimè sentiat, quo suis viribus, etiam parua, quæ eum impediunt, non expugnat. Hactenus ille.] Et Isidorus breuius: Sunt peccata leuia, quæ ab incipientibus quotidiana satisfactione purgantur: quæ tamen à perfectis vitis velut magna crimina euitantur.] De his in Ecclesiastico dictum est: Qui timent Dominum, preparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas.] Preparant quippe corda sua in aduentum Domini, cum ea magna sollicitudine etiam à leuioribus purgant: & sanctificant in conspectu eius animas suas, dum eas diebus singulis ab his assiduis imperfectionibus, quæ omnino vitari non possunt, magis ac magis emundant. Custodiunt hi, quantum possunt, mandata Domini; quod si omnino suo desiderio non satisfaciunt, nec concupitæ puritati, (sicut re vera non satisfaciunt) patientiam habent vsque ad inspectionem illius, id est, vsque ad diem examinis, in quo perfectè purgabuntur, vt perfectè mundati, in celestes mansiones introcant. Cum ergo ista duo perfecti circa leuiora peccata præstare soleant, nos qui tendentes ad perfectionem instruimus, ad eadem illos hortari volumus. Nec dicimus illis vt nunquam peccent vel leuiter, quod satis nouimus à nullo puro homine, præterquam à Beata virgine, fuisse præstitum: sed quod aspirant ad hoc, vt nunquam ex industria, & cum plena deliberatione, leuia peccata faciât, & vt cætera ab ipsa naturæ nostræ mi-

B
C
D
E

Greg. 11.
moral. 5.
15.

Psal. 31.
n. 6.
Gregor. in
Psal.

Rom. 7. n.
25.

Psal. 83.
n. 6.

Isido. 2.
sent. cap.
18.

Eccles.
2. 20.

feria, & imbecillitate manantia, quotidie magis ac magis adhibita diligentia diminuant.

Peccata venialia fugienda esse propter mala, ad quae disponunt.

CAPVT X.

MULTA sunt, quae virorum spiritualium mentes ad magnum timorem istorum peccatorum leuium, & ad eorum fugam ac desertationem impellunt, quae omnia breuitatis & lucis gratia, ad tria solum capita referemus. Illud autem primum sit, quantis malis ista peccata leuia ianuam aperiant. Quod sane natura ipsa peccati venialis perspecta, & considerata, satis euidenter ostendet. Est enim peccatum veniale, si attentè ipsum inspiciamus, non quidem mors animae, quod tantum crimini seu peccato lethali competit, sed est aduersa valetudo, & infirmitas animae, quae & ipsam animam foedat, atque deformat, & à debita dispositione bene & feruè operandi distungit. Quod & Bernardus manifestè docet, dum illud sancti Dauidis exponens: Multae tribulationes iustorum, & de omnibus his liberabit eos Dominus;] & animae cogitationem curi, affectionem carni, & intentionem ossibus comparans, leuiora peccata tribulationes putat esse iustorum, & plagis ac vulneribus designari. Quae sunt, inquit, tribulationes iustorum, nisi quod interdum decoloratur cutis, cum videlicet inutilis cogitatio in corde versatur? Nonnunquam verò etiam caro vulneratur, quando scilicet ad hoc vsque cogitatio perniciosa procedit, vt delectatione corrumpatur affectio. Nam ossa quidem iustorum omnino integra, atque illaesa custodiuntur à Domino, vt nunquam frangatur propositum cordis eorum, nunquam salubris intentio conteratur: vt videlicet concupiscentiae titillati etiam detur assensus.] Optimè quidem leue peccatum animae vulnus, atque aegritudo appellatum est: nam si aegritudo corporis, naturam corporis turbat, & ab oprimo statu dimouet; eodem modo veniale peccatum naturam nostrae mentis misceat, & ab ea, qua Deus contemplandus est, tranquillitate diuellit. Vnde idem Bernardus ait: Sicut corporis natura est sanitas, ita cordis natura est puritas: quia turbato oculo, non videbitur Deus: & cor humanum ad hoc factum est, vt suum videat Creatorem. Si verò sanitati corporis sollicita est prouidenda custodia; puritati cordis tanto sollicitior est impendenda, quanto pars ista dignior illa esse conuincitur.] Quid est, corporis natura est sanitas, & cordis natura est puritas? Nisi quod haec secundum naturam sunt, infirmitas verò & impuritas aduersa naturae, quorum illa corpus, ista verò cor ipsum inquietat, vt probè suas actiones praestare non possint? De huiusmodi impuritatibus, aut peccatis minutulis, in Salomone scriptum est: Muscae morientes perdunt suauitatem vnguenti.] O quam aptè peccata leuia muscis comparantur, quae omnia foedant, omnibus actionibus insident, & ea quoque, quae in mensa regis apponenda sunt, id est, ad cultum Domini offerenda, miserabili audacia commaculant. Muscae sunt moriturae, quas nempe exterminare debemus, ne ipsae & internam auferant suauitatem, & nos paulatim à sapientia ad stultitiam trāstent, quam istae paruae stultitiae, si non quo ad substantiam, at quo ad feruorem, extenuant. Aegritudines sunt, ac inualetudines animae, quae instar leprae

Bern. ser. de cute carn. & ossibus n. ma. Psal. 33. n. 20.

Bern. ser. de tripl. ci. genere bonorum.

Eccles. 10. n. 1.

A insigni deformitate omnes eius vires ac sensus inficiunt. Nam & Augustinus ait: Quibus peccatis licet occidi animam non credamus, ita tamen eam velut quibusdam pustulis, & quasi horrenda scabie replentia deformem faciunt, vt eam ad amplexus illius sponsi caelestis, aut vix, aut cum grandi confusione venire permittant.] De leproso haec in Leuitico scripta sunt: Habebit vestimenta diffusa, caput nudum, os veste contactum, contaminatum, ac sordidum se clamabit.] Haec omnia signa sunt luctus, atque tristitiae; & sane nos, qui singulis diebus lepram istam de nouo contrahimus, & non nisi paruo tempore illa caremus, vtique deberemus, si non vestimenta exteriora, at corda nostra in cotidiana examinatione vi doloris abrumperere, caput in signum poenitentiae conspersum humilitatis cinere, omni laetitiae corona nudare, os praerubore & verecundia ad omnem excusationem nostram opprimere, & nos ipsos planè immundissimos ac foedissimos confiteri. Contemnamus nos, qui his fere semper aegritudinibus laboramus, quae oculos mentis obnubilant, aures ad diuinos instinctus audiendos obturant, manus grauant, pedes retardant, & omnem interiore hominem ad perfectionis opera pigrum reddunt.

Sed si venialia peccata animae aegritudines sunt, iam elucet, quoniam ad mortem, id est, ad peccata graua & lethalia disponunt. Sicut enim corporalis infirmitas mortem corporis vocat, & si non obstemus illi, tandem aduchit; ita spiritualis animae infirmitas, animae mortem compellat. Ingentem flammam, inquit Gregorius Nazianzenus, perexigua quoque scintilla excutat, & viperæ semen homini saepe exitum inuexit. Proinde cura vt leuissimam quoque noxam effugias. Tameñ enim ea primo exigua, & minuta sit; postea tamen in ingentem magnitudinem excrescit.] Quod vt luce clarius videamus, sciendum est, peccatorum venialium quaedam esse graua ex genere suo, quae aut materiae pusillitas, aut defectus plenae deliberationis in peccata leuia conuertit, vt si quis furtum vnus oboli faciat; si in re leui, & non multi momenti, de fratre detrahatur; si turpem cogitationem post aliquam negligentiam, & ante deliberatum consensum abiiciatur: alia verò leuia esse etiam ex proprio genere, quae etiam magna; & plena deliberatio, qua fiunt, semper leuia ea reliquit, & nunquam in graua peccata commutauit: vt si quis verba otiosa proferat, aut tempus inutiliter terat, aut mendacium officiosum in medium producat. Illa priora ad graua peccata non multum à longè disponere nemo non videt. De quibus praecipue dictum est: Qui spernit modica, paulatim decider.] Et: Qui amat periculum, in illo peribit.] Quemadmodum enim, vt simili eiusdem Ecclesiastici vtamur, Operarius ebriosus non locupletabitur, sed dum hodie bibit, & cras bibit, & sequenti die aliud parum in potum immoderatum insumit, tandem in extremam paupertatem venit: ita qui hodie negligens est in impudica cogitatione reuertienda, cras negligentior erit, & iterum negligentissimus factus, ad consensum, id est, ad perditionem vsque gratiae, procedet. Quare & sanctus Iob vt hanc rem astruat, Dominum in nobis post vanitatem videre iniquitatem affirmat. Ipse, ait, nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nonne considerat?] Vanitas leuia peccata designat, quae licet malitiam peccati criminalis non habeant; tamen inutilia profus & debito sine carentia persistunt. Ex his facillimum est ad iniquitatem progredi, & post vanitatem, inuercundiam & procacitatem admittere. Quod docet Gregorius, eundem locum his verbis exponens: Aprè post vanitatem

Aug. ser. 41. de scis.

Leuit. 13. 45.

Naz. im. in sent. tit. 13.

Eccles. 19. n. 1. Eccles. 3. 27. Eccles. 19. 1.

Iob. 11. 11.

Greg. 10. mor. c. 9.

protinus

protinus iniquitas subinfertur, quia dum per quædam transitoria ducimur, in quibusdam noxiè ligamur: cumque mens incommutabilitatis statum non tenet, à semet ipsa defluens, ad vitia prorumpit.] Et post pauca; Ex vanitate ad iniquitatem ducimur, cum prius per leuia delicta deflectimus, vt vsu cuncta læuigante, nequaquam post committere etiam grauiora timeamus. Nam dum moderati lingua ociosa verba negligit, more inolitæ remissionis capta, audax ad noxia prorumpit: dum gula incumbitur, ad leuitatis protinus insaniam proditur: cumque mens subigere delectationem carnis renuit, plerumque & ad perfidiæ voraginem ruit.] Quis iam non videat istorum pericula delictorum, quæ si paulatim procedant, non iam animam cruentant, sed plane graui facta à possessione vitæ spiritualis alienant?

Sunt ergo peccata ista leuia sicut pestilentes morbi, quos si diligentissima medicina non comprimat, certissimam & citissimam mortem intentant. Sunt velut cuneus, qui principio modicam rimulam in ligno facit, sed eam faber lignarius ictus multiplicando vsque ad scissionem ligni producit. Sunt sicut mucro valide carnem tangens, & pellem abrumpeus, quæ statim carnem peruat, & corpus omnino perfodit. Sunt vt ignis stipulæ admotus, qui nunc tantisper immutat, & è vestigio eam voracitate suæ virtutis inflammat. Sunt tandem velut erga præcipitum casus, quem continè ob loci periculum miserabilis præcipitatio subsequitur. Ita omnino peccata hæc nisi ea mens statim excutiat, ita eam passionis vinculis illigabunt, & facibus concupiscentiæ succendent, vt breui tempore peccati lethalis flamma consumat. Ex volucrum aucupio disce (ait sanctus Ephræm) quæ parua videntur, non ideo contemnenda. Contingit enim vt auis in laqueum incidens, minima capiatur vngula: & alarum vites franguntur, ac debilitantur ob vnguem vilem, & cum totum sit corpus extra laqueum, totum tamen retinetur.] Similitudo hæc generi huic peccatorum venialium optimè congruit, quæ primùm vngulam, id est, cogitationem, illaqueant, sed nisi quam citissimè homo suam vngulam liberet, & pedes, & manus, & corpus, & mentem peccati laqueus illigabit, & totum hominem in diaboli seruitutem rediget, & manifesti criminis gladio conficiet. Dauid minùs cautè alienam vxorem apexit, & nulla interiecta mora concupiscentiæ manus dedit, & sequenti nocte adulterium perpetravit: & qui in solarium domus suæ perfectus intrauit, ob incautum aspectum sceleratus peccator exiuit. Quis non timeat hoc leuium peccatorum genus? Quis non vel minimam vindictæ aut impudiciæ cogitationem statim cum magna violentia repellat, quæ mortem animæ machinatur, & omnia bona gratiæ dilapidare molitur? Cassianus profectò horum peccatorum pericula (illud Proverbiorum secundum translationem septuaginta virorum exponens: Stillicidia eiciunt hominem in die hyemali de domo sua) luculentissima, quam priori volumine retulimus, oratione declarat, & magnos aliquorum casus mentis teporem subsequi, & in defectibus vitandis incuriam, manifestè decernit. Lapsus quispiam, inquit, nequaquam subitanea ruina corruisse credendus est, sed aut præuæ institutionis deceptus exordio, aut per longam mentis incuriam paulatim virtute animi decedente, & per hoc sensum, vitii incrementibus, casu miserabili concidisse. Ante contritionem enim præcedit iniuria, & ante ruinam mala cogitatio. Quemadmodum domus nunquam subi-

A taneo ad ruinam procumbit impulsu, nisi aut antiquo vitio fundamenti, aut longa inhabitantium desidia stillicidiis primùm paruis penitentibus corrupta sensim fuerint munimenta tectorum, quibus per vetustam negligentiam in maiorem modum patefactis, atque collapsis, riuatim post hæc influit pluuiarum imbriūque tempestas.] Non est ergo dubium, hoc genus venialis peccati ad magna mala disponere, & nisi resistatur eis, post paululum grauissimum malum peccati lethalis secum afferre.

At alia peccata, quæ ex genere suo leuia sunt, licet non tam præsentaneè, sed etiam vt viles & infidi internuntij, graui peccato ianuam domus mentis aperiant. Obnubilant enim animam, ne peccati grauis enormitatem aduertat; eneruant eam ne graui & subitæ tentationi resistat: deiciunt illam in modica, vt data occasione ipsa semet ipsam in graue crimen casibus afflueta deiciat. Qui assuetus est è loco infimo cadere, facile cadet, & nesciet subsistere positus in loco sublimi: ita qui modicis peccatorum leuium tentationibus vincitur, graui tentatione pulsatus, difficulter à gratia in mentis stabilitate retinetur. Ex his minimis, & verè vilibus, inquit sanctus Dorotheus, ad magna contemnenda delabimur. Cum enim cœperit quis dicere: Quid est, si verbulum hoc vnicum locutus fuero? Quid est, si modicum hoc comedero? Quid si in rem hanc intendero? Ex hoc, quid id, quid illud, admittitur mala & amara esca, & sensim incipit quis, ac pederentim in maiora ac grauiora prolabi, & sic deinceps per partes protuens periclitatur, atque in perfectam insensibilitatem decidit.] Hæc est istius Patris sanè tremenda sententia, quam vtiā non multi euentus comprobassent. Scimus enim aliquos ex verbis otiosissimam quasi ex consuetudine prolatis, & sine vlla verecundia susceptis, in verba lasciuia corruisse, & ex his in cogitationes impuras deuenisse (nam quis timeat ea cogitare, quæ non veretur ore proferre?) ex impuris autem cogitationibus facile est ad impurum transire consensum, & ex consensu ad nefarium opus properare. Fitque homo, cum sordes istæ, & infirmitates istæ sibi vilescunt, sensim ad maiores maculas timendas tardior, & ad resistendum morti criminis imbecillior. Quare non immeritò dixit

D Chrysoſtomus: Mirabile quidem, & inauditum dicere audeo. Solet mihi nonnunquam videri non tanto studio magna peccata esse vitanda, quanto parua, & vilia. Illa enim, vt auersemur, ipsa peccati natura efficit: hæc autem, hæc ipsa re quia parua sunt, desides reddunt: & dum contemnuntur, non potest ad expulsionem eorum animus generosè insurgere. Vnde citò ex paruis maxima fiunt negligentia nostra.] Sapienter dicta sunt hæc, nam ipsa mentis infirmitas, tot minutulis peccatis subiecta, difficulter magna occasione pulsata resistit. Si enim corpus noxiis humoribus oppletum, & assiduis febriculis affectum, & squallore ac inedia imbecillum factum, adueniente aliqua graui ægritudine facile morti cedit; eodem modo anima inuercundè hæc leuia peccata committens, & illis interius robur extenuans, facile data occasione criminis morti succumbit. Nonne impius Tryphon Ionathæ persuasit vt exercitum copiosum à se dimitteret, quo ducem solum, & sine exercitu inuentum occideret, & regionem Iſraëliticam occuparet? Idem prorsus facit diabolus, vt viros iustos sibi fabriciat. Suadet illis, vt opera bona, & studia sancta eos protegentia, deponant, vt ociositati, & tepori se tradant, vt carni suæ in non necessariis indulgeant, vt paruos defectus à virtute & spirituali robore auocantes non me-

oro-
thesus do-
ctrim. 3.

Chrysoſt.
hom. 83.
in Matt.

1. Math
12. n. 45

tuant.

Ephr. de
morbo
lingua.

2. Reg. 11.
2.

Proverb.
27.

Cassia.
colla. 6
ca. ult.

tuant. Inde autem pronum est illi magna vi tentationis impulsos, inermes euincere, & imparatos ac suæ salutis oblitos subiugare.

Hinc ortum habuit dictum illud apud Patres commune, Multa leuia peccata vnum grande facere, quod si circumspectè intelligatur, magnam habet veritatem. Sed priusquam eius sensum explicemus, vnum aut alterum ex Patribus id dicentibus audiamus. Augustinus ait: Noli illa contemnere, id est, leuia peccata, quia minora sunt, sed time quia plura sunt. Attendite, fratres mei, minuta sunt, non sunt magna. Non est bestia quasi leo, vt vno morsu guttur frangat; sed bestia plerumque minuta multæ necant. Si proiciatur quisquã in locum pulicibus plenum, nunquid non moritur ibi? Non sunt quidem maiores, sed infirma est natura humana, quæ etiam minutissimis bestiis interimi potest. Sic & modica peccata attendite, quia modica sunt, & caute quia plura sunt. Quam minutissima sunt grana arena! Si arena amplius in nauim mitatur, mergit illam vt pereat. Quam minuta sunt guttæ pluuia! Nonne flumina implent, & domos deiiciunt? Ergo ista nolite contemnere. Bernardus autem sic inquit: Non solum graua, sed & leuia cauenda sunt peccata. Multa enim leuia vnum grande efficiunt: sicut solent de paruis & minimis guttis immensa flumina crescere. Idem & eisdem verbis asserit Hugo Victorinus, & Beatus Isidorus, ex quo duo priores desumplerunt. Quorum Patrum non credimus fuisse sententiam, quod plura leuia peccata in vnum lethale aliquando coalescant. Certum est enim quod illa, quorum malitia non continuatur, nec vna quasi ex pluribus collecta constituitur, nunquam aut præcepta Dei grauius frangunt, aut gratiam & charitatem disperdunt, aut in Dei inimicitiam incurrunt. Sed sensus eorum & verissimus est, quod multa leuia peccata sine vilo præsertim timore commissa, grauant imperfectam & miseram animam, & in ea fortitudinis murum aperiuunt, vt irruente per grauem tentationem hoste eam expugnatam ad se pelliciat, & in graue aliquod peccatum distorbet. Sunt enim ista peccata quasi puluis in oculos iniectus, qui eos principio obnubilat, & deinde penitus cæcat. Sunt sicut seminatores discordia, qui affectuum reipublicam turbant, & animam totam inquietant. Sunt imbres, qui non quidem charitatem extinguunt, at robur eius, & feruorem confopiuunt. Sunt agritudines, quæ mentem debilitant. Sunt fœtores, qui spiritum Dei contristant, & à bono nos eius familiaritatis auerunt. Quis autem non videat, animam cæcam, ac perturbatam, infirmam, & gelidam, & ab amplexibus sui creatoris auallam, periculo cadendi in aliquid grauius, esse vehementer expositam? Radix quidem spinæ, seu thamni, tenera, & blanda est, at spina ex illa progrediens, satis aspera, atque cruenta: sic peccata leuia per se ipsa non multum vulnerant, quia charitatem non destruiunt, sed sunt veluti radices spinæ, id est, grauioris peccati, quod potens est corda transfigere, & à vita gratiæ separare. Qui ergo timet Deum, vt ait Salomon, nihil negligit. sed maiora peccata vt maiora fugiet, & minora, vt semina maiorum vitabit. Temerarium enim est, vnum pedem hostis intra domum admittere, qui post vnum, alterum ponet, & miserum habitatorem ex ea cum iniuria repellat. Ita diabolus solet à paruis incipere, & ad maiora procedere, & postquam ab anima timorem leuiorum peccatorum depulit, metum etiam grauiorum ablegare.

August.
lib. de do-
cem chor-
dis. c. 11.

Bern. lib.
de anima
c. 27.

Hugo. 3.
de anima
c. 27.
Isidorus
2. font. c.
10.

Eccles. 7.
19.

Peccata venialia fugienda esse propter
damna, quæ muebunt.

C A P. II.



EVI A ista peccata, quibuscum sicut calamo pugnamus, vtinam vitæ perfectione pugnaremus, non tantum hoc malum, quod iam expressimus, satis per se magnum, & tremendum inferunt, sed alia etiam mala, & animæ damna non contemnenda secum inuoluunt. Quorum odium æquum est profectò vt nos ab illis retrahat, & curam vitæ emendationis, & perfectionis, vel nobis quoque oscitantibus & incuriosis intradat. Si enim non solam mortem corporis, & ea, quæ mortem important, sed quæcunque etiam aduersa corpori fugimus; cur solam mortem animæ, & quæ ad illam disponunt, & non quoque alia quæcunque mala fugiamus? Maxime quod ista mala, seu damna leuiorum peccatorum, non leuia sunt, sed magni momenti, vt ex ipsismet declaratis manifestum fiet. Ea verò Laurentius Iustinianus hac oratione recenset. Porro licet veniale delictum se perpetrante æternæ mortis nequam faciat reum, maculat nihilominus animam, feruorem charitatis minuit, potentiam animæ in bonis operibus debilitat, retardat à gloria, & sæpè fit peccati mortalis occasio. Ista quinque mala peccatorum letium consideremus, & ea deinceps diligentius vitabimus, & multò magis quam huc vsque timebimus.

Peccatum igitur veniale maculat animam, quod etiam sanctus Gregorius confessus est. Vitam animæ, inquit, qualibet culpa polluit; seruatus verò contra proximum dolor occidit. Sed quantum poluat quis explicare sufficit? Nam si, vt dixit Nazianzenus, splendide vestis luculentiores sunt sordes, animæ secundum suam naturam purissimæ, & secundum substantiam incorporeæ, sordæ erunt sordes, quæ illam conspurcant, & gratiæ nitorem inficiunt. Tales quidem sunt quas Dominus ipse propriis voluit in nobis suis lauare manibus, & linteolæ purissimæ humanitatis abstergere. Hoc enim significauit cum lotis discipulorum pedibus asseruit: Qui lotus est non indiget, nisi vt pedes lauet, sed est mundus totus. Erant quippe illi mundi, quod ad grauia peccata attinet, vt interpretati sunt Augustinus & Beda, sed in pedibus habebant sordes, quas oportebat Saluatoris ablutione mundari. Non sunt autem parui pendendæ sordes, quas Christus per se ipsum lauat, & discipulis suis inesse non patitur. Sed sordes istas, ac maculas istas, magnas esse ex vilitate rerum, ex quarum contactu contrahuntur, intellige. Nam quo res vilior est, & impurius, eo amplius manum eam tangentis polluit, & fœdiorem obsecritatem inducit: at res temporales infra nos positæ viles admodum sunt, quæ animam Dei causam creatam inficere habent, si eas voluerit affectuum & desideriorum inordinatione contingere. Denique Augustinus venialiter peccantes non tam puluere aspergi, quam immundissimo luto oblititi autumar: & postea cum scabie eadem peccata conferre non timet. Quæ quamuis singula, inquit, non lethali vulnerere feriant, sicut homicidium, & cætera huiusmodi, tamen omnia simul congregata, velut scabies, quo plura sunt, necant, & nostrum decus ita exterminant, vt ab illius spondi speciosi forma præ filiis hominum, castissimis amplexibus separent, nisi medi-

Iustin. de
gradibus
persec. c.
1.

Greg. 10.
Moral. c.
11.

Nazian.
in illud
Matth. 19.
Cum cõ-
suisasset
Iesus, ho-
mil. 7.

Ioann. 13.
10.

August.
tract. in
Ioan. Be-
da ibid.

August.
lib. 50.
hom. 50.
c. 3.

camento quotidianae penitentiae defecentur.] Hæc ergo leuia peccata non quidem charitatem, sed decorem eius, id est, feruorem, vt statim dicemus, necant; quæ si sunt animæ, quod scabies & lutum corpori, non leuem profectò ei scditatem inu-
runt.

Aliud damnum leuium peccatorum est, quòd feruorem charitatis minuunt. Sicut enim ignis aqua conspersus mortificatur, & inopescit, ac quadam tenebris vim vrendi & consumendi remittit; ita flamma charitatis imbre horum peccatorum attracta vim consumendi veterem hominem, & desideria nostra ad res cœlestes erigendi, deponit. Nam & cinis carbonibus superinectus ipsorum tum splendorem fuscatur, tum ardorem impedit, adeo vt iuxta eos positi nullum sentiamus calorem: & peccata hæc puluis & cinis sunt; puluis, quia splendorem charitatis obnubilant; & cinis, quia debilitant conceptum ex puritate feruorem. Videbis aliquos iustos in meditatione frigidos, in oratione segnes, in diuinis laudibus tepidos, qui nunquam lacrymis irrigantur, nunquam interna suauitate irrorantur, vix compunctionis sensu tanguntur, & si causam huius insensibilitatis scrutentur, non aliam quàm defectum multitudinem, & in vitandis modicis peccatis insignem oscitantiam inuenies. Sicut enim paruis, sed multis vulneribus sauciatus, est ad salutis actiones imbecillus, neque potest vt sanus progredi, aut velociter currere, vel magnum pondus supportare: ita anima tot plagis licet paruis affecta, neque opera perfectionis hilariter perficit, neque fortiter insultibus aduersarij resistit. Calor quidem corpora leuia, frigus verò graua & ponderosa reddit: quare hic tepor, (vel, vt verius loquar, illud frigus) à peccatorum leuium copia profectus, infelicem animam grauat, & ad bona opera assurgere & properare non sinit. Quod in illis verbis expressum intelligo: Corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem.] In illis namque non tantum naturam corporis corruptibilem, sed concupiscentiam non edomitam, & rerum visibilibus curis menti repugnantem aspicio, quæ suis assiduis defectibus, veluti compedes, & vincula animæ iniicit, vt ad desideria cœlestia volare non possit. Hos defectus Bernardus in illo Damasci onere à Propheta descripto voluit per tropologiam aduertere. Cum enim Damascum interpretatus esset hominem fundentem sanguinem, hæc subiicit: Quidam sentiunt, sed non consentiunt: impugnantur, sed non expugnantur: onerantur, sed non prosternuntur. Hi onus quidem sustinent à Damasco, sed Damascus non sunt.] Si autem onus illud graue est, & importabile, manifestum est, quia peccata ista dum amoris feruorem tepesciunt, animam magna segnitie & tepiditate onerant, vt cum ingenti difficultate ad perfectionis actiones assurgat.

Deinde peccata leuia in bonis operibus vires animæ nostræ debilitant, quæ imperfectis & malis operibus assuetæ bona opera strenuè exercere non valent. Cum enim habitus animæ ex actibus generentur, fit vt peccata leuia multiplicata, & consuetudo remissè viuendi habitus inferant sibi similes, & sanctitati, ac studio proficiendi difformes. Hi autem sicut aduersos virtutis habitus aut pellunt, aut minuunt, ita vires animæ antea per istos expeditas ligant, & retardant, vt in via perfectionis segniter ad modum progrediantur. Vnde Bernardus huius difficultatis causas inquirens, & duas inueniens, alteram earum tepiditatem, quam ego quotidianorum defectuum multitudinem appellarem, non dubitauit assignare.

A Duabus de causis videtur mihi, ait, huiuscemodi animi aegritudo & difficultas solere contingere, aut de nouitate videlicet conuersionis, aut certè de conuersionis tepore, etiam si in conuersione longum tempus habuerit. Vt unque profectò humiliat, & deicit conscientiam, & inquietam facit, dum siue pro tempore, siue pro tepore antiquas animi passiones nec dum in se mortuas sentit, & necesse proinde habens resuscandis intendere, de cordis hortulo spinis iniquitatum, & vitiis cupiditatum, longius à semetipsa euagari non sinitur.] Hæc igitur peccata sunt nebulae, quæ vires nostras ad cognitionem datas obscurant. Sunt compedes, qui affectus tenent infimis rebus obstructos, ne ad cœlestia & superiora ferantur. Sunt catenæ, quæ manus animæ ligant, ne nostram perfectionem operentur. Quare rogandus est ille, qui venit prædicare captiuis indulgentiam, & clauis apertionem, vt catenas istas effringat, & nos solitudine eas abiiciendi, & quotidie, in remissa cura deponendi dissoluat.

B Retardant etiam hæc leuia peccata hinc emigrantes, à gloria, quoniam illa gloriosa ciuitas, quæ Dei, victores coronantis, est sedes, nullum adhuc vinculis compeditum, nec sordibus inquinatum admittit. Omnes maculae siue magnæ, siue paræ, prius eluendæ sunt, aut potius igne acerbissimo consumendæ, quàm ciuitatem illam sanctam & immaculatam quis ingrediatur. Quantum autem damnum sit hoc, norunt illi, qui sciunt quàm intolerabile malum est animæ hinc discedenti, vel ad momentum Dei conspectu ac fruitione priuari. Certæ animæ iustæ solatæ corpore, non minus sentiunt à Dei amplexibus retardari, quàm sentit manus à suo corpore abscondi, aut dolet pars vehementer agglutinata à suo toto diuelli. Sed considerandum est quanto tempore animæ leuibus peccatis fordida igne purgantè teneantur, & quàm diu pœnis ac tormentis crucientur. Res enim hæc non est tam leuis ac facilis, quàm aliqui imperfecti sibi metè blâdientes existimant. Nam quod ad tempus attinet, certum est, animas aut grauium peccatorum pœnis debitis, aut leuibus peccatis implicatas, præsertim si multa sint, non breui tempore sed multis diebus, & mensibus, & annis pœna acerbissima castigari. Et vt nunc multas de hac re factas reuelationes taceamus, quas quisque facillè ex Ecclesiasticis historiis cognoscat, certè Ecclesia ipsa Spiritu sancto docta satis id opere docet, quæ suffragia pro defunctis in purgatorio detentis, non eo die tantum quo obierunt, sed post menses & annos facere consuevit. Ipsa etiam ratio suadet. Nam Dominus aliquos iustos, & amicos suos in hac vita pro leuibus peccatis non leuiter, sed satis acerbè castigauit. Mo-

D ses enim ad aquas contradictionis aliquantulum de futuro miraculo hæsitans, vt fert multorum doctorum opinio, solùm venialiter peccauit: & Propheta missus ad Ieroboam, comedens in via, ab alio deceptus, similiter ex sententia doctorum leuiter tantum deliquit; quorum ille, morte ante ingressum in terram promissam: iste verò, morte statim post prandium adueniente, multatus fuit. Cassianus quoque ad hoc propositum duo exempla memorabilia commemorat; alterum, Abbatis Pauli ob indifferetum zelum paralysi percussus; alterum, cuiusdam alterius, ob duram responsum, qua Macharium contristauit, durissimo dæmoni traditi. Quod (vt mihi quidem videtur) Dominus aliquando facit, tum, vt quanto zelo custodiat animarum sanctarum puritatem, ostendat, tum, vt his acerbissimis punitionibus ad vltionem leuium peccatorum inflicta, non tam citam quàm aliqui putant, purgatorij pœnam esse declarat,

1/a. 61. n. 7.

Numer. 20. 12. Vide A bul's. 1. b. 9. 5. 6. 3. Reg. 13. 9. 31. 3. Reg. 3. 20.

Cassia. coll. 7. ca. 26. 17.

Sapient. 9. 15.

1/a. 17. 1.

Bern. de 11. oneribus, 4.

Bern. 1. r. 10. in Cæ. 11.

Et

Bern. in
morte Hil
berti.
Aug. lib.
50. hom.
16.

Et sanè Bernardus ait, in purgabilibus locis centupliciter quæ fuerint hic neglecta, redduntur vsque ad nouissimum quadrantem. Et Augustinus: Quanta fuerit peccati materia, tanta & petranscendi mora. Quantum exegerit culpa, tantum sibi ex homine vendicabit quædam flammæ rationabilis disciplina. Hæc etiam pœnam istam non celerem habere durationem aperiunt. Quod verò ad pœnæ acerbiteriam spectat, certum est, animas in purgatorio dirisimis pœnis cruciari. Quippe quæ pœna damni, scilicet diuinæ visionis carentia mulctantur; eximia tristitia ob suum exilium à patria, castigantur, acerbissimo igne torquentur, qui, vt instrumentum Dei ad spiritus suam operationem extendit. Denique tam dura est hæc pœna, & tam acerba, vt in immensum omnes huius vitæ pœnas, & tristitias excedat. Ad quod confirmandum ait Cælius Arelatensis: Ille ipse purgatorius ignis durior erit, quàm quod possit pœnarum in hoc sæculo aut accidere, aut sentiri, aut cogitari. Et Anselmus: Sciendum est, quòd grauior est ille ignis, quàm quicquid homo pati potest in hac vita. Et Augustinus: Et si æternus non sit, scilicet ille ignis, miro tamen modo grauis est, exceditque omnes pœnas, quas aliquis in hac vita passus est. Ista, & multa alia (quæ sciens prætereo) Pates de acerbitate pœnarum purgatorij proferunt; & quidem eò adducta sunt, vt pateat quantum sit damnum ob leuia peccata ab ingressu in patriam impediri, & tam horribili loco, ac tam seuera & diuturna pœna castigari.

Postremum damnum à Laurentio Iustiniano recensitum, est, quòd peccatum leue, sæpe est peccati grauis occasio. Non solum propter conscientiam erroneam, vt ipse ait, qua quis putat se grauius in Deum peccare (iste enim iam non leuiter deliquit, sed grauius) nec solum quia leuia peccata (viam diximus) ad grauia disponunt, verum etiam quoniam qui inuerecundus est in huiusmodi peccatis admittendis, meretur à Deo derelinqui, & in maiora prolabi: in quo sensu nos illud accipimus: Qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Sicut enim minores aulicorum incuriæ (si ex paruo amore, & irreuerentia procedant) solent ita regis animum prouocare, vt à negligentibus signa benevolentia auferat, & perseuerantes à suo obsequio repellat: ita hæc leuiora peccata, cum non ab infirmitate, sed à proacacitate, aut ab insigni oscitantia procedunt, solent Domini indignationem excitare, vt tepidos, & suæ perfectionis incuriosos, & sola graua peccata timentes, in ea, quæ timent, iusto suo iudicio ruere, & illis scædari permittat. Timeamus ergo hos modicos sumptus, quibus paulatim substantiam nostram, id est, feruorem charitatis minimum, nam licet modici sunt, possunt sensim ita feruorem minuere, vt charitas fere omnino tepescat, data occasione, deficiat, non habens vires ob culpam nostram, quibus valeat tentationi repugnare. Parua scintilla magnum nonnunquam ignem accendit, quia cadens in materiam dispositam, principium est vehementioris flammæ: & modica etiam negligentia ad maiorem aditum parat, dum in corde tepido, & imperfecto sedem figit, & in consuetudinem venit. Gutta sæpe cadens excavat lapidem, & si id oculis vides quomodo fiat, nequaquam inquiras; & consuetudo leuiter delinquendi, sine vilo timore in hospitium cordis admittit, murum prouidæ circumspectionis suffodit, & foramen hosti ingredi volenti recludit. Ac demum, vt aliquando versionem septuaginta vitorum sanè venerandam adducamus: Ante contitionem præcedit ruina, & ante

Cæsar. h. v.
8.

Ansel. 1.
Cor. 3.

Aug. de
cura pro
mortuis
c. 8.

Lucæ 16.
10.

Proverb.
16. 18.

ruinam mala cogitatio.] Hæc namque insipientium oculis parua, non paruum ruinam & casum solet inducere. Vel si mauis: Contitionem præcedit superbia: & ante ruinam exaltatur spiritus. Genus enim quoddam superbiæ & elationis est, non timere minoram, quasi parum referat, Domino in minoribus displicere: quam elationem aliquando magna deiectionis est subiecta, ita vt necesse sit ad eam instaurandam non modicè flere, nec modicis laboribus insudare.

Peccata venialia fugienda esse propter
bona, quæ impediunt.

CAPVT XII.



VINQVE damna, quæ aduehunt peccata venialia, in medium protulimus, nunc quinque bona quæ impediunt, breuiter proferamus. Ea autem sunt, quòd tollunt animæ quietem, minuunt verum honorem, inficiunt opera, impediunt dona, & ab itinere perfectionis auocant. Qui internam tranquillitatem, & apud Deum honorem amat; qui suorum operum pulchritudinem; & celestium donorum possessionem diligit, qui ad obtinendam perfectionem anhelat, ista peccata pro sua possibilitate fugiat, ita saltem, vt nunquam sciens, ac volens, & ex mera oscitantia similes defectus ac lapsus admittat.

Impediunt quidem peccata leuia quietem animæ, ac mentis tranquillitatem, quæ in mundicia ac puritate consistit. Nam si beatitudo nostra in hac vita, & in futura tranquillitas nostra est, quoniam in hac vita, vtcunque, & pro vt fieri potest, & in alia perfectè nos fatiat, quis non ex factis Scripturis intelligat, hanc duplicem beatitudinem via ac patria à mentis puritate minimè separari? Quare si hæc puritas sequitur, aut comitatur beatitudinem, etiam sequitur tranquillitatem, atque adeo peccata leuia beatitudini aduersa, etiam quietem mentis impediunt, & eam velut spinas pungentes tranquillam esse non sinit. At beatitudinem huius vitæ (de hac enim nunc loqui volumus, non de perfecta patriæ, quæ nec minimum nauum admittit) leuibus peccatis aliquo modo impeditur, ex dictis in superiori volumine satis notum est. Diximus enim, beatitudinem huius vitæ perfectionem ac sanctitatem esse, hanc autem graua peccata destruant, sed leuia fuscant, & à sua pulchritudine detrahunt. Si ergo hæc peccata perfectionem inficiunt, etiam tranquillitatem turbent necesse est, quæ conscientia leuia hæc reprehendentis increpatione confunditur. Attende quem Ecclesiasticus beatum ac scelicem protestetur: Beatus diues, ait, qui inuentus est sine macula. Quisnam est iste diues? An qui aurum & argentum possidet, & qui recondit numismatum plena marsupia? Hunc mundus diuitem vocet, sed tu, ô iuste vir, qui terrena despicias, huiusmodi hominem terrena possidentem nequaquam diuitem reputabis. Quis igitur erit iste diues? Ille sanè, qui, vt Ambrosius ait, diues est Deo, qui virtutem & sanctitatem colit, qui virtutes comparat, opes quidem nunquam perituras. Hic diues tunc beatus est, eam sine macula est, cum scilicet leues etiam maculas diluit, & quantum potest, declinat. Sed idem est vir beatus atque tranquillus; ergo macula beatitudinem commouentes etiam tranquillitatem turbabunt. Et quem etiam sanctus Dauid beatum, & consequenter tranquillum appellat? Nonne qui tempe-

Ecc. 31.
8.

Psal. 136.
9.
Aug. ib.

1. Corin.
10. n. 4.

1. Corin.
1. 12.

Ecl. 45.
2.

1. Reg. 6.
18.

Greg. lib.
3. in 1.
Reg. ad c.
6.

stine paruulos Babylonie filios, id est, motus nostre
 sensualitatis insurgentes, illidit? Beatus, ait, qui re-
 sedit, & alidit paruulos tuos ad petram.] Qui sunt,
 inquit Augustinus, paruuli Babylonie? Nascetes
 male cupiditates. Sunt enim, qui cum veteri cu-
 piditate rixantur. Quando nascitur cupiditas, ante-
 quam robur faciat aduersum se mala consuetudo,
 cum paruula est cupiditas, nequaquam prauae con-
 suetudinis robur accipiat: cum paruula est, elide il-
 lam. Sed times ne elisa non moriatur; ad petram
 elide. Petra autem erat Christus.] Quid est imper-
 fectiones paruulas ad petram elidere? Certè non
 aliud quam Christi imitatione, & auxilio ab eo no-
 bis dato, necare. Si itaque leuia ista peccata nos-
 tram quietem turbant, profecto diuinam etiam
 contemplationem impediunt, quia Deus oculis non
 turbidis, sed purgatis & perspicacibus videri potest.
 Pugnemus igitur aduersus ea, & si non in totum ex-
 terminare, ac quantum humana industria auxilio di-
 uinae gratiae fulcita potuerint, ea extenuare curemus.
 Et sicut, qui vas aureum aut argenteum prius aqua
 lauit, & luteo deterfit, solet singularem vel minutis-
 simas atomos ex ipso luteo relictas aqua compun-
 ctionis lauimus, & sanctis operibus velut linteis ab-
 sterimus, leues maculas, vt teporem, irreuerentiam,
 tristitiam, vanitatem, & reliquas huiusmodi ex ipsi-
 met bonis operibus relictas assidua cura & circun-
 spectione dissipemus. Ita fiet vt si non omnino pu-
 ri ac incoquinati persisterimus, saltem minor & le-
 uior in dies sit nostra foeditas, quae minus & leuius
 oculis diuinæ maiestatis displiceat.

Minuunt deinde peccata leuia verum nostrum
 honorem, quem non in alio quam in eo, quod sumus
 Deo fideles, positum iudicamus. Haec est enim glo-
 ria nostra, inquit Paulus, testimonium conscientiae
 nostrae, quod in simplicitate cordis, & sinceritate
 Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei con-
 uersati sumus in hoc mundo.] Et de Mose scriptum
 est: Similem illum fecit Deus in gloria sanctorum.]
 Quam gloriam esse conscientiae puritatem, ex Paulo
 didicimus; eamque Moses esse assequutus, quoniam
 sanctorum conuersationem & puritatem est imita-
 tus. Hanc gloriam, & hunc honorem verissimum,
 leuia peccata non tollunt, quia mentis integritatem
 omnino non destruunt, ac aliquo modo diminuunt,
 quoniam non nihil saltem à debita fidelitate defi-
 ciunt. Ideo que sancti in hac vita, vt non vsque ad
 fauerentiam fideles & puri, se peccatores & debitores
 quotidie confitentur, & debitum alicuius poenae per-
 soluant. Quod significatum esse in illa redditione
 tributii pro peccato, quam fecerunt Philistaei, Grego-
 rius existimat. Neque enim contenti pro qualibet
 vrbe murata, & pro qualibet villa absque muro in
 deletionem peccati sui, quod aduersus Domini ar-
 cam miserant, murem aureum offerre, etiam pro
 Abele magno, super quem posuerunt arcem Domini,
 ni, voluerunt tributum exsoluere. Ille namque la-
 pis, ait sanctus hic Pater, iustos & sanctos significat,
 qui etiam pro culpis (intelligit quotidianis, & leui-
 bus) Deo satisfaciunt, licet non solum à peccatis mag-
 nis per Dei gratiam sint erepti, sed & per magna
 sanctarum virtutum culmina in eius tabernaculum
 sunt assumpti. Abel magnum se transgressorem
 agnoscat, quia per nequitiam Philistinorum arcem
 tetigit; & quisque iustus se peccatorem fateatur, quia,
 aut vi aduersario impulsus, aut propria imbecil-
 litate prouocatus, saltem leuiter à diuina lege, ac im-
 positis sibi praeceptis, discessit. Profecto magna
 gloria est sponae si de minimo sit nauo tollendo fo-

A licita, non vt aliis hominibus pulchra appareat, sed
 vt viro suo, quem vnice diligit, in magnis & in mini-
 mis placeat. Magna etiam gloria est ferui, si minimos
 defectus in obsequio heri commissos timeat, non ob
 timorem poenae alicuius, aut ob mercedis obtentum,
 sed ob amorem, & fidelitatem erga illum, cuius ob-
 sequi se totum addixit. Ita prorsus verissima glo-
 ria, & magnus honor iustorum est, cum minimas
 quasque maculas vitant, cum minima quaeque pec-
 cata declinant, non quidem ne puniantur; non, ne
 premio gloriae spolientur, sed ne Domino suo, ac
 dulcissimo Patri displiceant. Si autem id honor
 sanctorum est, certè illorum erit nonnullum dede-
 cus, cum istos leues defectus non metuant, & multo
 maius si illos sine timore, & quasi ex industria com-
 mittunt. Signumque est amoris satis tepidi velle
 amatum in solis rebus grauibus, & magni momenti
 non offendere, & in aliis, quae non tanta seueritate
 praecepit, eius placitum ac voluntatem procaciter
 violare.

Nec dubium est peccata leuia studiosas actiones
 inficere, vel quia ipsum hominem ea clicientem fœ-
 dant, vel quia eadem opera afficiunt, & debito splen-
 dore ac perfectione priuant. Cum enim operibus
 bonis non insident, sed aliunde hominem inqu-
 nant, quia ipse, exempli gratia, ineptam cogitationem
 admittit, aut verbis otiosis habenas laxauit, ex Aggæo
 non obscure colligitur, ea peccata etiam opera virtu-
 tis fœdare. Interrogat enim iussu Domini sacerdo-
 tes: Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his,
 nunquid (quod tetigerit) contaminabitur? Illisque
 respondentibus, quia [contaminabitur:] insert Pro-
 pheta: Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem
 meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum
 eorum, & omnia, quae obtulerunt ibi, contaminata
 erunt.] Quid hæc significant, nisi quod pollutus &
 contaminatus peccatis, in suo gradu bona opera pol-
 luit, & licet leuiter delinquat, tamen eius opera tan-
 quam ab eo qui immundus est, egressa, minus grata
 reputabuntur? Quamuis enim, vt Hieronymus ait,
 sancta videantur specie sui, quae offeruntur à talibus,
 id est, ab imperfectis, & immundis, tamen, quia tacta
 sunt ab eo, qui pollutus in anima est, omnia polluen-
 tur.] Cibis quidem quamuis de se salubris, ac sua-
 uis, duabus de causis minus gratus inuenitur: aut
 quia ipse insulsius est, & male preparatus, aut quia in
 vase immundo nobis offertur. Quare igitur non
 erunt minus gratæ Domino, quas offerimus, virtutis
 actiones, si cor nostrum, in quo, velut in catino, offe-
 rantur, peccatis immundum inuenitur? Vbi organum
 vitiosum est, inquit Ambrosius, quomodo po-
 test cantus non esse vitiosus? De generis materiae de-
 coloratus est.] Homo autem, peccatis licet mini-
 orbis, immundus, organum vitiosum est, cum diu-
 nas laudes decantat, & velut mater ignobilis cum
 partus aliorum operum edit, atque adeo illa à tali or-
 ganò ac tali principio prodeuntia minus grata esse
 Deo necesse est. At si peccata leuia ipsis actioni-
 bus bonis insideant, vt puta, quia tepide oras, distra-
 ctè psallis, sine debita deuotione celebras, non sine
 tristitia laboras, nec sine repugnantia, & stridore
 murmurationis obtemperas; quis non agnoscat hu-
 iusmodi opera similibus defectibus vndiquaque fu-
 scari? O quam verè possumus inclamare frequenter
 illud Isaie: Et facti sumus vt immundus omnes nos,
 & quasi pannus menstruare vniuersae iustitiae nostrae;
 neque enim nos tantum peccatorum admisione
 fœdamus, verum & bona opera innumerabilibus ne-
 gligentis inficimus; adeo, vt non semel dixerim Do-
 mino, meas quotidianas miseras & culpas lugens,

Aggæi. 2.
n. 14.
Aggæi. 2.
15.

Hier. ib.

Ambrosii
Psal. 35.
primi-
psal.

Isaia. 64.
6.



quia satis mihi esset, si quotidiana obsequia pro illis satisfacerent, & assiduus religiosæ disciplinæ labor se assiduis negligentis æquaret. Nam si verum est quod dixit Gregorius: Incrementum meritorum quod bonæ vitæ studiis augetur, plerumque mali admixtione retrahitur, & bonum, quod animus operando construit, hoc alia perpetrando pervertit. Quomodo tanta, ac penè infinita negligentiarum multitudo, quam radius diuinæ lucis interdum ostendit, tepidissimas virtutis actiones non superet, & in dies summam debitorum accumularet?

Et cui alij bono istæ leues maculæ obstant? Certè diuinis donis, quorum acceptionem, ac sponsi desiderati amplexum, impediunt. Dum enim ob quotidianas culpas plectimur, vt ad eas lacrymis, & gemitibus diluendas hortemur, celestium consolationum priuatione castigamur. Quæ culpæ, cum nimis crescunt, & sine timore fiunt, ac sine compunctione, & pœna relinquuntur, mirum est quantum erga nos diuinæ largitatis fontem obturent. Videbis aliquem semper in oratione aridum, in diuinis laudibus desolatam, in Eucharistiæ susceptione durum, & in omni tempore nullo fere gustu celestis consolationis affectum, nulla rerum diuinarum cognitione compunctum, & tantæ paupertatis nullam aliam causam nisi viuendi negligentiam, & incuriam quotidianorum defectuum vitandorum, inuenies. De mure quidem Armenico mandissimo animalculo apud aliquos legitur, quod si ostium cuius luto illinitur, ita, vt non possit sine sui contaminatione venatores effugere; sicut se potius à venatoribus capi, quam suam munditiam luti impuritate sordare. Quod de egressu istius animalis è sua fouea dicitur, de Saluatoris nostri ingressu in animam enuntiare possemus. Quod scilicet videns animam peccatis & negligentis cinctam, & omnes sensus, ac vires defectibus ac sordibus clausas, horret in eam ingredi, & inter tantas sorditates commorari. Idque indicelle videtur sponsa, cum ait: En ipse stat post parietem nostrum respiciens per fenestras, prospiciens per cancellos. Respicit ille per cancellos, dum intrandi, & nos ditandi occasiones inquirat, at pariete culpæ impeditur, vt sua iustitia ita exigente, per nouam gratiam & noua dona intrare non possit. Sed & vnicique nostrum, inquit Bernardus, qui desideramus aduentum ipsius, puto illum nihilominus post parietem stare, dum corpus hoc nostrum, quod certè peccati est, abscondat interim nobis faciem eius, & præsentiam intercludat. Denique quando sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino, non quia in corpore, sed quia in corpore hoc, quod vtique de peccato est, & sine peccato non est. Et vt scias quoniam obstant non corpora, sed peccata, audi Scripturam: Peccata nostra separant inter nos, & Deum. Et vtinam vnus mihi tantum obster paries corporis, solumque obicem pariat, id quod est in carne peccatum, & non multæ intersint maceræ victorum. Vereor enim ne etiam præter illud, quod in natura est, quàm plurima de propria iniquitate adiecerim, quorum à me interiectu nimium elongauerim sponsum, ita vt si verum dicere velim, post parietes magis mihi illum stare fatear, non post parietem. Peccata itaque ista sponsi Christi ingressum impediunt, quo cum dona celestia nobis veniunt; vnde ipso foras manente, neque per nouam in nos gratiam intrante, necesse est animam multis diuinis donis carere, & multis illustrationibus, ac consolationibus spoliari.

Postremum bonum, cui peccata leuia obsunt, est, quod perfectionis iter ipsa retardant. Nec potest ce-

lenter ad arcem sancti tatis ascendere huiusmodi nexibus compeditus, & his debitorum ponderibus oneratus. Immo nunquam erit perfectus, qui modica etiam peccata numero minuere, & malitia extenuare non curat; quoniam eo ipso quod imperfectiones crescunt, perfectio decrescit, in omnium virtutum exercitatione sita, & charitatis ardor interescit. Quam obrem Dominus ad Iob Patriarcham locuturus, ait illi: Accinge sicut vir lumbos tuos; interrogabo te, responde mihi. Iubet illi non iam lumbos carnis, id est, peccata grauiora, à quibus ipse iam se immunem ostenderat, sed lumbos quoque mentis, præcingere, id est, à modicis defectibus temperare; quia isti defectus instar nebulæ inter mentem nostram, & lucem diuinam intericiunt, & quasi importuni clamores vocis diuinæ, quæ est instar sibilii auræ tenuis, auditionem impediunt. Cor namque ad ima depressum nequit in altum oculos mentis attollere, & imperfectiones amans, nequit puritatem perfectè diligere, & manus habens terrenis opibus occupatas, non valet ad cælestes thesauros diripiendos efferre. Ad quam rem asserendam optimè Ricardus Victorinus ait: Anima, quæ ad sublimiorem gradum vult conscendere, etiam multitudinem venialium, & minores concupiscentias debet cauere, vt proficere, & ampliorem gratiam mereatur accipere. Debet enim vitare cogitationes carnales, & vanas, & item cogitationes suspitionis, iræ, & amaritudinis, & huiusmodi. Consolationes etiam terrenas, in cibo videlicet, & potu, in colloquio, in videndo, in audiendo, in curiositate, in vestibus, in somno, in qualibet libertate; quia quantum delectationes istas mortificat, & respuit, & carnaliter consolari renuit, tantum spiritualiter merebitur consolari, & in gratia viuificari. Quantum ab istis vacuum cor reperit gratia, tantum replebit. Quantum caduca ista aliquis contemnit, & supergreditur, tantum ascendit. Quia tantum de inferioribus ad superna pergit. Post mortificationem itaque maiorum peccatorum, etiam minora mortificare, & calcare oportet, proficientem animam, & ad spirituales vitam conscendere volentem. Ita venerabilis Ricardus sententia competum efficitur, operæ pretium esse ei, qui vult ad perfectionem ascendere, non tantum grauiora peccata fugere, sed leuia quoque declinare. Quare à Domino obnixè petendum est, vt has etiam vulpeculas à vinea nostræ animæ abieget, & robur ad eas abigendas, & quotidie exterminandas, ipse concedat. Sancti quoque Patroni nostri interpellandi sunt, vt nos in isto sancto labore adiuuent. Dicendumque illis non sine contritione cordis illud Canticum: Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur vineas, nam vinea nostra floruit. Vineam inquam nostram, id est animam nostram, ob cælestes, iam semen diuinæ inspirationis excepit, iam sanctis desideris floret, iam fructus nonnulli pullulant, & spem vindemiæ abundantis ostendunt; iuuat nos, vt vulpeculas istas exterminemus, quæ manifestè vites virtutum corrodunt, & fructus, quos speramus, impediunt. Horum autem adiutorio fulciti, & exemplis animati, has minutias insequamur, vt ex primo vitæ spiritualis gradu, quo maiora peccata vicimus, hæc minora superantes, ad secundum veniamus, vt ex illo felici cursu ad reliquos euolemus.

Greg. 21.
Mor. c. 4.

Vide Piarum lib.
13. d.
mure.

Cant. 2.
9.

Bern. ser.
16. in
Canti.

2. Corin.
5. m. 6.

Isai. 59.
n. 2.

Iob. 38. 9.

Ricard. in
Cant. c. 9.

Cant. 2.
nu. 15.

Eadem esse remedia ad purganda peccata venialia, quæ ad diluenda criminalia.

CAPVT XIII.

XPOSITA iam leuium peccatorum, tum qualitate, tum malitia, nunc remedia quærenda sunt, quorum præsidio diuinæ gratiæ cooperemur, & has animæ nostræ maculas fugiamus. Duo autem sunt istorum medicamentorum genera, quibus magna imbecillitati nostræ, & quotidianis peccatis moderemur: alterum, eorum quæ contracta iam peccata diluunt: Alterum, eorum quæ in futuram præseruant, & maculas, quas contrahere possemus, auertunt. Nunc de illis, & postea de istis, supposita quadam leuiorum peccatorum distinctione, agendum est. Peccata igitur leuia iam commissa, eisdem remediis peccatorum lethalium, contritione nimirum, confessione, emendationis proposito, & satisfactione lauanda sunt: si tamen hæc pro leuium peccatorum qualitate paulo minus ac suauitatis applicentur.

Nam quod ad dolorem attinet, hæc peccata optimè contritione tolluntur: quæ cum sufficiat ad extirpanda criminalia peccata, multo magis ad destruenda leuia sufficit. Et quidem spirituales viri, qui suarum animarum puritatem zelo Dei zelant, ad hanc leuium peccatorum detestationem deberent se auxilio diuinæ gratiæ mouere, vt tanquam filij Dei dilectissimi, minimam patris displicentiam meliùs quam ferui mali & pigri magnam detestari solent, effugerent. Nec deest illis causa satis efficax, vt hoc detestationis genus de leuibis peccatis concipiant, si confiderent, se his culpis illum patrem benignum offendere, à quo sunt ad vitam spiritualem & angelicam euocati, & supra alios homines, qui mundanis inhærent, tenerrimo amore dilecti. Tantum dominum ac talem patrem offendere etiam leuiter, malum est in iustorum oculis, quod debet non tepido tantum, & ex imperfectioni causa concepto dolore, sed insigni detestatione multari. Non tamen est necessaria contritio, vt mens nostra ab his leuibis peccatis soluat. Nam etiam hæc peccata remittuntur per actû charitatis, quo quis ita fertur in Deum, vt leuia peccata tunc occurrentia protereret, & ob Dei amorem nequaquam admitteret. Vnde si motus charitatis talis est, vt vni tantum leui peccato, vel aliquibus opponatur, puta grauioribus, quæ tunc diligenti displicerent, illa tantum diluit; si verò sit talis, vt omnibus peccatis leuibis aduersetur, quia homo illo motu affectus, pro tunc nullum admitteret, & quodcumque etiam leuissimum caueret, vniuersa remittit. Quod ita esse, Thomæ Aquinatis, quem schola Theologica habet magistrum, confirmet authoritas. Vnde sequitur, (ait, de venialium remissionè loquens,) quod requiratur quædam virtualis displicentia, puta cum aliquis hoc modo fertur secundum affectum in Deum, & res diuinas, vt quicquid sibi occurreret, quod eum ab hoc motu retardaret, displiceret ei, & doleret se commisisse, etiam si actû de illo non cogitaret. Ecce alium actum, & quidem suauiore, quo poteris à maculis quotidianis mundari, cui repetendo & frequentando deberes assuefcere, vt si sæpius in die te ipsum insicis, sæpius etiam charitatis balneo mundareris. Aues tamen scire an aliis bonis actibus leuia peccata deleantur? Sanè si Theologos consulas, non improbabili-

A ter alios actus studiosos ad remittenda hæc peccata tibi concedent. Huiusmodi sunt attritio, qua leue peccatum propter leuem malitiam, aut propter penam tibi debitam detestaris: oratio, qua de illis à Domino veniam postcis; propositum non iterandi tale peccatum; actus virtutis contrarius, qui culpæ commissæ complacentiam excludat: ac tandem quodlibet studiosum opus, quod vir iustus pro obtinenda remissione peccati venialis efficiat. Hæc ita à quibusdam Theologis dicuntur, & ego nolo cum illis contendere. Scio autem (quod & ipsi fateantur) hæc dubia esse, & incerta, quæ nulla sacrarum litterarum authoritate firmantur, nulla sanctorum antiquiorum sententia roborantur, nullis, quæ animo satisfaciunt, rationibus nituntur. Scio etiam puras mentes, post aliquot aut aliqua leuia peccata commissa, his bonis actibus non quiescere, sed semper stimulo conscientiæ pulsari, donec spinam, aut contritione euellant, aut igne charitatis adurant. Scio tandem nihil esse charitate dulcius; nihil amore facilius; quare tu dum sacramento confessionis non vteris (de quo statim amore, vel contritione hæc leuia peccata abstergere & eliminare curato. Nec putes, quia tot remedia ad eorum ablutionem à Theologis assignantur, illa esse contemnenda, & sine villo metu patranda, tum quia hæc remedia præter contritionem, & charitatis actum, incerta sunt (vt diximus) tum etiam quia multitudo medicamentorum, peritiam ac benignitatem medici prædicat, sæditatem verò & vilitatem morbi non alleuiat. Procide ergo ô anima frequenter ad genua Iesu, & amore succensa, ac dolore compuncta, dic illi verba Ruth: *Expande pallium tuum super famulam tuam, quia propinquus es.* Quandoquidem, Domine, me indignissimam in filiam admisisti, vt de tua benignitate confido, & gratiæ propinquitate tacti, expande super me pallium miserationis tuæ, & quæ sæpe humana imbecillitas peccat, tua pietas deleat, & ardor tuæ charitatis adurat.

C Quod ad confessionem sacramentalem spectat, certum est, leuia peccata non esse necessariam confessionis materiam, quasi ea ex diuino præcepto confiteri, & sacerdoti aperire teneamur. Christus enim, vt ex Ecclesiæ traditione constat, principaliter pro lethalibus peccatis penitentiae sacramentum instituit, quod à patribus secunda tabula post naufragium appellatur, quia eius obligatio supponit, animam naufragium spirituale fuisse perpeffam, & gratiæ ac charitatis diuitias dissipasse. At licet non sint necessariò in confessione pandenda; potest tamen quisque, & non sine laude, ac merito, ea clauium Ecclesiæ iurisdictioni subiicere. Dominus enim, qui dixit Apostolis, & eorum successoribus: *Quorum remisistis peccata, remittuntur eis,* ab eorum potestate nullum peccatum, nec magnum, nec paruum exemit; quare non solum maxima, sed & minima possunt ipsi remittere. Quod si illi possunt, nos quoque possumus, si volumus, ab eis horum minorum peccatorum absolutionem exquirere. Vnde ab initio Ecclesiæ nascentis, vt ex antiquissima traditione constat, omnes pij ac iusti viri hanc consuetudinem consistendi venialia peccata complexi sunt, propter magnas animæ vilitates, quas ex illa decerpunt. Nam & hæc confessio leuia peccata sacerdoti manifestata remittit, pro debito illorum satisficit, malitiam illorum pandit, dolorem excitat, confusionem ingerit, gratiam emendationis affert, & ingentem pacem internam, ac lætitiâ spirituales ministrat. Istam itaque confessionem peccatorum venialium omnes religiosæ familiæ magno feruore susceperunt, quæ cum suos alumnos ad frequentem confessio-

Ruth. 3.
u. 9.Ioan. 20.
n. 23.

nem obligent, non est credendum, prudentes ac pias matres, de optimis filiis, & à principio spiritualiter educatis, quorum multi sanctissime viuunt, lapsus graues tam frequentes existimare. Præsertim cum inter illos inueniantur non pauci, qui quantum humana ratio potest agnoscere, à primo die conuersionis suæ, per diuinam gratiam, nunquam amplius se graui peccato fœderunt. Apud nos autem magna est huius sanctæ confessionis frequentia: nam fratres octauo quoque die ex præscripto confitentur; sacerdotes verò ex consuetudine, aut quotidie, aut saltem alternis diebus hoc sacramentum suscipiunt, vt purius uiuant, & sanctius, ac feruentius ad sacramentum confessionis accedant. Confessionem singulis hebdomadis faciendam dicit Bernardus, cuius hæc sunt verba; Semel ad minus in hebdomada confiteatur, vt veniam mereatur de perpetratis, & maior ei detur gratia de vitandis malis. Confessionem verò quotidianam monet Bonauentura, dicens: Et si potes confiteri quotidie, bene quidem: sin autem, de tertio in tertium diem saltem studeas confiteri. Sunt tamen aliqua in hac confessione venialium obseruanda, vt vtilis animabus existat, & fructum emendationis, & puritatis in nobis habeat, & non in frigidam quandam consuetudinem, & in cæremoniam sine spiritu factam incidat.

Ac primò licet nemo possit omnia peccata leuia ad confessionem afferre, delicta enim præsertim hæc quis intelligit? Quis omnia cognoscat? Quis numeret? Tamen examinatio conscientie præcedat necesse est, qua quis notabilia recolligat, & quomodo exponenda sint, animaduertat. Consulto autem diximus notabilia colligenda esse, quoniam hæc sunt præcipue in confessione lauanda. Ridiculum enim esset minimas atomos patri spirituali dicere, quas Bernardus, aut Franciscus posset confiteri, & res notabiles, quæ possent humiliare, & ruborem iniicere, scienter suppressere. Id profectò ad quandam hypocrysim pertineret, qua quis ex præstantissimo humilitatis actu vellet non sui deiectionem, sed bonam opinionem, quam non meretur, accipere, & confessorum dolis suis & falsitatibus irridere. Scientes igitur, quia iustus, vt ait Salomon, prior est accusator sui, & rursus: Quod qui abscondit scelera sua, non dirigitur; iea quæ conscientiam nostram inquietant, & ruboris velamine se volunt obtegere, vt statuto tempore spirituali medico aperiantur, colligere, & parare debemus. Est enim hæc illustrissima viri iusti laus, non abscondere miseras suas, nec (vt nunquam bene curetur) ab oculis spiritualis patris resiliere. Quam sanctus Iob à Domino, propter nostram ædificationem, motus sibi assumpsit, cum dixit: Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celauit in sinu meo iniquitatem meam] hæc & hæc mihi aduersa proueniant. Quenam peccata [ille vir simplex, & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo] non abscondit, & quamnam iniquitatem non celauit? Certè de leuissimis mentis motibus, ac minutissimis defectibus, loquitur, vt putat Olympiodorus, & Chryostomus, quos præ humilitate voluit hominibus esse conspicuos. Non abscondit ille vt homo, id est, vt primus homo, peccatum suum, qui voluit oculos cuncta cernentis effugere, nec quasi latibula excusationum, vt obtegeret maculas suas. In quo secundum Gregorium non minus quam in insignibus virtutum gestis suam sanctitatem declarauit. Videatur, inquit, vir iste cui liber magnus in virtutibus suis, mihi certè sublimis apparet, etiam in peccatis suis. Mirentur in eo qui volunt castitatis continentiam, mirentur integritatem iustitiæ, mirentur visce-

ra pietatis: ego in eo non minus admior confessionem humillimam peccatorum, quam tor sublimia gesta virtutum. Scio enim quòd per infirmitatis vecundiam plerumque grauioris est certaminis commissæ peccata prodere, quam non admissa vitare: & vnumquodque malum quamuis robustius vitetur, tamen humilius proditur.] Hanc laudem sanctissimi patriarchæ Gregorius ex facta ab illo confessione peccatorum elicit; nos autem tanti viri imitationem eliciamus, vt ea peccata, quæ confessionem ingerunt, non celemus. Memores ergo illius Davidici carminis: Delictum meum cognitum tibi feci; & iniustitiam meam non abscondi:] delicta nostra Domino, in eo, qui locum eius tenet, scilicet in patre spirituali, pandamus. Et vnusquisque diligenter examinet, an minus pudicam cogitationem habuerit, quam non celeriter expulsiat inane desiderium humanæ laudis, aut temporalis dignitatis exceperit: an mendacium officiorum protulerit: an scurritati vacauerit: an itam aduersus fratrem, & indignationem admiserit: an leue conuiuium ore protulerit: an sine debita abstinentiæ mensura cibum, & potum exceperit: an ob vanam gloriæ aliquod bonum operatus fuerit: an sæculari colloquio, aut prophano negotio se occupauerit: & denique an aliquid notabile, quod conscientiam punget, commiserit. Hæc, & alia similia, quibus vir iustus solet rubore suffundi, vel si quæ fuerint viliora, debet primo loco ad balneum confessionis adducere, alia verò minutiora poterit sub quibusdam generalitatibus confiteri, vt ex omnibus, quæ eo tempore fecerit, remissionem accipiat. Exempli gratia: Si de tepiditate in oratione, de distractione in psalmodia, vel in horis canonicis, de irreuerentia in Missæ celebratione, de negligentia in examinatione conscientie, & de aliis similibus, se ipsum accuset.

Facta examinatione conscientie, dolor de huiusmodi peccatis est excitandus, talis certè, qui aut contritio, aut attritio sit, vt peccata confessioni subiecta, aut propter Dei amorem, aut propter ipsorum malitiam, & pænæ debitum quis odio habeat. Est enim detestatio peccati etiam si tantum leuia confiteamur, sacramenti confessionis essentialis pars, sine qua stare non potest, sicut neque homo sine anima, aut compositum sine altera parte ex qua componitur. Quod adeo verum est, vt Theologi, confiteri venialia sine vilo profuso dolore, aut proposito emendationis, mortale peccatum existiment. Ac proinde magna cura sit amatori virtutis, vt antequam ad confessionem accedat, magnum quantum poterit dolorem de huiusmodi peccatorum admissione concipiat. Meminerit, hoc esse hominis Dominique discrimen, quòd ille vas contractum despicit, & reicit, & pro nihilo habet; Dominus autem vas cordis dolore contractum amat, amplectitur, & dono remissionis replet: Nam cor, inquit, contritum, & humiliatum Deus non despiciet.] Vnde si remissionem optat, & addere peccata peccatis metuit, more veri penitentis, dolorem & penitentiam lenium etiam defectuum non omittat. Hanc verò multa sunt quæ excitare solent. Nam & diuinorum beneficiorum commemoratio, & istorum peccatorum tam assidua iteratio, & Domini offensio, & odium, quo ista etiam delicta prosequitur, & ingratitude nostra, quæ quotidianis donis, & illis maximis, quotidiana delictorum offensione, responderet, & animæ nostræ decor ablati, & contracta deformitas, & alia, quæ ex superioribus

facile

Bern. in
seculo
Monachor.Bonauen.
in reg. no.
uizio. l. 3.Prou. 18.
17.
Prou. 28.
13.Iob. 31.
33.
Iob. 1. n. 1.Olymp.
ibid.
Chrysof.
hom.Gregor.
12. mor.
c. 10.Esal. 31.
5.Esal. 50.
19.

facile colliguntur, amplam materiam huius doloris, & sanctæ detestationis excitandæ, ministrant.

Post conceptum huiusmodi dolorem, emendationis propositum omittendum non est; sine quo, aut in ipso efficaci dolore contento, aut expressè habito, peccata hæc non diluentur. At explicemus quæ hoc propositum esse debeat, quia propositum vitandi omnia venialia, nec habere tenemur, nec possumus, cum omnia simul, quæ in vita occurrunt, moraliter non possumus vitare. Et quidem hanc rem ego ita intelligo, & interrogantibus conscientiis timoratis, explicare soleo. Duobus modis potest quis venialia peccata confiteri; aut in speciali, cum dicit se in re leui de fratre detraxisse, aut officiosum mendacium dixisse; aut in generali, vt cum irreuerentias, aut distractiones in oratione habitas aperit, & potestati confessarij submittit. In quibus magnum est, & satis apertum discrimen: quia aliud est, hoc in speciali fecisse, quod mens euitabile esse videt: aliud verò, in numeros defectus commisisse, in quos sæpe cecidit, & in futurum cadet mortalis infirmitas, quæ esse omnino ineuitabilia cognoscit. In confessione igitur specialis peccati venialis, debet homo habere absolutum propositum atque efficax illud vitandi, alioqui eius penitentia erit ficta, & ad obtinendam remissionem minus sufficiens. Quomodo enim potest quis veniam & condonationem accipere illius offensæ, à qua non putat abstinere? At in confessione communi multorum peccatorum, quæ ex infirmitate contrahit, & non poterit se ab omnibus extricare, sufficit propositum se emendandi, & faciendi quod vt cumque potuerit, vt hæc leuia peccata minuat, & se minus quam antea maculis eorum inficiat. Et hæc videtur esse mens Thomæ Aquinatis, dum ait: Ad penitentiam peccatorum venialium requiritur, quod homo proponat abstinere à singulis, non tamen ab omnibus; quia hoc infirmitas huius vitæ non patitur. Debet tamen habere propositum se præparandi ad peccata venialia minuenda, alioquin esset ei periculum deficiendi, cum desereret appetitum proficiendi, seu tollendi impedimenta spiritualis profectus, quæ sunt peccata venialia. Applica istas duas huius sancti Doctoris assertiones ad hos duos modos confitendi peccata leuia, & videbis, eum, quod nos diximus, docuisse. Qui licet eo loco tantum loquatur de proposito, quod requiritur, vt contritio sine confessionis sacramento leuia peccata deleat, tamen idem profusus in confessione est necessarium, cuius pars, motus doloris aut contritionis existit. Licet enim, vt aliquo de peccato per confessionis sacramentum deleatur, minor detestatio sufficiat, puta attritio, quam si per solam detestationem deleatur, tamen quod attinet ad propositum in sacramento, & extra idem omnino requiritur.

His tribus, scilicet discussione conscientie, dolore, & proposito emendationis, religiosus, aut quilibet alius vir pius, præparatus ad confessarium pro obtinendo beneficio absolutionis accedat. Qui vnus semper, & idem esse debet, nec sine viginti necessitate, ac de prælati assensu, mutari. Id quidem in familiaribus religiosis solenne est; & Bonauentura his verbis ostendit: Debet superiori, vel, si ipse ordinauerit, instructori suo, & non alij, nisi, in eius absentia, ei tantum quem superior, vel instructor, de superioris assensu eis duxit assignandum, tribus vicibus in quolibet hebdomada, vel pluries, secundum quod necesse habuerit, in dicto sibi tempore, & loco, pro sacramenti reuerentia, cum diligenter confiteri. Nunquam eis placeat vicaria in confessione confessoris mutatio, vt nunc vni confiteantur, nunc alteri; quin

A potius, si quando ad id cogat necessitas, notabilia deinde ad principalem referat confessorem.] Quod ergo sanctus hic doctor de tyronibus dicit, & omnes familiaris religiose (vt credo) tyronibus præcipiunt, reliqui deberent, vbi talis consuetudo non vigeat, saltem ex consilio suscipere. In vniuersis enim piis animabus eadem omnino ratio vigeat, vt scilicet medicum spirituales habeant, cui omnia ad eas pertinentia perspecta sint, & à quo possint breuius & efficacius curari. Sicut enim in morbis corporalibus salubre est, vnum bonum & peritum medicum eligere, eumque semper accersere, qui corporis complexionem, vireque cognoscens, melius nouit illi medicamenta præscribere; ita saluberrimum est vni firmo sacerdoti suas quemque maculas aperire, qui pro experientia, quam habet de ista mente, quam tractat, accommodatius sciet remedium in omnibus adhibere. Omnis instabilitas periculosa est, in hac autem re multo periculosior, quia dum ad eum, qui nos ignorat, pro remedio salutis interioris accedimus, sæpe ea facienda præscribit, ex quibus non mortaliumentum, sed damnum reportamus. Nec quisquam in sua peritia, aut experientia confidat; nam in rebus propriis nemo æquus iudex inuentus est: & medicus ægrotus alium, cui obediatur, aduocat, & vir spiritualis, si prudens, & humilis sit, alios quidem ex charitate iuuat, ac se ipsum non sine alterius directione gubernat.

Huic ergo confessario omnes recessus animæ nostræ cum magna veritate & sinceritate pandamus, nihil sit etiam minimum, quod nos in conscientia nostra non lateat, quod eius notionem prætereat. Sic enim flectimus ad miserationem iudicem nostrum, qui à nobis manifestata delet, & errata humiliter per confessionem aperta condonat. Non parcamus ori nostro, vt iudex æquissimus animæ nostræ parcat, & quæ deliquimus, miseranter ignoscat. Ori suo non parcat, inquit Gregorius, qui confiteri malum quod fecit, non erubescit. In laborem quippe os mittere, est ad hoc confessionem perpetrata iniquitatis occupare. Sed iustus ori suo non parcat, quia iram iudicis districti præueniens, verbis contra se propria confessionis sanit.] Sic etiam veluti fenestram aperimus, per quam ille animarum benignus pater, & dulcis sponfus, ad eas visitandas & consolandas introeat.

Vnde Bernardus ait: Sed & hoc tibi tota vigilantia prouidendum, vt apertas semper inueniat fenestras, & cancellos quosdam confessionum tuarum, per quos te intus benignè respiciat, quoniam respectus eius profectus tuus. Et quibusdam interpositis: Cum sint duo genera compunctionis, vnum in mœtore pro nostris excessibus; alterum in exultatione pro diuinis muneribus, quoties sanè eam, quæ sine angustia cordis minimè sit, peccatorum scilicet meorum facio confessionem, video mihi cancellum, id est, angustiorē aperire fenestram. Nec dubium quin libenter per istam respiciat is, qui stat post parietem pius explorator. Quia cor contritum & humiliatum Deus non despiciet.] Denique & hortatur ad hoc ipsum: Dic tu, inquit, iniquitates tuas, vt iustificeris.] Sicut ergo sol omnia detegit, & minimas etiam atomos oculis carnalibus obicit; ita gratia diuina nos possidens, & nobis minutissimas quoque maculas manifestans, etiam spiritali patri, qui locum Dei tenet, aperit. Hoc enim maximè ad humilitatem proficit, & celeriori curationi subterruit. Dicantur hæc clarè, breuiter, & sine vllò excusationis prætextu, etiam si nonnullum pudorem ingerant. Melius enim est in secretissimo confessionis tribunalij aliquantulum erubescere, quam coram iudice nec

D. Thom.
3. p. 9. q. 83.
art. 1. ad.
2.

Bonau. in
speculo
par. 2. c.
3.

Greg. 8.
Mor. c. 10.

Bern. ser.
16. in
Cant.

Psal. 50.
nu. 19.
Isa. 43.
nu. 26.

leuia dissimulante, robore suffundi. Dicantur tandem in speciali; vt quid enim particulare quod hodie gestimus generalibus verbis obuoluimus, vt spirituales patrem, illa verba humilitatis esse, & cordis pristina errata commemorantis, existimantem quam duplicitate decipiamus? Illum quidem, o religiose, decipere poteris, sed Deum vtique non decipies, qui tuam hanc immortificationem insimulat, & ob illam fortassis efficacissima auxilia, quæ daret, ad tui emendationem negat.

Ab solutione suscepta, non tantum satisfactio à sacerdote imposta, quæ leuis esse solet, implenda est, sed alia etiam pro quotidianis peccatis sponte & magno seruiore præstanda. Hæc autem tribus præcipue fit. Primo quidem quotidiana oratione, qua assiduos defectus nobis remitti postulamus. Vnde Hugo ait: De quotidianis, leuibus, breuibusque peccatis, sine quibus hæc vita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satis faciet. Eorum enim est dicere: Pater noster, qui es in cælis.] qui iam tali patri regenerati sunt ex aqua & Spiritu sancto. Deler omnino hæc oratio minima quotidianaque peccata.] Huiusmodi verò oratio ad duplex tempus præcipue quotidiana examinationis pertinet, vt qui bis in die conscientiam discutimus, bis etiam pro his, quæ præpositere gesta indicamus, indulgentiam postulemus. Secundo fit satisfactionis operibus, quæ corpori aliquam molestiam infligant. Ad quod referendum est illud Leonis Papæ: Curandis læsionibus, in quas sæpe incidunt, qui cum inuisibili hoste configunt, trium maximè remediorum est adhibenda medicina: in orationis instantia, in castigatione ieiunij, in elemosinæ largitate.] Tandem fit operibus pietatis, quæ dum proximi indigentia non tantum corporali, sed multo magis spirituali subueniunt, diuinam misericordiam ad parcendum inclinant. Quod enim impio regi dictum est: Peccata tua elemosynis redime,] etiam in leuibus peccatis habet locum, quæ sic vi faciliora sunt, ita etiam facilius ob pietatis opera condonantur. Atque id insinuat Augustinus, dicens, sine macula esse non solum perfectum, sed & illum, qui caret criminibus damnabilibus, & venialia peccata non negligit elemosynarum largitione mundare. Ista omnia in vnum colligit Cæsarius, dicens: Ideo peccata hæc continuis orationibus, & frequentibus ieiuniis, & largioribus elemosynis, & per indulgentiam eorum, qui in nobis peccant, assidue redimentur.] Qui non tepidè, & quasi ex consuetudine, sed seruenter, & eo modo, quem exposuimus, confessione quotidianorum peccatorum vsus fuerit, non tantum præterita diluet, sed fortitudinem in se, & auxilium diuinum ad futura minuenda, & vitanda cognoscat.

Alia etiam esse remedia ad eluenda peccata venialia.

C A P. X I V.

D V o medicamina huc vsque pro peccatis leuibus assignata, communia sunt illis, & peccatis lethalibus, immo primo, & principaliter pro his data atque instituta. Sunt verò alia specialia, quæ ad peccata leuia plurimum valent, quæ nunc breuiter attingenda sunt, & quomodo hunc effectum habeant, explicandum. Et (vt nunc fere omnia sacramenta prætereamus, quæ ad propositum nostrum non faciunt, & de poenitentia sacramento iam tra-

ctatum est) certè sacrosancta Eucharistia vim habet hæc leuia peccata remittendi, adeo vt qui eam dignè susceperit, & affectum peccati venialis abstulerit, eius indulgentiam obtineat. Vnde Tridentina Synodus ait: Eucharistiam antidotum esse, quo liberemur à culpis quotidianis, & peccatis mortalibus præferuemur. Et Ambrosius inquit: Si quotiescunque effunditur sanguis, in remissionem peccatorum funditur, debeo illum semper accipere, vt semper mihi peccata dimittantur. Qui semper pecco, semper debeo habere medicinam.] Merito autem vniuerso patre in filij domum intrante minora delicta obliuioni traduntur, vt sic possit confidentius ad pedes genitoris procumbere, & dona cælestia à sanctitatis authore purus factus impetrare.

Sed omisso nunc hoc præstantissimo medicamento, quod ob sui maiestatem non passim, nec sine magna reuerentia & præparatione suscipitur, nonnulla alia remedia pro venialibus ex perpetua Ecclesiæ traditione noscuntur, quæ nos his maculis pollutos emundant. Quæ ob id sacramentalia vocantur, quod signa sint sensibilia ad latentem aliquem & spirituales effectum insitura. Huiusmodi autem sunt: Oratio Dominica; aqua lustralis, seu benedicta; confessio generalis; tunsio pectoris, elemosyna; Episcopi, aut Abbatis consecrati benedictio; & oratio facta in Ecclesia consecrata. & si quæ sunt alia, quæ hoc sacramentalium nomine censentur, de quibus inter Theologos non conuenit, nec nostrum est ad omnia sigillatim descendere. Oratio quidem Dominica, ex ea parte qua dicitur:] Et dimitte nobis debita nostra,] si non ore tantum, sed corde potius, & cum debita cõpunctione, & cum venialium displicentia dicatur, ea quoad culpam, & quoad poenam, aut totalem, aut partem eius pro compunctionis qualitate, remittit. Quare Augustinus ait: Est etiam poenitentia, bonorum & humilium fidelium poena quotidiana, in qua pectora rundimus, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.] Neque enim ea nobis dimitti volumus, quæ dimissa non dubitamus in baptismi, sed illa vtique, quæ humanæ fragilitati, quamuis parua, tamen crebra subrepunt.]

Aqua benedicta ad hoc inter alia instituta est, vt nos à maculis paruis emundet. De qua Alexander Papa primus ait: Aquam sale conspersam in populis benedicimus, vt ea cuncti aspersi sanctificetur, & purificentur: quod omnibus sacerdotibus faciendum esse mandamus. Nam si cinis vitulæ aspersus populum sanctificabat, atque mundabat; multo magis aqua sale aspersa, diuinisque precibus sacra, populum sanctificat, atque mundat.] Non tamen ita aqua lustralis mundat quasi sola eius aspersio, aut tinctio valeat peccata leuia remittere, sed quatenus eam accipimus vt motum internum poenitentia, ac displicentia circa ista peccata, suscitemus. Quod Thomas Aquinas expressè docet, dum in hunc modum scribit: Omnia ista (& loquitur de sacramentalibus) causant remissionem peccatorum venialium, in quantum inclinant animum ad motum poenitentia, qui est detestatio peccatorum.] Quamobrem, qui volumus frequenti vsu benedictæ aquæ, à maculis, quæ singulis momentis irrepunt, emundari, oportet vt piè & reuerenter eam accipiamus, & displicentia ac compunctionis actum erga huiusmodi defectus excitemus, alioquin ad hunc effectum nihil proficiet. Quod & cõmunis fidelium vsus approbat, qui cum Ecclesiâ ingrediuntur, & aqua benedicta se ipsos aspergunt, solent aliquam preculam recitare, quæ delictorum detestationem, & venia postulationem designet.

Hugo in regula. c. 10.

Leo. ser. 4. de ieiunio 10. mensis.

Daniel. 2. nu. 24.

Aug. lib. de perfect. inst. c. 9. 23. 7.

Cæsarius homil. 8.

Concil. Trid. sess. 13. c. 2.

Ambros. 4. de sacr. c. 6.

Matt. 6. nu. 12.

August. epist. 108. ad Seleucianam.

D. Thom. 3. p. 1. q. 87. art. 3. ad 1.

Generalem confessionem hanc etiam virtutem habere diluendi peccata leuia certum est, ex ea parte qua peccata confitentur, & displicentiam eorum praesert, & pro erratis per intercessionem sanctorum veniam exposcit. Vnde in principio Missae, ac in solemni administratione Eucharistiae dicitur, vt tum minister tum susceptor maiori cum animae puritate ad sanctam illam actionem accedant. Sed tunc leuia peccata diluet, cum id quod os dicit, cor tenet: cum scilicet sicut exterius signum compunctionis & humilitationis praesertimus, ita interius peccata nostra detestamur. Sola enim horum verborum pronuntiatio, sine interiori mentis motu, quo in nostra peccata insurgamus, non sufficit nos emundare.

Tunio pectoris ad eandem emundationem plurimum valet. Ideoque Augustinus ait: Peccata leuia nos ab sponsi amplexibus separare, nisi quotidiana poenitentia disscendunt. Quorum delendorum causa quotidie tundimus pectora, & nos peccatores confitemur. De qua tunitione pectoris idem quod de aliis diondum est, ea ratione ad haec peccata remittenda valere, qua motum interiore detestationis huius detestationis edicitur. Et de publicano illo scriptum est: Quia [percutiebat pectus suam, dicens: Propitius esto mihi peccatori:] & de his, qui astiterunt neci Domini: quod [percutientes pectora sua teueriebantur.] Atque sancti patris Hieronymi narrat historia, quod saepe hac pia utebatur caeremonia, & non pugno, sed lapide, pectus suam fontem malum cogitationum, castigabat.

Eleemosyna, non solum corporalis, verum & spiritalis, horum etiam est peccatorum medicamen. Nam regi Nabuchodonosori dictum est: Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiae pauperum. Et Ecclesiasticus: Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna reseruit peccatis. Nec non & Ambrosius: Medicina misericordiae tollit peccata magna. Habemus plura subsidia, quibus peccata nostra redimimus. Pecuniam habes: Redime peccatum tuum. Non venalis est Dominus, sed tu ipse venalis es, redime te operibus tuis, redime te pecunia tua; vilis est pecunia, sed pretiosa est misericordia. Hae & similia passim de eleemosyna scripta sunt, non quia immediate delicta tollat, sed quia cor ad motum detestationis habendum emoluit, & parua nostra misericordia magnam Domini misericordiam ad dandum nobis dolorem peccatorum inflectit.

Episcopalis benedictionis virtus ad diluenda minima peccata, ex Numerorum libro colligitur, vbi legalibus sacerdotibus dictum est: Sic benedicetis filiis Israel. Benedicam tibi Dominus, & custodit te re; & ego benedicam eis. Si enim illi benedicebant, & Domini benedictionem impetrabant, multo melius eam impetrabunt sacerdotes nostri pro his qui peccata sua detestantur, cum se ad benedictionem recipiendam submitunt. Augustinus quoque ait: Dictum est a Domino ad Aaron: Vos ponite nomen meum super filios Israel, ego Dominus benedicam eis, vt gratiam traditam per ministerium ordinati transfundat hominibus: nec voluntas sacerdotis obesse, aut prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis.

Tandem valet ad horum peccatorum remissionem oratio pro ipsis peccatis fusa in Ecclesia Deo dicata. Nam locus ille ad hoc aut consecratus est, aut dicatus in honorem Domini, vt in eo ipsum Dominum adoremus, & beneficiorum dona, ac veniam peccatorum consequamur. Et Dominus promisit

A Salomoni se exauditorum orationes hominum in templo sancto suo, quibus peccatorum veniam postulerent. Licet autem pro bonitate sua orationes humilium in quocunque loco fusas exaudiat, tamen in loco ad orationem dicato caeteris paribus eum largiorem in dando, & in condonando benigniorem inuenimus.

Haec igitur omnia eatenus vim habent remittendi peccata leuia, quatenus habent aliquam efficaciam ad excitandum nos ad motum poenitentiae, cuius virtute peccata soluuntur. Cum enim sacramentalia ista, & si qua sunt alia, ab Ecclesia sint instituta, quae habet quidem potestatem remittendi peccata, non tamen instituendi signa sensibilia, quae ipso opere operato (vt aiunt) remittant peccata, fit vt ipsa de se non habeant maiorem vim ad peccata delenda, quam eam, quae ex motu poenitentiae ipsis accrescit. Ex eo autem sacramentalia habent vim excitandi motum poenitentiae, quia (vt ex ipsismet constat) signa sunt externa detestationis internae, quam, cum nos accusamus, aut peccus tundimus, aut veniam postulamus, aut facimus aliquid aliorum, concipimus. Et etiam quia Dominus ob orationes Ecclesiae sponsae suae ventibus his caeremoniis deuote auxilium gratiae ad peccatorum dolorem ac detestationem solet impertiri. Quae ideo dicta sunt, vt in quotidiano vsu aliquorum sacramentalium, nempe orationis Dominicae, aquae lustralis, tunitionis pectoris, & confessionis generalis, debitum spiritum, quo sint assumenda, quaeramus. Ita scilicet vt cum aqua lustrali nos signamus, assiduos defectus simul interius lugeamus: cum confessionem facimus, mente, & compunctione cordis nos peccatores, & indulgentia litibundos fateamur: cum pectora tundimus, multo efficacius animam nostram dolore feriamus, & cum in oratione dicimus: [Dimitte nobis debita nostra,] ea quorum veniam petimus, verissimo odio detestemur. Ita qui singulis pene momentis peccamus, singulis etiam momentis remedia delinquentia ad manum habebimus, & qui procliuus ad delinquendum sumus, quotidiano immo & assiduo vsu horum remedium ad peccatis retrahemur.

C

De triplici genere peccatorum venialium signato per lignum, faenum & stipulam. 1. Corinthiorum. 3. cap.

CAPVT XV.

NON tantum necessarium est, in hoc leuium peccatorum malo, peccata iam perpetrata poenitentia diluere, sed etiam, quae in futurum committi possunt, diligenter euitare. Ad quod, vt medicamenta vitia assignemus, prius triplex horum peccatorum genus, quod ex Paulo colligitur, distinguamus. Is namque ad Corinthios scribens, sic ait: Si quis autem superaedificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides preciosos, ligna, faenum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit: dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manifestum erit, quod superaedificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse tamen saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Euangelij ad ministros instituit eo capite; & cum seipsum non ex superbia, sed ex veritate, & pro gloria Dei, quam se,

Aug. lib. 50. homil. 50. c. 8.

Luca 18. 13.

Luca 23. 48.

Dan. 4. 24.

Ecl. 1. 33.

Ambros. li. de Helia. c. 20.

Numer. 6. 23.

Aug. 9. 21. in v. testam. Num. 6. 27.

1. reg. 9. 3.

1. Cor. 3. 12. 13. 14. 15.

hoc loco, commendans magnificabat, sapienti architecto comparasset; qui in fidelium cordibus fidei fundamentum iecit, ut alij minores ministri, & minime ad dignitatem Apostolatus euecti, super hoc fundamentum per doctrinam suam virtutes velut parietes erigerent, adiungit: Vnusquisque (istorum scilicet) videat quomodo superædificet. Nos autem (quia nostro proposito magis congruit, & quia quod de prædicatoribus dicitur quoad doctrinam, de omnibus quoad vitam dici potest) hunc locum cum Chrysostomo, Theopylacto, Theodoro, Augustino, & aliis de omnibus fidelibus intelligamus. Vnusquisque itaque fidelium videat quomodo, aut quid supra fundamentum, id est, super Christum, (quem fundamentum Ecclesiæ appellat) superædificet. Nam super tale fundamentum, tam forte, tam pretiosum, tam profundum, parietes, qui illi congruant, & quomodo conueniant, ædificandi sunt. Si enim ridiculus fuisset Salomon, & pœna dignissimus, si supra firmissima illius sancti templi fundamenta, contra præceptum Dei, ex infirmis arundinibus parietes cœno litas extrueret; quanta increpatione dignus erit homo fidelis, qui supra Christum, id est, supra eius fidem, & gratiam, ratione cuius in cordibus credentium inhabitat, vilem aliquam materiam, & igne consumendam extruxerit? Curadum quidem nobis non est nostræ interioris ædificationis fundamentum iacere. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Eius namque fides ab Ecclesia prædicata, eius doctrina ab Apostolis tradita, & eius gratia per aqua regenerationis primò, & deinde per sacramentum pœnitentiæ siue iteratæ iustificationis data, fundamentum est satis firmum humanæ salutis, cui omnes subnitimur. Qui autem hoc fundamentum euertit, è corde suo, gratiam, & Christi doctrinam, si non quoad notitiam, saltem quoad vitæ operationes expellens, ad gehennam laborat, non ædificat ad salutem. Videndum igitur est quid supra fundamentum istud ædificemus, neque enim omnes nouerunt quid super illud debeant ædificare.

Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, lignum, fœnum, stipulam, vniuscuiusque opus manifestum erit. Iam hæc duos ordines super Christum ædificantium aduertimus, quorum alij pretiosam materiam, & ædificationi aptam adiiciunt; alij verò materiam vilem, & minus idoneam ad templum Dei construendum imponunt. Illi aurum, argentum, & lapides pretiosos afferunt: isti lignum, fœnum, & stipulam congerunt. Per aurum, argentum, & pretiosos lapides, bona opera intelliguntur, quæ merito supra fundamentum, id est, Christum, dicuntur ædificari, quoniam eius virtute fiunt, eius meritis roborantur, eius passione & morte nituntur. Bona opera sunt aurum, quia fulgent, quia ea habentes dicant, & quia in pretium vitæ æternæ soluuntur. Sunt argentum, quia nitent, quia per bonum exemplum sonant, quia post aurum gloriæ purissimum omnium rerum valorem excedunt. Sunt lapides pretiosi, quia splendent, quia animas nostras exornant, & quia ut marmora, & alabastrites, & alij similes lapides, quos non semel Scriptura pretiosos appellat, templi spiritualis ædificationi deseruiunt. Vnde Anselmus ait: Quisquis bene viuat, ac Deum honorat, & laudat, non inhaerens ex dilectione terrenis rebus, sed desiderans æternam patriam, & aut vendens omnia sua, distribuensque pauperibus, aut possidens tanquam non possideat, & vens hoc mundo tanquam non vratur, iste superædificat aurum, argentum, lapides pretiosos. In aur-

o sensus occultus designatur, in argento sermo docens, in lapidibus pretiosis opera Deo placentia. Aurum sapientiæ, quod in occulto sensu eius, est in cordis cano, splendet vero lumine Dei, superædificat iste: & argentum, id est, nitorem sanctæ eloquentiæ, quæ docet alios & lapides pretiosos, id est, exempla virtutum, & bonorum operum, quibus adornat ea, quæ loquitur, siue cogitat. Hæc ille. Et Augustinus ait: Quod qui seruat mandata, & eorum custodiæ addit perfectionis opera, ædificat supra fundamentum aurum, argentum, lapides pretiosos. Non enim cogitaret, inquit, nisi quæ Dei sunt, quomodo placeret Deo; & hæc cogitationes sunt, quantum existimo, aurum, argentum, & lapides pretiosi. Iam igitur cognoscimus, qui nam sint materiam pretiosam ædificantes, & ædificationi aptam, nimirum, qui bona opera exercent, & omnem iustitiam ac virtutem colunt.

Alij verò sunt, qui supra fundamentum non quidem ferrum, plumbum, & æs, sed lignum, fœnum, & stipulam superædificant. Et hi sunt, qui lethalibus peccatis abstinent, quæ gratiam & charitatem euertunt, & Christum è cordis solo euellunt, peccata autem leuia & venialia committunt. Hæc sane dicuntur supra Christum ædificari, non quia eius gratiæ innitantur, cum sint opera corruptæ naturæ, non gratiæ; sed quia cum gratiam facientem nos Deo gratos, non contumpant, nec Christum ex cordibus admittentium expellunt, & ideo supra Christum ædificare dicuntur. Vel illa præpositio, (super,) pro (iuxta,) more scripturarum accipitur. Ut cum Dauid ait: Domini est terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, & vniuersi, qui habitant in eo. Quia ipse super mare fundauit eum; id est, iuxta mare, [& super flumina præparauit eum.] Et rursus: Qui firmavit terram super aquas; id est, iuxta aquas, [quoniam in æternum misericordia eius.] Quare cum leuia peccata in corde iusti peccatis habitent, in quo etiam Christus per gratiam commoratur, ideo supra Christum, hoc est, iuxta Christum ædificari perhibentur. At leuia peccata ligna sunt, quoniam cœu ligna ex terra cordis humani germinant, & appetitu ac concupiscentia quasi noxio humore rigata crescunt, & tandem igne, aut debita satisfactionis in hac vita, aut igne temporali in vita futura consumuntur. Fœnum sunt, quoniam iumentorum, id est, insipientium & imperfectorum sunt pabula, & per ardorem charitatis facile arent, & quia si fœnum carnem significat, iuxta illud: Omnis caro fœnum, ad opera carnis spectant. Stipula sunt, quoniam leuia, quoniam vilia, quoniam nullius vtilitatis esse videntur. Quod autem per vilem materiam hæc peccata intelligantur, docet Gregorius, cuius hæc sunt verba: Pensandum sollicitè est, quia illum per ignem dixit posse saluari, non qui super hoc fundamentum, ferrum, æs, vel plumbum ædificat, id est, peccata maiora, & idcirco duriora, atque tunc iam insolubilia; sed lignum, fœnum, & stipulam, id est, peccata minuta, atque leuissima, quæ ignis facile consumat. Eiusdem sententiæ sunt Augustinus, Origenes, & alij, à qua non discedit Bernardus, dum per hæc tria religiofos tepidè viuentes, non tamen à via religionis discedentes, intelligit. Lignum sunt, inquit, qui fortiter inceperunt, sed fracti non renodantur. Fœnum sunt, qui fugienda mollicie tepiditatis, nec summitate digiti (ut dicitur) labores arduos attingere volunt. Stipula sunt, qui leuitatis motibus exsufflati nunquam in eodem statu permanent. Et timendum quidem est de istis, sed non desperandum: quia si in fundamento Christum habuerint, hoc est, in hac via vitam finierint, salui erunt, sic tamen

1. Cor. 3.
n. 10.1. Cor. 3.
n. 11.3. reg. 7.
1. sa. 28.Aug. lib.
de fide, &
oper. c. 16.
no. 4.Psal. 23.
1. 2.Psal. 135.
6.1. sa. 40. m.
6.Greg. 2.
dial. c. 19.Bern. ser.
de ligno,
fœno, &
stipula.

quasi per ignem. Habemus igitur quid designent lignum, scenum, & stipula, nam & leuia peccata designant, quæ iuxta Christum, id est, non expulso de corde Christo, sunt: nunc ad locum Pauli redeamus.

Si quis ergo supra fundamentum ab Apostolis iactum materiam pretiosam, aut abiectam & vilem ædificauerit, vniuscuiusque opus manifestum erit. Nemo se ipsum seducat, aut putet suum opus posse celari, [quoniam nihil occultum quod non reuelatur, neque absconditum quod non sciatur.] Quod si artifices accuratius illa perficiunt, quæ hominibus sunt manifestanda, & omnium oculis subiicienda, vniuscuiusque quo pacto viuat, & quam ratione operetur, diligenter expendat, quoniam quodcumque fecerit siue bonum, siue malum, etiam si in occulto, & in angulis exequatur, aliquando compertum & manifestum erit. Et quisnam occulta nostra manifesta faciet, & alia videnda proponet? Certè dies Domini declarabit. Nam vita hominis ita ordinata est, vt in diem hominis, & diem Domini diuidatur. Dies hominis omnem vitam hominis comprehendit, in qua homo facit, quod libet, & tempore vitæ in bonum, vel in malum, pro suo arbitrio & voluntate. De qua die dixit Dominus ad Ierusalem, & non sine fletu, & lacrymis: Si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi.] Quam diem ob sui breuitatem voce breuitatis expressit, cum ita ad Phariseos esset locutus: Hæc est hora vestra, & potestas tenebrarum.] Quoniam sæpe in die nostro tenebræ nos comprehendunt, & aduersæ potestates subiiciunt. At dies Domini est momentum mortis hominis, in quo Dominus accipiet tempus, & iustitias iudicabit. Quod licet momentum sit, nomine tamen augetur, & dies, immò & dies magnus, ac [dies Domini] appellatur. Quoniam vniuersa quæ homo fecit in diebus suis, aut probat, aut damnat, quod bonum est perficit, & quod malum exterminat. Hic est dies Domini, de quo dicit Paulus: Qui cepit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diem Christi Iesu.] id est, in diem mortis, in qua Christus omnia hominis bona, & mala iudicat. Et rursus: Dies Domini sicut fur in nocte, ita veniet:] nam sicut ad omnes veniet in die generalis examinis; ita veniet vnumquemque iudicaturus in die particularis iudicij. Et Saluator noster apud Matthæum ait: Venit Dominus serui illius, die qua non sperat, & hora, qua ignorat.] Et: Vigilate, quia nescitis diem, neque horam;] scilicet non vestram, sed Domini. Dies iste Domini rigido quodam examine declarabit quid vniuscuiusque supra fundamentum extraxerit. Idque in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit. In quo igne? Profectò in igne purgatorio: nam incommodum est in paucissimis Apostoli verbis ignem nunc proprie nunc metaphoricè accipere. Constans est autem multorum Patrum sententia, purgatorium ignem significari illis verbis: Ipse saluus erit, sic tamen quasi per ignem.] Ergo de eodem loquitur, cum ait: Quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit ignis probabit.] Quod manifestè confirmat Ambrosius, dicens: Omnes oportet per ignem probati, quicumque ad paradysum redire desiderant. Non enim otiose scriptum est quòd eiecit Adam & Eva de paradysi sede, posuit Deus in exitu paradysi gladium ignem versatilem. Omnes oportet transire per flammam, siue ille Ioannes Euangelista sit, quem ita dilexit Dominus, vt de eo diceret ad Petrum: Sic enim volo manere;] Quod ad te? tu me sequere.] De morte eius aliqui dubitauerunt, de transitu per ignem, dubitare non possumus, quia in paradiso est,

A nec separatur à Christo. Siue ille sit Petrus, qui claves accepit regni cælorum, qui supra mare ambulauit, oportet dicat: Transiimus per ignem, & aquam, & induxisti nos in refrigerium.] Et Rupertus cum citasset hunc eundem locum Pauli, quem exponimus, ait: Quid ex huiusmodi dictis colligimus, nisi ad hoc flammeum gladium atque versatilem ante paradysum esse collocatum, vt quicumque deinceps admittendi sunt, illic transeat per examinatorium ignem? Tanquam diceret: Quia multiplicandi erant conceptus Eux, & futura erat confusa vel permixta multitudo bonorum & malorum, nullos autem Dominus Deus admittere volebat, nisi quos ipse nosset ex nomine, & sic discussos, vt dicere possent: Quoniam probasti nos Deus, igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.] iccirco collocauit ante paradysum Cherubim, & flammeum gladium, atque versatilem.] Atque hæc sententia ex ipsa antiquitate vires assumpsit: Nam & Lactantius putat vniuersos homines igne probandos, quorum profectò iustos edax flamma nec tantillum aduret, quoniam habent, inquit, aliquid in se, quod vim flammæ repellat, ac respuat.

Sed quonam modo, non tantum leuia peccata, sed etiam bona & perfecta opera, sunt purgante igne probanda? Quomodo Apostoli, & reliqui sancti ob sancta opera igne sunt examinandi? Ita certè, vt ipsum non aduri virum perfectum, ob ea quæ rectè ac profectè gessit, sit ipso igne probati, & à flamma testimonium probitatis accipere. Sicut enim tributum quod penditur regi, nobiles & ignobiles probat, ac viros illustres plebeiisque discernit, quatenus isti tributum pendunt, illi verò à tali exolutione liberantur. Et sicut gladius perduellibus preparatus non tantum nocentes, verum & innocentes ostendit: illos, quia capite minuit, istos, non quia feriat, sed quia illatos illibatque relinquit: ita ignis purgans in fine vitæ, aurum, & argentum, & lapides pretiosos, & lignum, scenum, & stipulam reuelabit, quatenus ista in eorum ædificatore puniet, & illa nec leui odore contingeret. Quem sensum (vt videtur) huius loci germanum iudicauit Ambrosius, dum verbis supra adductis addit: Sed Ioanni citò verlabitur igneus gladius, quia non inuenitur in eo iniquitas, quem dilexit æquitas. Si quid in eo vitij humani fuit, charitas diuina decòxit. Alæ enim eius sicut alæ ignis. Qui habuerit hinc charitatis ignem, illic ignem gladij timere non poterit. Ipsi Petro, qui toties mortem suam pro Christo obtulit, dicit: Transi, recumbe.] Sed ille dicit: Igne nos examinasti, sicut vt examinatur argentum.] Etenim in quo aqua multa excludere non potuit charitatem, quomodo eam ignis excludet? Sed ille examinabitur, vt argentum, ego examinabor vt plumbum; donec plumbum tabescat, ardebo.] Sed eundem sensum Paulus sequentibus verbis satis indicat, dum ait: Si cuius opus manserit, quod superædificauit, mercedem accipiet.] Id est, si opus, quod quisque extruxit, dignum pœna ac castigatione non fuerit, ex igne ob illud homo non pœnam, sed præmium & retributionem, est accepturus. Si verò cuius opus arserit, id est, dignum castigatione fuerit, detrimentum doloris & pœnæ patietur, qui huiusmodi opus fuerit operatus. Non tamen pœnam æternam, quia ipse tandem consumptis delictorum maculis saluus erit, sic tamen quasi per ignem, ac si diceret, non sine pœna purgantis ignis. Saluus quidem erit, inquit Anselmus, sed tamen pœnam ignis patietur, vt per ignem purgatus, sit saluus, & non sicut perdit æterno igne in perpetuum torqueatur, vt ex parte profit illi in

perpetuum

Matth.
16. n. 19.
Matth.
14. n. 29.
Psal. 65.
nu. 12.
Ruper. li.
3. in Ge-
ne. c. 32.
Gen. 3. n.
24.

Psal. 65.
n. 10.

Lactan-
tius, lib.
7. c. 21.

Ambros. 5.

Luc. 17.
nu. 7.
Psal. 65.
nu. 10.

Matth. 10.
nu. 26.

Luc. 19.
nu. 42.

Luc. 22.
n. 53.

Psal. 74.
nu. 3.
Sephon.
1. nu. 14.
2. Petr. 3.
nu. 10.

Phil. 1.
nu. 6.

1. Theff.
1. nu. 2.

Matth.
24. n. 50.
Matth.
25. n. 13.

Ambros. in
Psal. 118.
serm. 20.
Gen. 3. n.
24.

Ioan. 21.
nu. 22.

perpetuum credidisse.]

Hæc ad nonnullam expositionem loci Pauli, quem totum citauimus, dicta sunt, nunc ad nostrum propositum, quid duo illa ternaria auri, argenti, lapidum pretiosorum; & ligni, fœni, & stipulæ significant, videamus. Et quidem primus ternarius designat triplicem fructum terræ bonæ, ut ait Origenes, trigelimum, sexagesimum, & centesimum. Vel, ut idem autumat, significat triplicem gradum studiosarum actionum, quarum qualibet incipit in bona cogitatione, procedit in discreto ac prudenti verbo, ac tandem consummatur in opere. Aut tandem indicat, ut nos opinamur, aurum, charitatis opera, quæ auro comparantur, argentum, misericordiæ subsidia, quæ opum distributione complentur; lapides pretiosi, omnia alia virtutum studia, quæ nos in oculis Dei & Angelorum exornant. At secundus ternarius significat tria genera peccatorum leuium, quæ intra suum gradum maiora, media, & leuissima vocari possunt. Quod docet Cyrillus sic scribens: In quo manifestè ostenditur esse quædam peccata ita leuia, ut stipulæ comparantur: cui vtrique ignis illatus diu non potest immorari. Alia verò fœno esse similia, quæ & ipsa non difficulter ignis absumat, verum aliquanto tardius quàm stipulis immoretur. Alia verò esse, quæ lignis conferantur, in quibus pro qualitate criminum diuturnum & grande pabulum ignis inueniat. Ita ergo vnumquodque peccatum pro qualitate, vel quantitate sui, pœnarum iusta perfoluit. Nunc nos quæ sint maiora, quæ media, & quæ minima, videamus.

Maiora peccata sunt intra latitudinem venialium, quæ ex genere quidem suo mortalia sunt, sed ob carentiam pleni & deliberati consensus, aut ob materiæ exiguitatem, venialia redduntur. Huiusmodi sunt, cogitatio impudica, & appetitus vindictæ, cui negligenter obstinimus, non tamen in eum plene consentimus; detractio proximi de re non multi momenti: irrisio illius, qui ob imperitiam in aliquo defecit; ablatio alicuius rei modici valoris ad cœnobium pertinentis, sine obtenta prælati facultate; & alia similia. Hæc autem merito lignis comparantur, quia crassiora sunt, & aliquando à lethali peccato non admodum distita, quæ diutino tempore, & acerbissima vltione, si in hac vita non conuenienti dolore, & satisfactione purgentur, ignis ille purgatorij consumer. Ecce ligna domus leprose, id est, animæ pristinis vitii affecta, quæ ligna mittenda sunt extra ciuitatem, ne paulatim omnia contaminent. Ecce ligna non integra, sed à locusta corrofa, hoc est, dæmonum moribus scædata, quæ non fructibus ferendis, sed igni succendendo deseruiunt. Ecce ligna imputribilia, quæ faber ad conficiendum idolum elegit, corrofa quidem quantum ad ferendum fructum, quia merito carent, sed imputribilia quantum ad pœnam, quia multo tempore in igne durabunt, ex quibus faber, si citò non resiliamus, idolum iniquitatis, & criminis lethalis, efficiet. Qui admittunt ista peccata, superædificant ligna, quorum causa magnum detrimentum patientur, & satis longam pœnam sustinebunt.

Media peccata sunt, quæ ex genere quidem venialia censentur, sed scienter, & ex industria, & quasi ex malitia, committuntur. Ad quod genus pertinent officiosa mendacia, otiosi sermones, scurrilitates, cachinnationes, curiositates audiendi aut legendi vana, adulationes prælatorum, aut maiorum, ambitiones, & alia innumerabilia, in quæ heu satis frequenter nos ipsos coniciimus. Et hæc dicuntur fœno similia, quoniam sicut fœnum, non quantum ligna, in

A igne durabunt, sed longo etiam tempore in pœna manebunt. Fœnum, inuentorium est pabulum, & hæc peccata sunt alimenta imperfectorum, & hominum insipientium, qui aurum, & argentum, & pretiosos lapides meritorum proterunt, & huiusmodi vilitatibus animam pascere non erubescunt. Ecce [fœnum rectorum, quod priusquam euellatur, exaruit:] nam licet ad momentū nos aliqua imagine voluptatis oblectet, tamen statim euanescit, & animam inquietam, aridam, & tristem derelinquit. Verè fœnum, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur, quia post modicum tempus, igne purgante, nisi hic peniteamus, consumetur. Nam qui parant ista peccata, superædificant fœnum, cui ignis applicitus non leuem flammam suscitabit.

B Leuissima peccata sunt, quæ non inuerecundia, aut procacitas parit, sicut proximè dicta, sed infirmitas humana, bonam voluntatem habens perfectè viuendi, sæpe non potens se omnino continere, committit. Huius autem generis peccatorum sunt, modica in oratione, in psalmodia, aut in Missæ celebratione distractio, quam in quietudo naturalis humanæ mentis inuexit, motus alicuius vanitatis, qui ex operibus bonis, aut ex laudibus ob recta gesta delatis, irrepit; affectus nonnullius vanæ complacentiæ, quem ex feruore, & diuinis donis proprius amor nobis non cogitantibus suscitauit: aliquis immoderatus rigor ex bono zelo procedens, aut nimia mansuetudo in reprehendendo ex naturæ suauitate dimanans, quæ prælatus vitia subditorum correxit, nonnulla tristitia, & anxietas, cui subditus in rebus sibi ab obedientia demandatis succubuit; modicus excessus, aut defectus necessarij alimentij, quem aut mollis remissio animi intulit, aut indiscretus feror decurtauit: & alia innumerabilia, quæ nostram ignorantiam in rebus spiritualibus omnino prætereunt. Ista stipulæ assimilantur, quoniam facillimè purgantur. Et sicut palea citissimè à vento rapitur, & leui flatu in varia dispergitur, & tenui flamma consumitur: ita peccata hæc, quæ multum habent infirmitatis, parum autem voluntatis, si hinc non purgati discedimus, citò in purgatorio punientur. Et ob id, qui in illa cadunt, dicuntur superædificare stipulam, & salui erunt, non tamen sine vlla lesione, quia salutem accipient quasi per ignem. Diximus quid significent

D lignum, fœnum, & stipula, & ad quæ leuia peccata, sine præiudicio commodius sententiam applicari possunt; nunc remedia ad hæc peccata vitanda quæramus.

Quod remedium adhibendum est ad vitanda peccata leuia significata per lignum.

C A P. XVI.

PRIOra igitur peccata, quæ cum ligno contulimus, in suo genere leniorum, grauiora sunt, & periculosiora: quare maiori cura & diligentia curanda, ne aliquando ita crescant, ut ad liberatum consensum deuoluta, aut ad notabilem materiam erumpentia, lethalia facta, non iam solum grauent, sed demergant. Quibus ut medicamentum conueniens assignemus, aliquem hoc genere peccatorum ægrotum audiamus. Dicit enim aliquis, qui attentè superiora legit, & qualitatem suæ mentis adnerit: Fateor, patet, me huiusmodi pec-

Origen.
hom. 6. in
Exodum.

Cyrrill. li.
14. in Le-
uiticum
post me-
dium.

Leuit. 14.
45.
Exod. 10. 5.
Isai. 40.
20.

Psal. 128.
11. 6.

Mat. 6.
30.

catis sæpe sordere, & non leuiter dæmonis impulsibus impugari. Iam enim omnis impudicitia cogitationibus pulsor, iam ira & vindictæ desiderii impetor, iam appetitu plura possidendi discrucior, iam ambitione, & concupiscentia dominandi dilaceror: & quamuis penitus non expugnor, at non perfecte resisto, sed non contemnendis vulneribus quotidie percuti ac vulnerari me sentio: quam ratione deinceps me defendam, ac in huiusmodi occasionebus victor existam? Harum ægotationum medicina non facilis, nec breuis est, sed difficilis, & proluxa satis, at omnino necessaria, sine qua, audeo dicere, nulla mens eas perfecte depellet. Ea autem est, vitia radicibus extirpare, & quod in nobis eorum superfuit, diligenter euellere. Nam ex pristina sæculi conuersatione remanserunt in nobis vitia secularia luxurie, indignationis, ambitionis, auaritiæ, & reliqua similia, quæ licet fuerint adhuc vitæ spiritualis studio compressa, & quoad ramos eorum, id est, quoad pessimos & lethales actus, euulsa, non tamen radicibus extirpata; quare radix in præcordiis latens, vel (vt clarius loquamur) vitia ipsa mentibus insidentia, quacunque oblata occasione suppullulant. Aduersus vitia igitur acriter pugnandum est, vt victa atque prostata nos non inquietent, nec leuem victoriam de mente reportent. Genus enim quoddam victoriæ est in his rebus non diligenter agere, & licet non occidamur, saltem leui peccato vulnerari.

Consideremus itaque peccata ista spinas esse ac tribulos, quæ maledicta cordis nostri terra progerminat: & sicut ad tollendas spinas, ita vt amplius non germinet, non satis est eas præcidere, sed omnino necessarium radicibus euellere; ita ad superandos istos luxuriæ, & præuæ cupiditatis motus, non sufficit insurgentibus bellis obistere, sed causam ac radicem belli, id est, vitium, extirpare. Quo euulso id profectò consequemur non vt nunquam tentemur, sed vt rariùs & mitiùs tentemur, id etiam, vt licet præuæ motus insurgat, nos tamen non trahat, non liget, non capiat, & nec leui vulnere feriat. Quanti verò momenti sit vitia omnino conuellere, & vsque ad fundamentum exinanire, exponit optimè Dorotheus, cuius hæc sunt verba: Oportet agricolam, qui villam suam optimè purgare voluerit, primùm quidem radicibus herbas euellere. Nisi enim ita fecerit, & summitatem tantum absciderit, denuo pullulabunt. Id ipsum in anima est. Opus nobis est, affectionem omnem pristini hominis, ac malos sæculi mores à nobis amputare. Quas sanè radices nisi quisque extirpauerit, necesse erit iterum spinas erumpere, & excrescere. Hæc ille multis omisissis, quæ satis indicant hanc esse peccatorum istorum efficacissimam medicinam. Dum enim hostes intra mœnia sunt, non solum non potest esse pax, verum nec vera securitas, qui si non ciuitatem ceperint, nec rationem illigauerint, at absque vulnere manere non sinent. Quare Dominus dum vult animam ad perfectam virtutem extollere, monstra in ea vitiorum excindit, & bestias ipsas immanes interficit, quorum pusilli etiam partus animæ puritatem commaculant. Facitque illud Ecclesiastici: Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras gentium euertit Dominus, & perdidit eas vsque ad fundamentum, arefecit ex ipsis & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. Si enim hæc ex littera ad spiritum efferamus, aperte videbimus, in illis, quos Dominus tenere amat, superbos, id est, vitiosos mores, vsque ad radicem esse consumptos, & pro illis virtutes perfectas

A esse genitas: & terras, quæ spinas germinabant, id est, prauas consuetudines, vsque ad fundamentum esse dissipatas, & virtutum victoria penitus esse deletas. Id autem fit, vt anima Deo dilecta in hæc peccata non cadat, nec suam pulchritudinem leui macula pristina conuersationis inficiat. Dæmoni quidem, quem Dominus in Iob nomine Behemoth significauit; omnes mortales aliquod tributum exsolunt. [Huic enim montes, herbas ferunt, & omnes bestia agri ludent ibi.] Nam si montium nomine, vt sæpe in Scriptura contingit, iusti, & bestiarum appellatione iniqui & peccatores significantur, quis non videat, bestias dæmoni ludere, dum illum suis flagitiis oblectant, & iustos, pro dolor, herbas offerre, dum his saltem peccatis leuibus, quæ manant ex impugnatione vitiorum, ipsum vtunque sustentant? Mons ergo, id est, iustus, qui cupit non offerre diabolo huiusmodi pabula, radices herbarum, id est, vitia, ex quibus casus isti manant, excindat. Nam his omnino destructis non erit difficile herbarum pabulum auferre, id est, notabilia ista & crassiora peccata deuiare.

Sunt etiam peccata hæc velut riuii amarissimi ex impuro fonte manantes, quos sola obturatio, & omnimoda deletio fontis impedit. Dicamus enim de anima iusta, quæ necdum in se vitia, & sæculares mores extinxit, quod dictum est Eliseo à vitis Ierico: Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tu ipse Domine perspicias, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. Ita profus talis anima vitii iusti, habitatio est summi Dei, nam illam per gratiam inhabitat: aquæ pessimæ sunt, id est, quarundam actionum riuii, quæ ex vitiorum antiquorum fonte promanant. Terra etiam sterilis est, quia cor his aquis amarissimis irrigatum, virtutum fructus plurimos atque perfectos terre non potest. Cor namque adhuc nonnulla ambitione distentum, & impudicis cogitationibus inquinatum, & similibus miseris affectum, quibus si non omnino, at le aliquantulum subiicit, quomodo poterit suauissimos, ac omnino perfectos fructus virtutis afferre? Sanentur ergo aquæ, & remedium salubritatis non alibi quam in fonte ponatur. Denique segressus Eliseus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait: Hæc dicit Dominus: Sanaui aquas has, & non erit ultra in eis mors, neque sterilitas. Mittamus & nos in fontem horum peccatorum, id est, in vitia, ex quibus pullulant, mortificationis sal, quod ipsa penitus exsecet, atque consumat, vt pro amaris aquis, fluente dulcissima, nempe virtutum actus erumpant. Sapienter quidem Cassianus, de satisfactionis indicio loquens, quo possimus vtique cognoscere nos pro præteritis peccatis satisfecisse, illud esse putat, si affectus & motus mortificentur, qui nos in sæculari, aut tepida vita ad peccata traxerunt. Quod, ait, nullus obtinere posse se credat, qui non priùs ipsas causas, atque materias, pro quibus in illa prolapsus est crimina, omni spiritus seruore succiderit, vt, verbi gratia: si in fornicationem, vel adulterium perniciosam foeminarum familiaritate collapsus est, summa festinatione, etiam ipsum carum deuitet aspectum: Et quibusdam aliis exemplis interpositis, hæc subiicit. Et ita vt vnumquodque peccatum possit extinguere, causa, atque occasio per quam, vel ob quam est admissum, debet prius amputari. Aduersus ergo vitia validè pugnandum est, & consiliarij isti iniquitatis à nostro latere dimouendi, aut potius à nostro corde separandi, ne iniquis suasionibus ad antiqua peccata nos incitare moliantur. Quandiū enim apud nos sunt, ad magna flagitia incitare non cessant, quorum importu-

Iob. 40.
n. 10.
Iob. 40.
n. 15.

4. reg. 2.
19.

n. 21.

Cassia.
coll. 20.
c. 10.

nitatis

Dorotheus.
doctr. 12.

Eccles. 10.
18. 19.
20.

Ecl. 37.
7.

nitatis in mente imbecilla saltem illicitos motus, & nonnullos paruulos casus elicit, si iam non plenum ac deliberatum consensum extorquet. Noli consiliari, inquit Ecclesiasticus, cum eo qui tibi insidiatur, & à zelantibus te, absconde consilium.] Et quoniam magis nobis insidiantur quàm vitia, quorum hoc vnum officium est ad peccata pertrahere, quæ nobis gehennæ ac damnationis ianuas aperiant? Et quoniam vehementius nos odio prosequuntur, quàm mali mores, quos in prophana conuersatione nobis amicos asciumus, & ipsi inimico animo in nostram perniciem excidiumque conspirant? Non igitur audiendi sunt, nec eorum consilium admittendum; quod solum nostrum malum ac calamitatem intendit. At quis poterit praua vitiorum consilia declinare, præsertim cum statim sequatur: Omnis consiliarius prodit] id est, exultat, & laudat [consilium] suum, & facile est malis laudatis assentiri, in quæ natura ipsa corrupta propendet? Certè ab his consiliis declinabit, qui vitia loquentia, & malum laudantia diligenter expulerit. Sed dum ipsa in corde manent, & dulci syrenarum cantu ad malum alliciunt, nullo negotio decipiuntur, & si non ad mortem, saltem ad infirmitatem, & ad deformitatem fœdabimur.

Ecl. 37.
8.

Peccata denique leuia huius generis sunt velut inualerudines corporis ex noxij humoris abundantia procedentes, quas peritus medicus non iudicat se posse alia ratione quàm pessimi humoris expulsiōne curare. Et anima suas inualerudines habet, quæ non aliæ sunt quàm ista peccata ad genus superbiæ, inuidentiæ, luxuriæ, & iniustitiæ pertinentia, quibus si non moritur, quia nondum ad deliberatum consensum pertrahitur, at satis miseranter ægrotat. Quarum sanitate sanctus David forsitan postulabat, cum dicebat ad Dominum: Miserere mei Domine, quoniam iniquus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsque quò?] Iam non mortis euasione deposit, quam vera conuersione, & adulterij detestatione, depulerat, sed infirmitatis curationem efflagitat, quæ ceu reliquæ prioris & maioris mali in corde permanserat. Misericordiam cupit, quia in magna miseria est, nempe in infirmitate animæ, qua post mortem animæ nulla maior aut detestabilior inuenitur. Sanitatem petit, ab his nempe ægitudinibus, quoniam virtutes iam adeptas, & simul cum gratiæ viribus infusas, videt his morbis à sua tranquillitate deici, & assiduo bello atque impugnatione turbari. In quietudinem etiam animæ conturbetur, quia isti dolores, & isti motus impuri eam vndique versant, & quietem ac serenitatem habere non sinunt. Tandem illis verbis: Sed tu Domine vsque quò?] amantè de curationis dilatione conqueritur. Nam quis non intelligat, vt Augustinus ait, significari animam luctantem cum morbis suis; diu autem dilatam à medico, vt ei persuaderetur in quæ mala se peccando præcipitauerit?] Harum igitur inualerudinum spiritualium causæ, noxij humores sunt, quos anima, non iam in corpore sed in semetipsa longa peccandi consuetudine congregauit. Quid enim prohibet noxiis humoribus vitia intelligere, quæ animam grauant, quæ à debita temperie deiciunt, quæ infirmitates procreant, scilicet casus istos vsque ad Dei contemptum non procedentes, quæ mortem miseræ animæ machinantur? Profectò parum inter noxios humores, & noxios mores nominum coagmentatione distat, vt videamus, non inuisè malis humoribus mores prauos, aut vitia designari. Et forsitan ob id fœdus humor in Leuitico

Psal. 6. 3.
4.

Aug. ibi.

Leuit. 15.
3.

A carni adhaerens, immundi hominis censetur indicium, vt nos intelligamus, fœdos istos humores, id est, malos mores animæ adhaerentes, ac vires eius occupantes, eam immundam facere, atque à virtutis pulchritudine dimouere. Iam si volumus ex infirmitatibus conualescere, necesse est, malos animæ humores, id est, vitia, & mores distortos, euacuare. Sicut enim ridiculus esset medicus, qui volens brachium paralyti dissolutum curare, illi tantum medicamentum apponeret, & eam cerebri partem ex qua nerui originem ducunt, incuratam relinqueret: nam, & hæc prius & diligentius curanda est, ex qua illa praua brachij affectio procedit: neruis autem bene dispositis facile pars affecta ad priorem sensum ac motum redibit: Ita profus imperitia est spiritualis viri, si solum curet à præsentī casu se erigere, & negligat causam morborum, nempe vitium, reserare. Fartor ego libenter, quòd si vnum aut plura peccata huius generis admisisit, ea congrua detestatione lauas, & confessionis sacramento ritè suscepto detergis. At si vitium intus in corde latens non extirpes, statim in eadem peccata, aut peiora prolaberis, & nunquam desideratam puritatem obtinebis. Eaque Ecclesiastici sententia notaberis: Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? sic homo, qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? Orationem illius quis exaudiet?] Mortuum enim tangere nunc fit, vitium, quod nos ad mortem trahere nititur, non per deliberatum consensum amplecti, sed aliquo leui peccato contingere. Sed quid proficit ab hoc te contactu lauari, si iterum statim tangis, & eadem negligentia, qua antea, eadem peccata sine vlla emendatione committis: Certè parum proficies. Licet enim præsentia peccata debita detestatione diluas, nūquam tamen te in futurum emendans, & per multos annos eadem repetens, atque committens, nihil omnino in ea, quam cupis, mentis puritate proficies.

B

C

D

E

Sed quomodo vitia vincenda sunt, & de terra cordis nostri radicibus euellenda? Huic quæstioni sequens huius libri tractatio de vitiorum extinctione satisfaciet. Interim tamen dicamus, vitia assiduis & feruidis orationibus, occasione fuga, ipse in Domino collocata, ac diffidentia sui ipsius, & contrariis virtutum actionibus profigari. De quo postremo instrumento hæc dicit Baillius, instruens spirituale magistram, quam ratione debeat vitia subditorum curare. Veluti, inquit, iracundia aliquis elatus est aduersus æquum fratrem: Hunc ille pro magnitudine delicti, sibi conciliare cogit, ac ministrare. Siquidem hæc huiusmodi ad humilitatem exercitatio iracundiæ veluti neruos elidit, quando animi elatio illa est, quæ iracundiam plerumque in nobis ingenerat. Alieno tempore cibum assumpsit: Ad multam diem ieiunus permanet. Inter vesendum se immodestè gessisse animaduersus est, & indecorè? Ieiunus ipse accumbentes, ac cibum cum decore capientes ceteros spectare cogit. Hoc enim modo, & abstinentia ille castigabitur, & quod in huiusmodi rebus par est, decorum discet retinere. Verbum emisit otiosum? Contumeliam in proximum? Mendacium, aut aliud quippiam de iis quæ minùs licent? Inedia ventris, ac silentio plectitor.] Quæ sanctus hic pater, ac egregius religiosorum doctor, circa minora vitia faciendum præcepit, in maioribus omnino seruandum est; quorum quia victoria est difficilior, ideo pugna aduersus ea oportet vt sit diligentior, quæ multiplicatione, ac feruore studioforum actuum vitium extenuet, ac tandem omnino

Ecl. 34.
30. 21.Baill. reg.
sub. d.
su. in-
ter. 15.

prostrat. Quo prostrato mirum erit & inexpectis incredibile, quam liberum iustus vir semetipsum ab his casibus & notabilibus peccatis sentiet. At credibile fati erit illis, qui abundantissima Dei gratia suffulti acriter aduersus vitia secularis vitæ bella gesserunt. Nam illis è corde depulsi, & ab antiqua sede deturbatis, nequaquam prauos motus cient, nec bella mouebunt, nec vires animæ ad defectionem suscitabunt. Et fiet pax (ò anima,) in virtute tua, & abundantia in turribus tuis. Quia propter virtutem ac fortitudinem, qua aduersus vitia pugnaui, magnam pacem ab inordinatis motibus consequeris, & in turribus tuis, hoc est, in intellectu, & affectu, abundantia lucis & consolationis cumulaberis.

psal. 121.
7.

De remedijs ad vitanda leuia peccata significata per fennum.

CAPVT XVII.

PECCATA illa leuia, quæ, quoniam leuia, scienter & quasi ex industria committuntur, diximus, fœno, Pauli auctoritate signari: quæ licet non ardebunt vt ligna, tamen non facile igne purgante consumuntur, si hinc condigna satisfactione non purgata decedant. Sunt enim aliqui Domini beneficio, & quidem maximo, impugnatione præteritorum peccatorum exempti, qui iam magna vitia prostrauerunt, & rarissime, ac non vehemeter carnis stimulis, & ambitionis facibus impugnantur; qui tamen huic tanto beneficio sui creatoris ingrati, scienter & data opera leuia peccata committere, vt exempli gratia, mendacium officiosum, aut verbum otiosum proferre, non timent. Cuius mali radicem ego sanè puto rationalem esse animæ partem ignorantia ac cæcitate vitiatam, nescientemque, scienter & ex industria peccantis inuerecundiam ponderare. Quare ad hanc radicem medicamentum applicandum est, vt isti ægritudini medeamur. Docendaque humana ratio quid debeat de huiusmodi peccatis sentire, ne ea tam sine sensu timoris admittat.

Hæc sanè peccata à Deo interdicta sunt, eiusque sanctissima lege prohibita, quo non solum magna mala fieri vetuit, sed minima quoque peccata vitari præcipit. Expendamus serid quicquid præcipit, quis leuibis etiam peccatis offenditur, & nisi fortè stultissimus, nimis ea patrare timebimus. Præcipit is, qui Deus est, qui summè sapiens, bonus, & potens, qui omnium suorum attributorum infinitate perfectus. Præcipit is, qui fons est omnium bonorum, & singulis momentis beneficia sua in nobis immensa quadam liberalitate multiplicat. Præcipit is, cui Angeli seruiunt, cui omnes creaturæ rationis expertes ad nutum famulantur, & prius esse desinent quam in minimo ab eius voluntate desciscant. Sed omitamus ista: præcipit is, qui Dominus, & herus noster est, cuius imperio nos in baptismo mancipauimus, cuius iussis nos per vitæ spiritualis professionem addiximus. Ponderemus hoc solum, & tantam in quouis leui peccato fœditatem reperiemus, vt ipsum consultò & ex industria perpetrare quasi in immensum nos pudeat. Demus nunc regem potentissimum cuidam aulico præcepisse, ne villo modo gemmam in quodam repositoio regis custoditam attingeret: duobus modis potuit iste principis mandatum præterire. Primo quidem, quia impostæ sibi iussionis oblitus, & appetitu curiositatis incitatus, & victus, gemmam illam aspexit, & manibus contrectauit. In hoc non

A magnum peccatum est: aulicus ille apud regem non nullam excusationem habet, quòd eius præceptum memoria excidit, & gemma pulchritudo eum prohibitionis oblitum ad contrectandum allexit. Secundo verò, potest ita gemmam attingere, vt in eodem momento, quo sibi à rege præceptum imponitur, respondeat: Obedire nolo: & manum extendens ipso rege teste & pœnam intentante, gemmam illam contingat. In isto factò tanta est illius famuli inuerecunda procacitas, tam inaudita atque insignis audacia, vt nullum inter aulicos terreni regis inuenias, qui magno etiam sibi præmio proposito tale audeat attemptare. Et tu audebis, ò religiose, ò vir Deo consecrate, hac ratione Dei & Domini dominorum mandatum effringere? Ipse enim dicit: Ne verbum otiosum proferas; & comminationem adicit: Quoniam omne verbum otiosum, quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ipse dicit: Nolite mentiri inuicem. Ipse non tantum dixit, sed & nunc in hoc momento tibi dicit, siquidem antiquum præceptum in memoriam reuocat, & ne mentiaris, aut ne verbum otiosum dicas, speciali instinctu animum pulsat: & tu, eo nunc prohibente, & in conspectu eius aut mentiri, aut otiosi audes, & si non verbo, at factò ipso, quod detestabilius est, te nolle obedire profiteris, quomodo tam insignem inuerecundiam & oscitantiam non times? At respondes: leue admodum est quod facio, parum, & quasi nullius momenti, quod aduersus legem admitto. Fateor libenter, sed eo ipso, tu quodammodo es peior & damnabilior, qui in re tam facili, à qua posses nulla difficultate abstinere, Domino nunc præcipienti non obedias, & data opera eius iussui ac voluntati resistas. Parum est, & nullius fere momenti quod facis, sed Deus non est paruus, immo infinitè magnus, qui vetat, & non debuisses magno Deo, præsertim ob res minimas, te ipsum opponere, & eius voluntati reluctari.

C Consideratio hæc tanti momenti Bernardo visa est, vt propter illam istorum peccatorum malitiam exaggeret, eamque impœnitentiam, & peccatum in Spiritum sanctum esse proclamet. Discite, inquit, ex hoc fratres, iusti iudicem Deum, non modò quid fiat, sed & quo animo fiat, considerate: & caute deinceps ne quis parua reputer, quamlibet parua scienter delinquere cõuincatur. Nemo dicat in corde suo: Leuia sunt ista, non curo corrigere, nõ est magnum si in his manea venialibus minimisq; peccatis. Hæc est enim, dilectissimi, impœnitentia. hæc blasphemia in Spiritu sanctu, blasphemia irremissibilis. Vocatur hæc peccata à patre sanctissimo blasphemia irremissibilis, non quia Deus omnino misericors, illa scienter facta, non Christi sanguine delectat, non quia propositum illud manendi in his minoribus peccatis, si homo ab illo discedat, non dimittat: sed quoniam huiusmodi homines inuerecundi, qui scienter peccant & ex industria delinquant, sæpe à voluntate iterandi eadem peccata non discedunt, & neque illa verè detestantur, neque propositum se emendandi concipiunt. Sine his autem certum est eos istorum peccatorum indulgentiam non consequi, nec quantumuis ea confiteantur, se ab huiusmodi sordibus emendari. Paulus quidem, qui blasphemus fuit, & persecutor, & contumeliosus, misericordiam consecutus est, quia ignorans fecit, in incredulitate: quia peccata odio habuit, quia voluntatem peccandi deseruit. Si autem scienter peccasset, non tam facile misericordiam obtinisset: & si post peccatum scienter factum, nunquam ab eo discessisset, nunquam etiam indulgentiam promerisset. Qui ergo & scien-

E ter, &

Mat. 12.
36.

Coloss. 3.
9.

Bern. ser.
1. Petri,
& Pauli.

1. Tim. 1.
13.

ter, & quasi ex malitia peccant, & nunquam voluntatem abiiciendi peccatum habent, haud quaquam eius veniam consequuntur. Quo autem pacto sibi persuadeat quis voluntatem emendationis habere, si scienter & data opera peccat, & post multos annos, quibus saepe hæc peccata confitetur, eadem facilitate & inuerecundia delinquit? Facor quidem libenter talem hominem horum peccatorum plusquam millies, immo & infinities, si ita fieri posset, veniam consequi, si de illis, ut par est, doleat, si voluntatem iterandi relinquit. At timeo ne dolor sit fictus & propositum emendationis nullum, quod statim scienter, inuerecundè, & tanta facilitate rescinditur. Timeo etiam ne ista peccata indignationem Dei prouocent, & suarum miserationum fontem obtineant. Nam redeamus nunc ad illum aulicum, qui in conspectu regis præceptum sibi impositum fregit, & gemmam illam contrectauit. Demus eum fuisse aliquando perduellem, qui à rege defecisset, & postea regis benignitate non solum subditi gratiam, sed & domestici familiaritatem comparasset. Profectò istius culpa, licet leuis, quam in tangenda gemma commiserat, post tot graues culpas, scienter & ex industria patrata, adeo posset regis iracundiam accendere, ut propter illum ingratum, & pristinae benignitatis oblitum è suo palatio, & familiaritate repelleret. Et tu frater forsitan ex illis fuisti, quibus dixit Paulus: Eratis aliquando tenebrae, nunc autem lux in Domino. [qui per lethale peccatum à rege regum defecisti, & aduersus diuinam maiestatem rebellasti. Et audes scienter & consultò eius iussiones præterire, & in rebus licet leuibus, quasi ex malitia, tantam misericordiam obliuisci, tantam magnitudinem prouocare? Vide ne hic Dominus, qui peccatores ex imbecillitate peccantes, & ad sanam mentem redeuntibus recipit, te ex malitia delinquentem, & nunquam verè à peccatis desistentem abiiciat, & à sua gratia per aliquod graue peccatum auelli permittat.

Ephes. 5.
8.

Sed licet hoc nunquam futurum sit, quia Dominus pro sua benignitate hanc fortè stultitiam hominis dissimulabit, & eum ex malitia peccantem sustinebit: At certum est, quòd delicta ista, si in hac vita non emendentur, & debite puniantur, in futuro saeculo acerbissima tormenta manent, quibus ingrati & repidi castigantur. Nam si cū sceno collata sunt, eo quòd ex proprio genere à numero grauiorum peccatorum se separent; tamen ob ingratitudinem & procacitatem hominis scienter peccantis, ligna sunt vitridia atque procera, quæ multo tempore in ignibus purgatoris ardebunt. Vnde Cæsius ait: Illi, qui quamuis capitalia crimina non admittant, ad perpetranda minuta peccata sunt faciles, ad vitam æternam, pro eo quòd in Christum crediderunt, & capitalia crimina non admiserunt, venturi sunt; sed prius aut in hoc saeculo per Dei iustitiam vel misericordiam amarissimis tribulationibus excoquendi; aut illi ipsi per multas elemosinas, & dum inimicis clementer indulgent, per Dei misericordiam liberandi; aut certè illo igne, de quo dixit Apostolus, longo tempore cruciandi sunt, ut ad vitam æternam sine macula & ruga perueniant. Et quidem nos ab horum peccatorum admissione longus & acerbis cruciatus illis paratus non retrahit, sed indignatio Domini in magnitudine pœnæ declarata vehementer exteret. Quis enim non timeat Dominum iustos suos ob hæc leuia peccata molestis corporis percipientem, & desolationibus animæ castigantem, & post hanc vitam longo tempore à suo conspectu repellentem? Nam & filius ille pessimus atque rebel-

Cæsius
homil. 7.

1. Cor. 3.
nu. 15.

lis, qui sororem corruerat, fratrem occiderat, & patrem ad magnam tristitiam adegerat, adeo agrè ferebat genitoris sui conspectu priuari, ut vix se posset continere. Denique vocato loab, dixit ad eum: Quare veni de Gessur? Melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo ut videam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. Quidni sentiant boni filij, istorum peccatorum causa à palatio Domini, scilicet à loco orationis, eici, in qua prius diuinis consolationibus fruebantur, & post hanc vitam ad multos menses, immo & forsitan ad multos annos à dulcissimi patris visione repelli? Et nunc igitur, reges intelligite: erudimini, qui iudicatis terram: Vos, o iusti, qui in corde vestro regnatis, & terrenæ mortalitatis affectibus continetis, intelligite hæc tam ingentia detrimenta, quibus audacia delinquendi vel leuiter, & inuerecundia peccandi, vos afficit: & discite timorem Domini, qui initium est vitæ spiritualis, quam profitemini. Intelligite, inquam, hæc tam manifesta virtutis initia, quorum leuiter ex industria peccantes obliuiscimini, ne exprobet vobis Paulus: Quia cum deberetis magistris esse propter tempus, rursum indigetis, ut vos doceamini, quæ sunt elementa exordij sermonum Dei.

2. Reg.
14. 32.

Psalm. 2.
nu. 10.

Hebr. 5.
12.

Hi sanè, qui scienter & data opera peccatis leuibus non abstinere, & eo, quòd criminalia delicta non sunt, se ipsos consolantur, indigent more puerorum edoceri, & rerum transeuntium similitudinibus erudiri. Dicant itaque nobis, an audeant mendacium officiosum proferre, si scirent statim oculos suos cæcitate plectendos, & aspectu amabilis lucis huius orbandos? Et quomodo audent ipsum effutire, quòd oculis mentis obnubilat, & cælestis claritatis visionem abscondit? Estne oculus mentis, corporis luminibus contemptibilior, ut propter ista mendacio fuerit abstinendum, & non propter illum, sed nihil de eius amissione curandum? Deleui, ait Dominus, ut nubem, iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua, reuertere ad me, quoniam redemi te: & postquam reueri sunt ad Dominum, & eius sanguine liberati, dignum ducent alias nubes & nebulas, licet leuiore, quæ ipsos obfouent & contristent, ex industria suscitare? Quis non videat hanc ignorantiam esse stultissimam? Dicant etiam an in verba otiosa diffluent, si compertum haberent, quòd è vestigio extingueretur ignis, quo tempore hyemis suas manus calefaciant? Quo pacto igitur in verba otiosa scienter diffluunt, cum certò etiam sciant quia diuinus ille charitatis ignis, qui animam fouet atque calefacit, his otiosis sermonibus detrimentum patitur, & suo feruore priuatur? Nam si non conuertitur in aquam crassam, ut ille ignis absconditus à Ieremia, qui terra obrutus vim vrendi & splendendi perdidit: at sic huiusmodi peccatis, in te pectit, ut animam quasi frigidam, & ad perfectionis opera quasi tepidam, derelinquat. An litigator in re minima iudicis sui filium offenderet, si nosset ob illam leuem offensam expeditioni causæ suæ se aliquam afferre iacturam? Quare igitur isti fratres suos, filios scilicet Dei, ob murmuracionibus lacerant & detractionibus in tristitiam ac pusillanimitatem deiiciunt, cum sciant Dominum ad horum peccatorum punitionem, eorum petitiones non esse exauditurum, & ipsorum causas non ita facile & liberaliter esse expediturum? Immo: Non accipiet Dominus personam in pauperem, ut est in Ecclesiastico, [& deprecationem laeti exaudiet.] Nò, inquam, obliuiscetur iudex nostri fratris offensam, nec ad eius gemitus obfudet, sed detractorem, & murmuratorem, indemnem se putantem, quoniam de rebus leui-

Ijai. 44.
22.

2. Mach.
1. 20.

Ecclesi. 35.
16.

bus

bus detrahit, condigna poena multabit. Hæc mala, & reliqua omnia, quæ supra diximus, ex his præcipue delictis oriuntur, quæ liberè & scienter committimus. Ista animam nostram admodum fecundant, & diabolus in nostro casu & deiectione lætificat, ab studio bonorum operum retrahunt, & sensim paulatimque ad sæculi amorem trahunt, & affectus vi sanctæ mortificationis consopitos accendunt. Quis non timeat in hæc omnia mala impingere, & dum scienter in leues defectus cadit, inter homines stultos, qui hæc tam comperta ignorant, computari? Sanè ergo rationalem animæ partem, qui se videt minus cautum in his peccatis vitandis, & his aut similibus meditationibus intelligat quàm turpe est viro iusto peccatis leuibus, sed scienter commissis assuescere. Concipiat hæc prima principia spiritalis doctrinæ, & oculos mentis ad videndam suam inuerecundiam aperiat. Qua, radio diuinæ lucis, cognita, antea vitam segniciei & vœcordiæ deditam, detestabitur, & deinceps scienter delinquere, etiam in rebus leuissimis, magnum scelus reputabit.

De remedijs ad vitanda peccata venialia, quæ significantur in stipula.

CAPVT XVIII.

RECCATA illa, quæ stipulis designantur, & non ex vitis nostræ menti inidentibus, neque ex malicia & inuerecundia scienter peccantis, sed ex infirmitate carnis, & ex humanæ naturæ imbecillitate procedunt, difficillimè cauentur, adeo vt nullus sanctorum præter Christum Saluatorem, qui Deus est, & peccare non potuit, & præter Beatam Virginem, quæ mater Dei est, & singulari priuilegio omni caruit peccati natio; ab illis inueniatur immunis. Nam illa delicta, quæ ex suo genere criminalia sunt, & ex materiæ paruitate, aut ex omnimodæ deliberationis defectu leuia reputantur, multos sanctorum credimus, quatenus ex insitis vitiis nascuntur, post perfectam conuersionem ad Dominum, omnino vitasse, & vitiis ex corde eliminatis, ac compositis per mortificationem affectibus, his casibus abstinuisse. Licet & hi tentationibus ab externo principio prouenientibus non caveant, ad huiusmodi graui peccata prouocantibus (vt cum diabolus eos de ambitione, aut de luxuria tentat) quibus vsque ad peccatum leue incurrendum aliquando succumbent. Alia verò peccata, quæ licet ex suo genere leuia, ex malicia & data opera committuntur, quàm longissimè absunt à cordibus perfectorum, quorum constans voluntas est prius mortem oppetere, quàm diuinæ voluntati, vel in minimis repugnare. Aristorum delictorum, quibus nunc mederi intendimus, longè alia ratio est, quæ cum ab ipsa natura nostra ad huc originalis peccati reliquiis affecta exoriantur, nullus potest ea omnino quantumuis sanctus effugere, eo ipso quòd humanam naturam gestat, & radicem eorum, carnis imbecillitatem, ablegare non potest. Hic ergo non est querendum remedium, quòd ista peccata minuta funditus destruat, & ab illis omnino nos liberet, (nam id in hac vita mortali nunquam consequemur) sed quòd ea in dies numero minuat, & gradu grauitatis extenuet, & nos faciat ad ea vitanda cautiore.

A Illud autè (quod in viris perfectionis cupidis longo tempore animaduertimus, & sæpe admirati sumus) non est aliud quàm suauis quadam attentio, & solers ac prouida circumspectio, quæ omnia tum magna tum parua; tum exteriora tum interiora; tum diuina tum humana, siue nobismetipsis, siue aliis sint necessaria, tractemus. Id quidem nos rudes, & spiritualium rerum imperiti, quibusdam similitudinibus intelligimus. Sicut enim legatus ab vno rege ad alium missus, cum apud istum legatione fungitur, in omnibus prudenter se gerit, & cum magna attentione sui Domini voluntatem declarat, ne in aliquo excedat, aut rem alicuius momenti dicendam prætermitat: voces etiam, & gestus, & motus, & minima quæque considerat, vt in omnibus, vt suam dignitatem deceat, se gerat:

B ita vir iustus, qui vniuersa, quæ agit, & cogitat, Deo inspectore, perficit, sic in magnis minimisque se habeat, vt nec oculos magni regis offendar, nec à iusti & serui Dei dignitate discedat. Et quem admodum pictor dum alicuius effigiem delineat, non oculis tantum, sed circino & exacta mensura partium quantitatem aduertit, vt figuram prototypo similem omnino describat: ita qui vult in omnibus suis operibus imaginem virtutis exprimere, debet quasi regula & circino, tum opera ipsa, tum omnia quæ insunt, & ea circumsunt, elaborare. Ad quam attentionem nos hortatur Ecclesiasticus, dicens: Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriam diligens. Id quippe est omnia mansuetè perficere, in omnibus moderatè nos gerere, & incuriam, accelerationem, & reliqua, quæ solent pulchritudini actionum bonorum insidari, manu discretionis abigere. Quod non tantum gloriam apud homines parit, sed amorem quoque benevolentiamque conciliat. Est enim apud alios non minus amabilis, quàm admirabilis, qui in magnis ac in paruis, quæ agit, hæc pulchritudinem modestæ grauitatis, & circumspectæ moderationis apponit. Cuius etiam meminit Ricardus Victorinus; Nam debemus, inquit, non solum in studiis, & exercitijs spiritualibus, verum etiam in negotijs secularibus, & necessitatis vsibus nihil incircumspectè, nihil indifferetè, nihil improvidè facere. Et post pauca: Itaque in his etiam, in quibus humanæ necessitati consulimus, vel communi infirmitati deseruimus, nihil sine modestia, nihil sine mensura, nihil sine intentione bona, nihil præter ordinem, nihil præter rationem agamus. Merito autem hæc attentio istorum leuium peccatorum vitandorum, aut minuendorum remedium dicitur, quoniam ex diametro (vt aiunt) eorum causam ac radicem oppugnat. Causa enim illorum est infirmitas carnis, & imbecillitas mentis, attentio verò & circumspectio ista carnem roborat, & mentem exluseitat, vt homo importunas muscas imperfectionum abigat, & à bonorum operum sacrificio repellat. Et sicut daemon magna attentione conatur bona hominis opera imperfectionibus opplere; ita homo maiori attentione nitatur se ab huiusmodi imperfectionibus liberare. Audi Augustinum huius impuri aduersarij dolos ac insidias reuelantem: Quid prauius, inquit, quid malignius, quid nostro aduersario nequius? Qui posuit in cælo bellum; in paradiso fraudem, odium inter primos fratres; & in omni nostro opere zizaniam seminauit? Nam in comestione posuit gulam; in generatione, luxuriam; in exercitatione, ignauiam; in conuersatione, inuidiam; in gubernatione, aua-

Eccles. 3.
19.

Ricar. lib.
1. de eru-
dit. inter-
rior. ho-
minis. c.
43.

Aug. ser.
4. de tem-
pore.

ritiam; in correctione, iram; in præfatu, seu dominatione, superbiam. In corde ponit cogitationes malas; in ore, loquutiones fallas; in membris, operationes iniquas. In vigilando mouet ad praua opera, in dormiendo, ad somnia turpia. Lætos, mouet ad dissolutionem: tristes autem, ad desperationem, & vt breuiter loquar, omnia mala mundi sua sunt prauitate commissa.] Tam importuno igitur bello solertissima diligentia resistendum est, & cum tam infatigabili hoste peruigili cura in omnibus delectandum, si volumus præsertim non tantum non vinci, sed etiam nec vulneribus paruis feriri.

Quanti verò momenti sit ista circumspècta attentio, & attenta in omnibus circumspèctio ad leuia peccata cauenda, intelliget apertè quisquis eius munus agnouerit. Est enim velut oculi in corpore, qui omnia membra in suis functionibus dirigunt: de qua non incongruè illud intelligi potest: Quia si oculus noster simplex fuerit, totum etiam vitæ corpus lucidum erit.] Est quasi rex in regno, qui vires omnes tanquam sibi subditas regit, & actionem cuique propriam, modumque agendi præscribit. Est vt nauta in nauis, qui peritiam ac solertia sua inter fluctus, syrtes, & scopulos nauim spiritualis conuersationis ad optatum portum perfectionis ducit. Est auriga, & via ductrix, & singulorum præceptrix, quæ curam animæ dirigit, viam inoffensam monstrat, & minima quæque distinguit. Est denique illud sal, de quo in Leuitico dictum est: Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo.] In omni oblatione tua offeres sal. Nam sacrificium operis, quod non fuerit huius prudentis attentionis sale conditum, & fuerit oscitanter oblatum, haud quaquam carebit maculis excessuum, aut defectuum, quæ ipsum aut minus gratum, aut omnino ingratum efficiant. Sine hac attentione prouida virtutes ipsæ in auxilium ac tutamen nobis date, periculose sunt, quæ, quo maiores sunt, quo difficiliora audent, quo sublimiora aggrediuntur; eo sine freno attentionis & circumspèctionis operantes in scopulos offensionis periculosius impingent. Equus enim velocius currens sine freno ori diligenter iniecto, facilius præcipitabitur; & magna nauis maioribus ventis impulsâ melius sine gubernaculo naufragium patietur; & excelsa virtus sine attentione procedens, dnm minus putat, alicuius vitij contrarij interruptione vincetur. O quam aptè signata sunt ista in ualitatione Lais! Venientes enim ad eam, exploratores Dan, viderunt populum habitantem in ea, absque ullo timore, iuxta consuetudinem Sidoniorum, securum, & quietum, nullo ei penitus resistente; magnarumque opum, & procul à Sidone, atque à cunctis hominibus separatam; & eos à quibus missi erant, euocantes, percusserunt populum in ore gladij. Lais interpretatur leo, & nunc vitum iustum significat, de quo scriptum est: Iustus quasi leo confidens absque terrore erit.] Is iuxta consuetudinem Sidoniorum uiuat, qui securi habitabant; in suæ urbis fortitudine ac munitione confisi, & cum longè sit à Sidone, id est, à vera pace ac securitate, in omnibus incautè procedat, & se tutum ac tranquillum existimet, non dubium quin ab hostibus infestabitur & vulnerabitur, & fortè in mancipium capietur. Ac proinde in magnis & in minimis attentè uiuamus, & vniuersa, quæ ad nos pertinent, siue spiritualia, siue temporalia, prudenter agamus, & cogitationem, loquelam, & cætera huiusmodi non leuis momenti cogitemus. Neque enim leue est, quod benefactum Deo nostro placet, & augmentum æterni præmij pro-

meretur, & malè ac segniter effectum, pœnæ detrimentum patietur.

Nec putandum est, hanc in omnibus attentionem, non quidem anxiam & perturbatam, sed suauem & quietam, esse molestam, quam res humanæ sine vilo dubio inferiores omnino requirunt. Litterarum acquisitio, bone Deus, quantam attentionem exposcit, quam attentè mens rationem alicuius rei, quam intelligere appetit, causamque considerat, & vnum ex alio deducens ac principia inter se conferens, & vim perualionum ponderans, tandem veritatem agnoscit! Et tamen scientiarum professio ex tam attenta consideratione dependens, non iniocunda, non molesta, sed dulcis & suauis inuenitur. Similiter pictor, quanta attentione exemplar inspicit, lineas ducit, & partium tum magnitudinem tum proportionem aduertit, vt imaginem prototypo similem, & pulchram delineet! Piscator quoque stans ad ripam fluminis, arundinem manu tenens, quam attentè absorptum frustillum suberis inspicit, vt illius motu piscem hamo captum agnoscat. Quin & lusores, qui non alea sed industria ludo tenentur, quam diligenter attendunt, ne in ficto illo scacchiorum bello à collusore superentur. Hi omnes iucundè ad sua officia attendunt, immo attentè ludunt, & ipsa attentione delectantur, & se ab importunitate grauiorum negotiorum exonerant: quare nos multo minori attentione (quæ certè sufficit) in bene uiuendo tristamur, & eam in bonis operibus minus gratam, aut iocundam esse conquerimur? Sanctè quidem, & spiritualiter viuere, non est humanas disciplinas addiscere, non artem pictoris, aut piscatoris profiteri, non per ludum scacchiorum ab alio nummos surripere, sed est regum famulari, & sanctitatem acquirere, & regnum cælorum deprecari, quæ si maiora sunt, tu ipse lector examina, & si maiora inuenieris, & vtiliora cognoueris, minimè cum debita attentione & diligentia præstare graueris. Attende tibi ne incidas, quia facillimum est non attendenti, & curanti se ipsum, in magna peccata cadere, sed multo facilius in leuia prolabi. Quæ si vitare vis, attentionem ad te ipsum, & ad omnia, quæ cogitas, quæ desideras, & quæ agis, non deferas. Et vt Basilium & Ambrosium mea admonitione nunc imiter, attende tibi ne incautos tuos muneri & tuo statui ac professioni deficias. Venator es, ex illis, de quibus dixit Dominus apud Ieremiam: Ecce ego mitto venatores multos, attende ne ob tuam oscitantiam venator sis noui delicti, non desideratæ absolutionis. Piscator es, non reti pisces maris, sed verbo & doctrina homines capiens, sic mitte oculos, sic sermones tuos, sic cogitationibus & desiderijs occupare, vt in omnibus lucum facias, & expiscatu non pauperior redeas. Miles es? Hostem diligenter explora, ne gladio tuo, & ipso, quo eum percutere debes, te bono opere feriat. Athleta es? sic pugna, vt recum decertantem industria vincas, & cura eius tendiculas euadendi, deicias. Cursor es? Attende tibi ne dum curris, id est, dum bene operaris, aut gradum listas, aut te ipsum post longum annorum cursum magis à brancio elongatum inuenias. Diues es virtutibus, diues & meritis? Attende tibi ne fiat verbum absconditum in corde tuo, iniquum, & per elationem exalteris. Vide [vt cum comederis, & satiatus fueris] cælesti aliqua illustratione [benedicas Dominò pro terra optima, quæ dedit tibi. Et obserua, & caue ne quando obliuiscaris Domini Dei tui.] Denique vulneratus es in his aliquo nouo defectu, quod sepe accidet. Attende igitur tibi, ne medicinam

Lut. 11.
n. 34.

Leuit. 2.
13.

Judic. 18.
7.

Prov. 18.
1.

C

D

E

Ecl. 19.
27.

Basil. lib.
exam.
Ambros. li.
6. exa-
mer c. 8.
Ierem. 16.
n. 16.

Deuter.
8. 10. 11.

adhibere differas, sed curre ad medicum, vel quære remedium penitentiae, vt minima plaga non crescat, nec paruum malum temporis diurnitate vires assumat. Attende inquam tibi in magnis, atque in minimis: in magnis, vt ea omnino fugias, & in minimis delictis vt saepe fugias, aut saltem minus telo aduersarij tactus, & vulneratus resiliat. Qui enim sine hac quæta ac moderata attentione opera sua perficit, in multis tum cogitatione, tum desiderio, tum opere, tum modo operandi, & se gerendi delinquit.

At in quibus hæc attentio prouida est collocanda, vt hæc minima peccata vtrunque vitemus? In multis quidem, quæ vnusquisque spiritualis vir, ipso vsu, & exercitatione facillimè, instante aliquo opere, aduertet. Attendat igitur an id quod agit bonum sit, nam si malum, sine vlla mora statim omittendum. Attendat an in bonum aliquem finem tendat, sin minus per intentionem rectam mox in bonum finem dirigat. Attendat, an debito loco, & tempore, & cum aliis circumstantiis fiat; sin autem, in suum tempus, & locum reiciat, aut in eo quod operi deficit, emendet. Attendat, an occupatio illa suo statui, & professioni conueniat, quam si status auersatur, etiam voluntas, & labor operantis relinquat. Attendat an desiderium perficiendi quod agit, in distractionem, in anxietatem, vel in alium affectum immoderatum præcipiter, tunc verò desiderium illud deponat, & se ipsum sancta quadam libertate tranquillet. Attendat, an in aliquod extremum vergat, & ad mediocritatem, in qua virtus sita est, rediens à vitioso extremo discedat. Attendat, an res, quam gerendam suscipit, aut supra vi-

A res, aut periculosa sit, & damnum aliquod allatura; & vt equus ille à lobo descriptus procul odoretur bellum, & ante morbum parer medicinam, & occasiones cadendi præueniat. Attendat, an omni spiritui credat, non aduertens, quia saepe angelus Satanæ transfiguratur se in angelum lucis, & sub auro lutum, sub melle fel, & sub rosis & floribus spinas pungentes abscondit: & non sit facilis in credendo, nec sine maturo iudicio aliquid aut damnet, aut probet. Demum attendat, an res, quam aggreditur, dubia sit, & tunc alios consulat, & nullo modo in suo iudicio ac sententia confidat. His igitur attendat, & sciat Deum tantum ab illo petere, quod homo quilibet vult à suo famulo sibi præstari. Sicut enim homo vult vt famulus illi ex professo seruiat, & quæcunque præcipit, non oscitanter faciat; ita Dominus vult, vt vir iustus, omnia quæcunque agit, non sine quadam moderata consideratione perficiat. Qui in omnibus ita se gesserit, multa citra dubium leuia peccata vitabit, & quotidie perfectior & sanctior fiet, & minus aut in hac vita, igne amaræ penitentiae; aut in alia, acerbitate purgatorij ignis, stipulas consumentis, ardebit. Fieri que poterit, quod tam purus ac perfectus viuat, vt in fine vitæ molestia alicuius corporæ infirmitatis excoctus, & charitatis ardore purgatus, ex lecto ad cælum ascendat, & sine vlla mora coronam immortalitatis accipiat. Id multi sanctorum sunt assequuti, & nos assequi possemus, si ad imitar illorum perfectè viueremus, per merita saluatoris nostri Iesu Christi, cui laus, honor, & imperium in sæcula seculorum,
Amen.

Job. 39.
n. 25.
Ecccl. 18.
n. 20.
2. Corin.
11. n. 14.



PARS SECVNDA

De extinctione vitiorum.

VITIA sunt radices peccatorum, præsertim grauiorum, in quibus extirpandis post penitentiam vitæ secularis elaborandum est, ne pullulet improba atque iniqua progenies. Si enim solos ramusculos arboris mortis præcidamus, radicem verò in corde seruemus, nunquam optata nobis puritas mentis eueniet. Quia semper radix illa iniquitatis terre nostri cordis affixa, filios generabit, qui defectionem à Deo cogitent, pacem turbent, & aduersus desideria spiritualis vitæ concepta, noua in dies bella commoueant. Vitia autem plurima sunt, & licet non robore, at numero aciem virtutum excedunt, cum vni virtuti duo saltem, alterum per excessum, alterum per defectum, vitia repugnent. Nec necessarium reor omnium naturas & qualitates exponere, (quod immensæ laboris esset) cum omnia illa ad vitia capitalia reuocentur: quibus cognitis, & gratia Dei victis, facile erit reliquam eorum multitudinem tanquam turbam militum ignauorum inermiumque prosternere. Vitia verò capitalia à quibusdam septem, ab alijs, octo numerantur, & nunc nos maiorem numerum, Serapionem sequuti apud Cassianum, eligimus, quod clariùs atque distinctiùs spiritualium virorum defectus destruendos aperiamus. Hæc verò sunt: Gula, Luxuria, Auaritia, Ira, Inuidia, Accedia, inanis Gloria, atque Superbia. Nec immeritò hunc numerum octo vitiorum septenario præponimus, quem in octo illis gentibus, quas Dominus ad liberationem suorum Israelitarum deiecit, signatum putamus. In Deuteronomio namque sic legimus: Cum introduxerit te Dominus Deus

Cassian.
coll. 5. ca.
2.

Deut. 7.
1.

tuus in terram, quam possessurus ingrederis, & deleuerit gentes multas coram te, Hetheum, & Gergezum, & Amorrhæum, Chananæum, & Pherezum, & Heuæum, & Iebuseum, septem gentes multo maioris numeri, quàm tu es, & robustiores te: tradiderit que eas Dominus Deus tibi, percuties eas usque ad internecionem.] Quibus si adiciamus Egyptorum gentem in initio huius liberationis partim relictam, partim extinctam, octo nationes inueniemus. Ista igitur octo gentes octo predicta vitia significant, ut latè prosequitur *Cassianus*, quæ cum animæ nostræ sint egritudines, duo ad cuiusque eorum curationem afferemus. Primum, quæ sit vitij natura, & qui gradus. Secundò, quibus considerationibus mens nostra ad eius odium incitabitur, & quibus remedijs practicis euincetur. Et hæc quidem vitia prosternent, si gratia conditoris adfuerit, quæ nostram negligentiam præueniens, imbecillitatem adiuuans, & inconstantiam subsequens, & stabiliens, hoc magnum opus nostræ liberationis efficiat.

Cassian.
5. c. 18.

Quid vitium sit, & quòd omnia vitia sunt extinguenda.

C A P. I.

SPECIALIEM vitiorum disputationem generalis quædam, & breuis vitiorum tractatio præcedat, quæ tum vitij naturam aperiat, tum remedia generalia ad ipsum vincendum & extinguendum exponat. Vitium est egritudo animæ virtutis sanctitatem eliminans. Vel est deformitas animæ, eius à virtute prouenientem pulchritudinem turpans. Vel est curuitas animæ virtutis rectitudinem tollens. Vel tandem est praua affectio manens in anima ad aliquod iniquum opus inclinans. Dicitur autem egritudo, & deformitas, & curuitas, & affectio animæ, quia eam ad malum excitat, licet non ipsam proximè, ac immediatè, sed intellectum, aut voluntatem, aut appetitum, aut sensum afficiat. His enim viuis operatur anima, ac proinde sedes sunt vitiorum, atque virtutum, quæ pro ratione affectionum, quas habent, aut bonarum, aut malarum, vel ad bonum opus sunt pronæ, aut ad malum distortumque procliuës. Vitium est, ut ait *Bernardus*, priuatio virtutis, cuius vastitas, & enormitas tanta est, ut obruat & opprimat: fœditas tanta, ut inquinet & inficiat, adhæsiō tam pertinax consuetudinis, ut vix à se eam natura excutiat. Vitium est quasi corruptus humor, qui non in corpore, sed in anima morbos peccatorum procreat, plagas, & fœda vulnera generat, & spiritualem salutem dominari non sinit. Vitium est radix mortis, & omnium malorum origo, quia est origo peccati, in quo, ut supra monstrauius, omnium malorum cumulus inuenitur. Vitium est indicium infamiæ, & signum ignominie, quod illo affectos, à nobilibus, id est, studiosorum ac perfectorum hominum consortio repellit. Vitium est sordidum indumentum, quod nos ad nuptias agni vocatos, illius conuiuio & mensa reddit indignos. Vitium est catena, & vinculum animam in carcere rerum terrenarum detinens. Vitium est laqueus, de quo dictum est: In via hac qua ambulabam, abfonderunt superbi laqueum mihi,] quod nos seruos aduersarij humani generis, ac mancipia constituit. Vitium est dirus tyrannus, ut ait *Chrysostomus*, qui nostram libertatem eripit, & operibus luti & lateris fatis laboriosis addicit. Vicia hostes nostri sunt, & gentes nobis infestæ, atque inimicæ, de quibus in Deuteronomio dictum est: Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia.] Denique vitia adeo sunt nobis inimica,

Bern. ser.
ad Fratres
de monte
Dei.

Psalm. 141.
num. 4.

Chryf. in
cap. 6. ad
Ephesios.
hom. 18.

Deut. 7.
2.

A vt peiores ipsi dæmonibus iudicentur, & maiora mala quàm isti in eurgumenorum corporibus, illa in mentibus vitiorum efficiant. Vnde *Beatus Cassianus* ait: Multi dæmonem in corpore alieno formidant, in suo corde dissimulant. Omnis enim, qui superbiam diligit, diabolo plenus est. Et si cum superbia etiam inuidiam habere voluerit, duobus dæmonibus subditus erit. Et si cum inuidia etiam adulterium fecerit, à tribus dæmonibus possidetur. Et si cum his malis mendacium amare voluerit, ab integra quadriga dæmonum subiugatur, & premitur. Nam quot vitia habuerit homo, tot habet dæmones. Denique & in Euangelio ille à quo immundus spiritus exierat, cum per gratiam Dei ab vno idololatricæ dæmonie meruit liberari, pro eo quòd in loco vitiorum virtutes noluit intrmittere, reuersus ille immundus spiritus adduxit secum septem alios spiritus nequiores se: & impletum est in eo illud, quod scriptum est: A quo quis superatur, huius & seruus est.] Et in eadem sententia *Cassianus* ait: Multo grauius vehemētiusque vexari, qui cum corporaliter à dæmonibus suppleri minimè videantur, animo tamen perniciosius possidentur, eorum scilicet vitis ac voluptatibus inuoluti. Nisi quòd isti in hoc desperatiùs ægotant, quòd cum sint eorum mancipia, nec impugnari se ab illis, nec dominatum eorum fere cognoscunt.] Ex his omnibus habemus, vitium esse affectionem animæ, non tantum virtuti, sed & naturæ nostræ contrariam, quæ cum rationalis sit, debet ratione, & lege diuina regi; vitium autem facit eam more pecorum, sensu & immoderato appetitu gubernari.

Cassianus
hom. 16.

Lucæ. 11.
num. 24.

1. Petr. 2.
num. 19.
Cassian.
colla. 9.
cap. 25.

C Ex hac vitiorum natura perspicuè colligitur, ea omnino esse delenda, ac radicis extirpanda, si volumus virtutes inserere, & mentis nostræ naturam, prout fert hæc vita mortalis, in perditam dignitatem, ac libertatem reuocare. Quod enim inimicum est virtuti, destruendum est, vt virtus perfectè regnet in nobis: & quod est naturæ contrarium, euellendum est, vt ipsa natura capax Dei caput attollat, & vinculis dissoluta, in suum finem velociter currat. Id enim præcipit Dominus in Deuteronomio, cum ait: Dissipate aras eorum (scilicet idolorum, quæ vitia designant) & confringite statuas, lucos igne comburite, disperdite nomina illorū de locis illis. Hæc omnia, dissipate, & confringite, comburite, disperdite, indicant euidenter vitia esse funditus extinguenda, ita vt (si fieri possit) sanctus seruo ex diuina gratia conceptus nec vllam eorum imaginem, aut memoriam relinquat. Ecce opus iusti Iosif, qui contriuit statuas, & succidit lucos, repleuit que loca eorum, ossibus mortuorum. Lucos namque succidisse, qui

Deut. 12.
3.

4. Reg.
23. 14.

nullius

Philo. lib. 1. legu. al. legoria. rum.

nullius vilitatis, & obscuri sunt, nihil aliud est, vt putat Philo Iudeorum disertissimus, quam vitia animæ noxia, & obscuros ac terros mores profligasse. Quid autem erit, lucorum sedes mortuorum ossibus repleuisse, nisi pugna aduersus partes, actusque vitorum, ea, vt nunquam resurgant, interitu perpetuo damnasse. Et quidem quandiu vitia in corde permanferint, illud pacatum esse non poterit, quod contraria (vt ita dicam) aduersariorum inter se vitorum voluntate confunditur. Vitia enim sibi mutuò inimica, contraria perant necesse est, quibus infœlix animus, qui simul contraria prestat non valet, nullo modo satisfaciet. Et volens, exempli gratia, iræ obedire, hypocritism lædit, qua vult mansuetus & immemor iniuriarum haberi; volens verò ab hypocritis, & ficta sanctitatis imagine non discedere, iræ atque indignationi suæ non minimam iniuriam inferret. Si inuidia commotus de fratris bono tristetur, & bonam eius opinionem detractionibus eleuare conetur, gloriam inanem, ac vanum omnibus placen di desiderium offendet, si huius causa sileat, in suâ inuidentiâ indignationem incurret. Nam quemadmodum seruus duorum & contrariorum dominorum, dum vni placet, alteri displicet, & ob vnum atque idem obsequium, ab altero præmium, ab altero verò poenam sperat, quare dictum est: Nemo potest duobus dominis seruire; ita vitii addictus, quæ sibi inuicem aduersantur, dum vnum pacat, aduersum se alterum commouet; & quidquid faciat, semper in anxietate & perturbatione remanet. Egregie profectò dixit Dorotheus; Vt corpus melancholicum & distemperatum continuè ab ipsâ melancholia & distemperantia vratur, & affligitur; sic anima vitii subiecta, semper à malitiâ & iniquitate sua torquetur, atque in perpetua memoria, dolore, & amaritudine est passio, quæ ipsam adurunt, & incendunt.] Pedes statuarum illius à Daniele descriptæ ex parte erant ferrei, & ex parte fictiles, quare nunquam stabiles existerent, neque bene coherere poterunt, quoniam ferrum & testa non possunt, natura ipsa repugnante, misceri. Sic affectus hominum vitii infecti, quorum alia sunt ferrea, & alia fictilia; illa vt superbia, ira, & auaritia, ex nimia improbitate durantur; ista, vt gula, luxuria, & accidia, ex immoderata facilitate mollescunt, semper bellis & inquietudinibus agitantur, & nequeunt vera pace & stabilitate firmari.

Matth. 6. n. 24.

Dorothe. doct. 12.

Daniel. 2. 33.

Luce. 11. 17.

1/2. 1. 8.

Bellum autem, & illud perpetuum, quid sequitur, nisi misera desolatio? nam, Omne regnū in se ipsum diuisum, desolabitur, & domus supra domum cadet.] Mens igitur in qua vitia regnant, & prælia, turbantia pacem virtutis, exercent, quotidie desolatur, atque consumitur. Et sicut hostilis exercitus inimicum sibi regnum inuadens arbores excindit, segetes vastat, & iumentata per campos discurrentia ad suum transfert dominatum, postea vires, & oppida obsidens infestat, angustat, capit, diruit, incendit, & solo æquat, ac tandem viros bellatores interficit, & promiscuam, atque infirmam turbam audaci manu capiat: ita vitorum agmen in animam irruens prudentes cogitationes ablegat, sancta desideria destruit, opera studiosa dissipat, sensus occupat, vires eneruat, virtutes irruptioni obstantes interimit, & vniuersa ad vitam spirituales pertinentia consumit. Et derelinquetur, ait, filia Sion, vt vmbra culum in vinea, & sicut tugurium in cucumeratio, & sicut ciuitas, quæ vastatur.] Quid magis solitariū quàm vmbra culum vineæ peracta vindemia? Quid magis ope destitutum quàm tugurium ab olitore desertum? Quid magis miserum quàm diues & copiosa ci-

A uitas direptioni & crudelitati inimicorum exposita? Sed talis est anima, quam Deus deserit, quam virtus contempta contemnit, quam vitorum acies libenter admittit, vt stultam & ignauam irridet. Quæ per possessionem virtutum nobilis est, & illustris, & planè tanquam Dei amatrix, & sponsa, vniuersarum creaturarum domina, vitorum tyrannidi subiecta, ignobilis, & vilis, & ancilla misera demonum, suorum hostium, efficitur. Et illa prius frequentissima ciuitas, & plena populo, sedet desolata, & sola, & quondam domina gentium, in captiuitatem redacta est, & facta sub tributo. Quare id? nisi quia [manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia eius,] & quicquid pulchrum, quicquid pretiosum erat, diripuit? Auscultat, ô lector, Dionysium Richelium, & dicit tibi quàm nobilis sit anima virtutum ditata monilibus. O desiderabilis, inquit, emundata mentis nobilitas! En enim ô anima per passionum victoriam, per immunditiæ odium, per virtutum splendorem, Christi efficeris amica, & sponsa: Creatoris tui hæres, & filia, insuper per hæc demonibus iubes, ac præuales. Lex tibi ordòque naturæ subiicitur, & quicquid diuinitus peris, mox desuper obrines. In carne angelica viuus, & vsque in consortium diuinitatis migras, neque à Creatoris tui dignitate ignobiliter miserabiliterque degeneras. Veneratur te Angeli, Deus diligit, dæmon formidat, caro mundusque sub te sunt. Denique hinc abeunt celi patent, syderæ mansiones præbentur, & beatorum præstantur contubernia. Venientem Trinitas sancta amplectitur, & æterna felicitas remunerat.] Hæc de anima plena diuitiis, & ornata virtutibus, dicta sunt; sed audi modò quid de anima subiecta vitii adiciat, & desolationem aduerte, vt videas quàm miserabile sit vitii ac prauis moribus subiacere. Porro vilis, atque infœlix, ait, contemptibilis, ac lugenda nimis anima, quæ carni ministras, quæ beatitudinis tuæ æmulis seruis, quæ peccato, itemque concupiscentiis famularis. Quam Deus odit, angeli spernunt, dæmon inhabitat; quæ Creatorem non curas, immò offendis, atque contemnis: quæ Saluatori ingrata es, & in criminibus fœtes, passionibus langues, ac sensualitati subiecteris. In qua præterea tyrannica potestate malitia regnat, ira superequitat: quæ demum humanam amplius quàm diuinam præsentiam veneras, ac metuis.]

D Hæc omnia Dionysius: quæ manifestè ostendunt, quanta sint vitorum incommoda, & quanto debeant pauore timeri, quanta diligentia vitari. His homo sibi metipsum inuenitur infestus. Nam si detractor sit, os suum, ac linguam commaculat; si impudicus, corpus fœdat; si inuidus, intima præcordiorum exulcerat: si iracundus, propriam mentem obnubilat: si gulosus, corpus & animam grauat: si accidiosus, se lapidibus, & statuis inanimis similem facit. Denique: Conuerteretur dolor eius in caput eius, & in verticem ipsius iniquitas eius descenderet.] Nam dum vitii se subiicit, semetipsum interimit, in suam cor tela retorquet, & sibi ipsi præcipuum ac maius malum infligit. His etiam homo Deo redditur inuisus, quia cum sit perennis fons bonitatis, mentem omnium malorum fontes, ac radices habentem, odio prosequitur, & auersatur. Et quemadmodum calor frigora pellit, & salus morbis obsistit, & lux tenebras obscuritatemque persequitur; ita diuina bonitas malitiæ vitorum opponitur. Quam si homo peruersa voluntate ductus in corde suo tenere voluerit, Deo pulsanti, & intrare volenti ianuam spiritualis habitationis occludit. Si enim, vt dixit Paulus: Quæ societas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad Belial?] quoniam modo

Thorena. 1. 1. & 10.

Dionys. lib. 1. de vita, & sine solis. ar. 16.

Psal. 7. 17.

2. Corin. 6. 24.



poterunt fons bonitatis, & radix malitiæ, in vnum conuenire, & Christus, ac inordinatus animus sociari? Vitii tandem homo proximis inuenitur ingratus, quem & boni fugiunt, ne suorum morum peruerfitate ipfos inquietet: & mali repellunt, ne falſa bona ab illis concupita diſcipiat. Boni vitioſum fugiunt, quia boni: & mali etiam vitioſum fugiunt, quia mali. Bonitas namque malum timer, ne ſuam puritatem contamine; & malitia malum timer, ne in bonis perituris, & vix vni ſufficientibus, velit habere conſortium. Quare malus à nullo diligitur, ab omnibus autem deſpicitur, atque contemnitur. Cuius figuram geſſit Iſmael, de quo ſcriptum eſt: Hic erit ferus homo, manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: & è regione vniuerſorum fratrum ſuorum figet tabernacula.] A fero homine, ruſtico, & incompoſito, omnes ſe ſubtrahunt, qui eo ipſo ab omnibus impugnatur, quòd cum nullo veram ac ſtabilem pacem habet, ſed cunctos oppugnat. Ipſe ſolitariuſ habitat, quia ſuperbia turgidus, & rerum terrenarum cupiditate ſolicitus, nulli ſe fidit, omnes ſuſpectos habet, & in medio bonorum, aut in ſocietate malorum habitans ſolus eſt, & vniuerſis oppoſitus, quia cum nemine dolosa conſilia communicat. O miſerum hominis ſtatum, quem ſuus conditor reiicit, quem ſocij repellunt, qui eo quòd vitiiſ & eſt ſtatis moribus ſubeſt, ſemetipſum ſuſtinere, & patienter ferre non poteſt!

Genef. 16. 12.

Pacem itaque inquirentes, & interioris rei publicæ ſtabilitatem amantes, & omnibus grati eſſe cupientes, vitia funditus deſtruamus. Nec ſimus vnus aut alterius victoria, & deletionis contenti, ſed ad mentis tranquillitatem, & puritatem obtinendam, omnia vincere & extirpare conemur. Sicut enim populus Dei electus nunquam pacificè terram promiſſam obtinuit, quòſque ſeptem gentes eam incolentes excidit, aut ſubiugauit: ita mens nunquam, niſi omnibus vitiiſ extinctis, ad pacem optatam perueniet. Multa ſpina, vel multi tribuli carni adhaerentes nos vehementer infeſtant; & licet omnes reiiciamus, ſi vnum tantum reſeruemus, ille nos conſtatè inquietat: ita omnibus vitiiſ exciſis, atque deletis, ſi vnum tantum ſuperſit, illud nos turbabit, & ab optata tranquillitate diuellet. Audiamus duceſt noſtrum,

Iſaie. 18. 3.

ac Saluatorem dicentem: Vſque quòd marceſis ignauia, & non intratis ad poſſidendam terram, quam Dominus Deus patrum veſtrorum dedit vobis? Eam autem, ſcilicet terram cordis noſtri, nulla ratione poſſidebimus, niſi illo præcepto cuſtodito, quòd Dominus Sauli miſſo ad Amalec deſtruendum impoſuit: Nunc ergo, ait, per os Samuclis, vade, & percutite Amalec, & demolite vniuerſa eius: non parcas ei, & non concupiſcas ex rebus ipſius aliquid: ſed interfice à viro vſque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem, bouem, & ouem, camelum, & aſinum.] Nec tantillum ex priſtina conuerſatione ex profeſſo reſeruandum eſt, nec in minimis vitium diligendum, nec minimus eius actus diſſimulandus; hic enim hoſtis eſt animæ, qui aliis intrare cupientibus, aditum oſtendet, & ianuam aperiet. Immo & ipſe porticus eſt vitiiſ patens, & apertus, qui negligenter omiſſus, licet reliqua omnia munita ſint; ad vrbiſ excidium euectionemque ſufficiet. Egrege enim dixit Caſſianus: Quantalibet vrbiſ ſublimitate murorum, & clauſurarum portarum firmitate muniatur, poſternula vnus quauis paruiffimæ proditione vaſtabitur. Quid enim differt, vrùm per excella mœnia, & ampla portarum ſpacia, an per cuniculi anguſti latibula pernicioſus hoſtis penetrabilibus ciuitatis irreat? Idemque confirmat Gregorius, parabolam Phariſæi, & pu-

1. Reg. 15. 3.

Caſſia. li. 5. de gaſt. 6. 11.

A blicani tractans, quorum illum, vnum vitium elationis in corde relicto cunctis bonorum operum meritis ſpoliauit. Ecce, inquit, ciuitatem cordis ſui inſidiantibus hoſtibus per elationem aperuit, quam fruſtra perieciunt, & eleemoſynas clauſit. In caſum munita ſunt cætera, cum locus vnus, de quo hoſti patet aditus, munitus non eſt. Gratiæ rectè agit, ſed peruereſe ſe ſuper publicanum extulit. Ciuitatem cordis ſui extollendo prodidit, quam abſtinendo & largiendo ſeruauit. Victa eſt per abſtinentiam gula, deſtructa ventris ingluuiſ, ſuperata eſt largitate tenacia, auaritia reſpreſa: quibus hoc laboribus actum credimus? Sed o quot labores vno vitio percuſſi ceciderunt, quanta bona vnus culpæ gladio ſunt perempta? Si enim vnum vitium, quòd arcem mentis noſtræ poſſideat, potens eſt virtutes ſubuertere, & reliqua vitia ſecum admittere; nec vnum relinquendum eſt, quòd non labor noſter diuina gratia ſultus extinguat. Merito etiam Paulus dixit, ad Theſſalonicenſes ſcribens: Ab omni ſpecie mala abſtinetes vos.] Quia non tantum magna mala fugienda ſunt, non tantum leuia mala vitanda, verùm & ſi quid eſt, quòd ſpeciem mali habeat, & imaginem alicuius vitij præferat, illud etiam reiiciendum eſt, ne aut vitam noſtram maculemus, aut infirmis malum exemplum præbeamus.

Greg. 19. mor. c. 13.

Iſta igitur ſit ſpiritualis viri cura, poſt gratia peccata deſtructa, aduerſus omnia vitia bellum indicere, & vniuerſa exterminare. Nam ſi volumus omnes virtutes acquirere, nullum vitium eſt in cordis reſſibus retinendum, quòd virtutiſ ſibi oppoſitæ atque inimicæ ingreſſum impediatur. Quòdlibet vitium aſutum eſt, atque proterum, quòd, ne ſe periculo extinctionis videat expoſitum, mille modis virtutis contrariæ ſtadium ac induſtriam eludet. Qua vel reiecta, vel in mente non admiſſa, difficile erit alias excipere, quæ ſicut ſoteres chariſſimæ ſolent eſſe ſemper connexæ. Et ſaltem illud certum eſt, virtutem animæ non eſſe perfeſtam, nec vndique ſplendidam, quam peſtilens alicuius vitij venenum infeſcerit. Immo & principium acquirendæ cuiuſque virtutis, ab odio & expugnatione vitij oppoſiti ſumendum eſt. Vnde Abbas Ioannes Cyzicus vit. ſanctiſſimus, interrogatus quonam pacto virtutes acquirantur, hæc ſententia memorabili, quam Ioannes Euiratus reſpondit, ad quaſtionis propoſitæ abſolutionem reſpondit: Qui virtutem poſſidere voluerit, niſi prius odit virtutiſ ex diamento contrariam malitiam, eam acquirere ac poſſidere non poteſt. Si igitur habere viſuſtatum, ſemper odio habeas riſum. Si humilitatem habere deſideras, ſuperbiam ſemper execrare. Si continens eſſe cupis, gaſtrimargiam odi. Si pudicus, deteſtare luxuriam. Si nudus, materiam fuge. Qui vult eſſe miſericors, auaritiam caueat. Qui eremum habitare deſiderat, ciuitatis frequentiam odio habeat. Qui cupit inuenire quietem, fiduciam oderit. Qui peregrinus eſſe vult, appetentiam odio habeat. Qui iracundiam continere deſiderat, multorum conſortia fugiat. Qui iniurias obliuifci vult, maledicta deteſtetur. Qui ſine detractioſe appetit, ſolitarius maneat. Qui continere vult linguam, obſtruat aures, ne multa audiat. Qui Dei timorem habere ſemper cupit, corporalem oderit requiem, diligatque afflictionem & anguſtiam.] Hac præclara ſententia beatus ſenex rationem acquirendarum virtutum expoſuit, & nullam aliam eſſe cœſiuit, niſi vt vitia omnia, & ſingula, ac vitiorum materiam declinemus. Arena enim inſtabilis ſeparanda eſt, vt ſupra petram ædificationis fundamēta iaciamus: & priuſquam bonum ſemen terræ committamus, ipſa eſt à tribulis & ſpinis

1. Theſ. ſal. 5. 22.

D

E

Pratum ſpiritu. c. 18.



purganda, & nunquam veritatis notionem acquirimus, nisi prius omnis error ac cæcitas fuerit sublata. Ita profus fontes vitiorum euellendæ sunt, vt pulcherrimus flos virtutis affurgat. Diligenter igitur, ait Salomon, exerce agrum tuum, vt postea ædifices domum tuam. Nam nisi rudera vitiorum abstuleris, firmam virtutis domum ædificare non poteris. Ab hac vitiorum exterminatione, in qua labor & dolor est, totus profectus spiritualis vitæ dependet. Et facillimum erit, aspirante gratia Dei, vitii exterminatis ac delectis, virtutes inlerere, spiritualement habere dulcedinem, & perfectionem comparare.

Quæ sint remedia generalia ad vitia superanda.

CAPVT II.

Nunc generalia quædam documenta, ac efficacia remedia ad omnia vitia protenda, pandamus, quæ strenuè suscepta, & gnauiter executioni mandata, nos, fauente diuina gratia, quæ initium est nostræ salutis, ab eorum molestia liberabunt.

I. Qui ergo cupis aduersum vitia bellum mouere, eaque è domo cordis tui eicere, primò satage eorum naturas agnoscere, & gradus atque actus inuestigare. Quomodo enim vides, quem non agnoscis, quem cum te feriat, & vulneret, quam longissimè abesse præsumis; quem, cum hostis sit, amicitia indumento contextum, vt amicum & familiarem hospitari non metuis? Talia autem sunt vitia, quæ sepe vt incautos decipiant, se virtutes esse mentiuntur. Quare signata sunt, secundum Gregorium, in illis amicis Iob, qui venientes, vt eum in afflictione possum consolarentur, non consolati sunt, sed apposuerunt dolores doloribus, & corporeas eius afflictiones, & quidem eximias, tristitiam menti ipsius iniectis superarunt. Sic vitia astutissima, amicorum, id est, virtutum, se vestimentis abscondunt, & quasi ad nos roborandos accedunt, cum tamen ad depradandum, & animum feriendum, adueniant. Egregiè sanè dixit Basiliius: Proxima, & veluti contigua ianuis gentiles quoque aiunt vitia esse virtutibus. Quilibet denique virtutis ianua simillimam in vitia ferentem vtinque speciem aperit, vt qui ad virtutem ingredi nititur, eius primùm ianua aditens, dum hac se pulsare arbitrat, aperta sibi hinc aut inde altera ex vitiorum ianuis, deceptus maxima similitudine, ingrediatur veluti virtutis domum: deinde cunctis eius errorem irridentibus, ipse quoque, & tempore, & experimento communitus, discat non solum ab ea se virtute, cuius aliquando ianua pulsare videbatur, esse remotissimum, verùm ne limina quidem eius attigisse, neque ipsi ianua, vt prius videbatur, adstitisse saltem, aut pulsasse. Ianua igitur virtutis, & ianua similiter vitij cognoscenda est: principium illius, ac istius non ignorandum, ne vnum pro altero recipientes decipiamur. Quemadmodum enim qui nescit quonam detineatur languore, aptum remedium non quærit; ita qui ignorat quonam vitio victus & oppressus sit, curari non valet. Quo pacto elationem excindes, si nescis te esse superbum? Quomodo auaritiam, & immoderatam cupiditatem rescabis, qui te ignoras auarum? Qua nam ratione gulam prosterpes, si tuam mentem prætereat te esse gulosum? Et quando carnis incentiua domabis, & dissimulata libidini frænum iniicies, si pu-

Atas iam carnem emortuam, cum viua sit, & ad malum procliuis, & absconditis quibusdam eiusdem insidiis (de quibus postea dicemus) impellaris? Quæso te hanc vitiosissimam scientiam addisce. Et sicut dialectici partem Topicam suæ artis addiscunt, vt eam exercent, Sophisticam verò, & deceptoriam vt caueant; ita & tu labora virtutum ac vitiorum naturas cognoscere, illas vt habeas, ista verò non vt habeas, sed vt solerti cura diffugas.

B Magnam odium, ac implacabilem indignationem aduersus vitia concipe, quod non erit difficile si eorum detestandam malitiam consideres. Nam vitia sunt origines peccatorum, fontes inquietudinum, fomenta affectuum inordinatorum. Sunt milites dæmonum, & acies ab aduersariis immisæ, vt parta bona diripiant, & nos caelestibus donis spolient. Hi milites, quos dæmones in cordibus hominum suo loco substituunt, ipsis dæmonibus (si Cassiano credimus, & non est cur tanto viro fidem non adhibeamus) infestiores sunt, quia illi nequissimi spiritus corpora energumenorum vexant, & in animas eorum potestatem non habent; vitia verò non corpora solum, sed animas quoque subiiciunt. Quas dum in suum transferunt dominatum, & ipsis dæmonibus subdunt, & ad omne genus flagitiorum inducunt. Ex isto vitiorum odio ingens desiderium vincendi eliciendum est. Quis enim vincere suos hostes non optet? Quis miseriam seruitutem excutere, & suæ salutis infestissimos aduersarios profligare non cupiat? Desiderium autem istud subsistentiam ad superandas difficultates, & animum ad patiendum, & molestias ferendas adiciat. Nemo quippe acerrimum hostem dormiendo vicit, nemo inimicum, fortiter resistentem, sine difficultate prostravit. Ac proinde nullus poterit vitiorum suorum durissimam dominationem, semetipsum palpando, & suis imperfectioribus annuendo, proterere. Quapropter Gedeon ad manus cum Madianitis conferendas procedens, segnes, & pusillanimes bello prohibuit: ac iubente Domino proclamauit: Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur. Quia videlicet istud spirituale bellum in illo Gedeonis designatum, non tepida desideria imperfectorum, sed desiderium vehemens, quod ad opus progrediatur, omnino requirit. De iniquis enim dictum est in Iob: Quia inuoluta sunt semitæ gressuum eorum, quoniam (vt inquit Gregorius) recta quidem deliberando appetunt, sed ad consueta semper mala replicantur, & quasi extra se tensi ad semetipsos per circuitum redeunt, qui bona quidem cupiunt, sed à malis nequaquam recedunt. Esse quippe humiles, sed tamen sine despectu esse contenti propriis, sed sine necessitate esse casti, sed sine maceratione corporis: esse patientes, sed sine contumeliis, volunt: cumque adipisci virtutes quærunt, sed labores virtutum fugiunt, quid aliud quam exhibere belli certamina in campo nesciunt, & triumphare in urbibus de bello concupiscunt? Hæc infirma desideria à Gregorio descripta parum proderunt ad extirpanda vitia: quare ex magno vitiorum odio magnum etiam desiderium excutiendum est, quod nos faciat pro victoria fortiter decertare, & labores aliquos pro virtutum acquisitione sustinere.

E Ardentibus his desiderijs assiduam orationem adijunge, qua instanter à Domino petas, vt tibi aduersus omnia vitia, & præsertim aduersus illud, cum quo specialiter pugnas, victoriam concedat. Nam ipse est, qui sicut immittit desiderium pugnandi, & vincendi voluntatem; ita etiam dat nobis victoriam per Dominum nostrum Iesum Christum.

I I.

Cassian.
coll. 7. c.
25.

Iudic. 7.
3.

Tob. 6. 18.

Greg. lib.
7.
Mor. cap.
12.

I I I.

1. Cor. 15.
57.

Beata quoque Virgo Maria, & omnes sancti interpellandi sunt, qui & orationes nostras exaudiunt, & potentes sunt apud Dominum, vt vires gratiae ad hoc bellum feliciter peragendum nobis impetrent. Moses hostes Domini oratione vicit; vnde scriptum est in libro Iudith: Memores estote Moyfi serui Domini, qui Amalec confidentem in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, non ferro pugnando, sed precibus sanctis orando deiecit.] Imago est viri nulli, perfectionemque sitientis, qui non tam bonorum actuum exercitatione (licet haec nullo modo omittenda sit) quam ardente & assidua oratione de hostibus victoriam obtinet, & vitia inueterata profertur. Eliseus quoque in Dothan a Syris circumdatus, cum volentibus comprehendere, validissima militum caelestium acie protegatur. Quia angeli & sancti de hominum salute solliciti, eos protectione sua ab inuisibilibus aduersariis & a vitis defendunt. Nunquam ergo est ab oratione cessandum, qua & Domini misericordiam fletemus, & sanctos ac dilectos eius importunis precibus exoremus. Humana imbecillitas ex vna parte, & ex altera propria vincendi necessitas compellat, oratione, id est, quodam armorum genere efficacissimo, vitia insequi, quae sicut tenebrae ad lucis aduentum disparent, ita ad orationis efficaciam euanescent.

Iudith. 4. 13.

4. Reg. 6. 14.

IV.

Studiosam occupationem rerum vtilium imprimis dilige, ex honestissimo fine placendi Domino, & in actiones spirituales incumbendi, susceptam, quae dum studia virtutum infert, malis aut inutilibus actibus vitia generantibus, sine vlla molestia resistit. Ora semper, aut lege, aut scribe, aut quae scribenda sunt, aut aliis, aut tibi profutura, meditare: vilitati proximorum inserui, eorum confessiones excipe; tristitias discretis consiliis expelle, dubitates exolve: diuino cultui quiete & reuerenter insiste, & aut incrementum sacrificii celebres, aut in choro, aut priuam psallas, mens tua ab omni segnitie & otiositate discedat. Si his potioribus rebus praestandis non sis idoneus, labores corporales suscipito, quos status admittat, quos mentis tranquillitas sufferat, quos obedientia praescribat. Et hoc vnum tibi sit cordi, nunquam otiosi, nunquam rebus inutilibus occupari, sed sanctis aut necessariis laboribus detineri. Otium noxias cogitationes excitat, mala desideria gignit, & ad peruersa opera carnem impinguat, atque adeo similia cogitationibus & operibus, ad quae inclinat, vitia producit. Inutilis autem occupatio non est vitium extinguere, sed nutrire; quod non solum malis actibus gignitur, sed inutilibus roboratur. Quare ab vtroque, scilicet a pernicioso otio, & ab inutili negotio, vitiorum impugnatore ablineat. Nam & milites regis Antiochi [intulerunt filii Israel bellum Sabbatis;] & quia Sabbatizate voluerunt, [mortui sunt ipsi, & uxores eorum, & filij eorum, & peccata eorum.] Tempore ergo belli, nullo modo nos otiositati tradamus, neque sabbata celebremus, sed irruentibus vitis resistendum est; ne occupatione vacuos, & somno, aut rebus inutilibus occupatos interimant. Et incidat nobis consilium bonum, quo alij alieno discrimine eruditi dixerunt: Omnis homo, quicumque venerit ad nos in bello die sabbatum, pugnetus aduersus eum; & non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis.] Nam verè otiosus & iners vitiorum gladio transfuerberatus, in occultis cadit, quem, licet nihil mali foris agat, abditus in peccatum consensus occidit. Quod autem non sufficiat otiositatem fugere, sed etiam necesse sit ab inutilibus operibus temperare;

1. Mach. 2. 38.

1. Mach. 2. 41.

A docet Gregorius sic scribens: Sed sciendum est, quod idcirco nonnunquam impulsu illicitae cogitationis affligimur, quia in quibusdam terrenae cogitationis actibus (quamuis licitis) libenter occupamur. Cumque vel in minimis terrena actio per desiderium tangitur, crescente contra nos antiqui hostis fortitudine, mens nostra non minima importunitate tentationis inquinatur.] Quare idem sanctus doctor putat in Leuitico praecipuum esse, vt pedes, & intestina hostiae aqua lauentur, quia nimirum inepra cogitata ex terrenis occupationibus nascuntur, elucenda sunt, vt oblatum sacrificium cordis nostri diuinus amor accendat.

Greg. 1. 9. Mor. c. 31.

Leuit. 9. nu. 14.

V. Vitij occasione, quod impugnare vis, animose fuge; vt si gula fauciaris, conuiuia, & ciborum lautitiam, & consortia ventri seruientium euita; si auaritia deprimeris, pretiosam suppellectilem, & vel vnus oboli possessionem declina; si superbia turges, hominum plausus, & laudationes, necnon & omnia, quae apud mortales splendent, dignitatis munera, si potueris, caue. Occasio fortes superat, quanto magis infirmos deiciet? Alienos a vitis telo vitiorum vulnerat, quanto fortius vitio implicatos interimet? Sani & vegeti in occasione, tanquam in loco insalubri positi, vitij aegritudinem contrahunt, quanto facilius iam morbo infecti, pestilenti aegritudine subruentur? Cupiens a morbo corporis liberari, prius noxium humorem sistis, & illum purgatione euacuas, quia aliter medicamenta vim sanandi non habent; idem tibi ad curationem animae secundum Chrysostomum, faciendum est: semper enim vitiosus humor stillabit, nisi fontem, id est, occasionem, obstruxeris. Cor hominis, praecipue vitis affectum, est veluti materies ad ignem suscipiendum parata: si tu illi per occasionem ignem apponis, quid mirum si te ignis flamma comburat?

V.

VI. Si te sentias ab aliquo vitio impugnari, statim in principio impugnationis resiste; facilius est enim infirmum hostem vincere, quam de robusto & valido victoriam reportare. Modicum semen, id est, primam vitij cogitationem, euelle, ne altas radices in corde figens in arborem proceram exerceat. Primae serpentis suggestioni aurem obtura, ne verba eius voluptatis melle circumlata mulierem, nempe sensualitatem decipiant, & per mulierem, vitium, id est, rationem, ad consensum inleant. Dicitur est a Domino iniquo serpenti: Ipsa, (id est, mulier) conteret caput tuum, id est, suggestionis initium, vt illud, quemadmodum ait Augustinus, in initio male suasionis excludat. Si autem sensualitas carne signata, ratione annuente, caput prae suggestionis non frangat, qua ad opera vitiorum incitatur, quomodo vitio domus cordis ingresso, & corde, robore eius occupato, iam capti, & victi resistemus? Resistite diabolo, inquit Iacobus Apostolus, [& fugiet a vobis;] quando autem resistendum est ei, nisi cum incipit in regnum nostrum irrumpere? Nam si nobis locordia deditis terram nostram ingrediatur, & arces animae, id est, vires, possideat, quis poterit vitiorum nexibus colla non subdere? Quis miseram seruitutem, & lugendum casum declinare?

Chryf. li. 1. de corruptione cordis.

Genes. 3. n. 17.

Aug. lib. 2. de generatione. Manich. cap. 13. Tom. 1.

Iac. 4. 7.

VII. Vitia contrariis virtutum actibus tum internis, tum externis expugna, & leues etiam vitiorum defectus severissima censura castiga; sic quasi vno eodemque labore, & vitium profligabis, & oppositam virtutem obtinebis. Quia autem hoc est praecipuum vitiorum extinguendorum remedium, paulo latius est explicandum. Primo ergo aduersus monstra vitiorum actibus virtutum internis decerta, & proposita tibi ante oculos mentis occasione vindictae, aut

VI.

VII.

ambitionis,

Cassian. coll. 19. c. 14.

Psal. 118. n. 60. Psal. 125. n. 2. Psal. 138. n. 21. 24.

Bern. de ordine vi. ta. p. 8. medium.

Infl. lib. de casto. annubio. c. 7.

ambitionis, mansuetudinem, & humilitatem amplectere, & te aut iniuriam patienter laurum, aut honorem humiliter contempturum, ob amorem & imitationem Christi, constanter statue, & in pace positus, ac si actu impugneris, bellum euince. Quomodo verò id præstandum sit, Ioannes Cassianus eleganter exposuit. Cum se igitur, inquit, impatientia, siue iræ perturbationibus inculati vnusquisque deprehenderit, contrariis semetipsum obiectionibus semper exerceat, & propositis sibi multimodis iniuriarum dispendiorumque generibus, velut ab alio sibi met irrogatis, assuefaciat mentem suam omnibus, quæ inferre improbitas potest, perfecta humilitate succumbere, atque aspera sibi quæque, & intolerabilia frequenter opponens, quæta eis occurrere debeat benignitate, omni iugiter cordis contritione medietur. Et ita respiciens ad illas sanctorum omnium, siue ipsius Domini passiones, vniuersa non solum conuictorum, sed etiam peccatorum genera inferiora meritis suis esse pronuncians, ad omnem se dolorum tolerantiam preparabit. Hanc docet iste magnus pater rationem pugnandi cum vitis: si autem quis ceciderit, & in ira scopulum, quem impugnabat, impigerit, dicat ipse quid sit accepto vulnere facturus. Sic, ait, seipsum obiurgans & increpans alloquatur: Tunc ille es bone vir, qui te dum in illa sollicitudinis tuæ exerceres palæstra, omnia superaturum mala constantissimè præsumebas, qui dum tibi non solum summam conuictorum acerbitates, verum etiam intoleranda supplicia ipse proponeres, satis validum atque ad omnes procellas immobilem te credebas? Quomodo inuicta illa patientia tua leuissimi verbi prolusione confossa est? Quomodo domum tuam super illam solidissimam petram tanta, vt tibi videbatur, mole constitutam, leuis aura commouit? Vbi est illud, quod inani fiducia bellum in pace desiderans proclamabas: Paratus sum, & non sum turbatus?] Et cum propheta sæpe dixisti: Proba me Domine, & tenta me, virenes meos, & cor meum.] Et, Proba me Domine, & scito cor meum, interroga me, & cognosce semitas meas: & vide si via iniquitatis in me est?] Quo modo ingentem certaminis apparatus exigua hostis umbra conterruit?] Ecce interiorum actuum exercitationem aduersus vitia ex virtutum actibus, atque ex tui ipsius, si cecideris, reprehensione compactam, quæ non semel, & persuntoriè facta, sed sæpe, & instanter iterata vitia extenuat, & tandem ex habitatione cordis excludit. At non solis internis actibus debes esse contentus, sed curabis externas virtutis actiones vitio contrarias, quod impugnas, interiori consuetudini mentis adiuuere. Ita scilicet, vt contra libidinem, exempli gratia, corporis maceratione; contra superbiam, vilium obsequiorum exhibitione; contra gulam, inedia & abstinentia pugnes. Internis enim operibus externa hæc attestantur, quæ si, oblata opportunitate, desint, fictos fuisse aut inefficaces cordis affectus euidenter ostendunt. Aduersus impetum vitiorum, inquit Bernardus, contrariis virtutibus est pugnandum. Contra luxuriam adhibeatur cordis mundicia: contra odium, dilectio: contra iracundiam, patientia: contra timorem, fiducia: virtus: contra torporem, feruor boni studij: opponatur tristitia: gaudium, accediæ fortitudo; auaritiæ largitas; superbiæ humilitas. Et Laurentius Iustinianus, propositis similibus aliis exemplis, concludit: Vitius virtutum oppositione resistendum est. Nunquam vt ad actum, nunquam vt perturbant ad consensum, permitienda sunt. Sicut intus fremunt, vt prosiliant ad opus: ita quoque intus mucrone resistentiæ iugulentur; iuxta propheta

A | admonitionem dicentis: Quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini.] Si quando verò tramitem virtutis excesseris, & vitio impugnatus in aliquod leue peccatum incidaris, te ipsum ob illum defectum, vltra reprehensionem iam dictam, qua temetipsum increpas, aliqua exteriori pœna castiga. Leuissimam impudetiæ cogitationem, dita carnis flagellatio; motum nonnullæ indignationis aduersus fratrem, humillima veniæ postulatio; assumptorum ciborum excessum, longum ieiunium puniat; vt mens in quadruplum castigata, leues etiam casus reformidet. Cassianus quidem hanc partem istius documenti docere non prætermisit, qui illum aduersus iram pugnantem erudiens, post ea, quæ supra retulimus, hæc subdit: Tali semetipsum compunctionis animaduersione condemnans, inultam animi sui commotiunculam esse non sinat, sed arctiore carnem suam ieiunij ac vigiliarum correptione castigans, ac iugibus continentia pœnis culpam suæ mobilitatis excrucians, id quod ad plenum excoquere in cœnobij conuersatione debuerat, in sua cella constitutus, hoc exercitationis igne consumat.] Ecce optimam rationem, ac modum aduersus vitia pugnandi, quem si perseueranter tenueris, & Dei gratiæ fidens tractaueris, vitia comprimes, virtutes inferes, & incredibilem pacem assequeris.

B Ne simul, & vno tempore omnibus vitis ex professo bellum indicas, sed aduersus vnum quodpiam, quod velut radix est aliorum, & tuam mentem magis infestat, acriter pugna; quo victo aliud huic proximum, quod non minimam inferit molestiam, insequitor, & hoc exciso alia deinceps vnum post aliud facili negotio subuerteris. Hunc esse ordinem aduersus vitia præliam Moses docuit, sic loquens ad populum Israel: Non timebis eos, (id est, hostes tuos,) quia Dominus Deus tuus in medio tui est. Deus magnus, & terribilis: ipse consumer nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Non poteris eas delere pariter, ne fortè multiplicentur contra te bestia terra.] Paulatim itaque, & per partes vitia expugnanda sunt, tum ne vltra vires nobis datas, opus suscipiamus, tum ne si quasi vno impetu omnia vinceremus, bestia terra, id est, superba cogitationes nobis de parta victoria blandientes, victoriæ fructum per elationem nostram in mortis occasione conuertant. A molestioris ergo vitij impugnatione incipiendum est, quo tanquam duce prostrato, minus erit difficile milites imbecilliores fugare. Id autem in hunc modum docet Cassianus: Ita nobis aduersus hæc arripienda sunt prælia, vt vnusquisque vitium, quo maximè infestatur, explorans, aduersus illud arripiat principale certamen, omnem curam mentis, ac sollicitudinem erga illius impugnationem obseruationemque defigens: aduersus illud quotidiana ieiuniorum dirigens spicula, contra illud cunctis momentis cordis suspiria, crebraque gemituum tela contorquens, aduersus illud vigiliarum labores, ac meditationis sui cordis impendens, indefinenter quoque orationum fletus ad Dominum fundens, & impugnationis suæ extinctione ab illo specialiter ac iugiter poscens.] Et paulo post: Cùmque se ab ea, scilicet passione, senserit absolutum, rursus latebras sui cordis simili intentione perlustrat, & excipiat sibi, quam inter reliquas perspexerit diuorem, atque aduersus eam specialius omnia spiritus arma commoueat: & ita semper validioribus superatis celem de residuis habebit, faciliemque victoriam.] Aduersus ergo præcipuum vitium tota mentis intentione pugnandum est, quod particularis conscientia examinatio præstabit, de quo infra sumus dicturi.

Psal. 4. n. 5.

Cassian. coll. 19. c. 14.

VIII.

Deuter. 7. 21. 22.

Cassian. coll. 5. c. 14.

Nec



Cassian. ibid.

Ansel. li. de sim. li. 1. 145.

Hoc eodē lib. 1. par. c. 18.

Mar. 9. 28.

Deut. 9. 4.

Nec putandum hac vnus vitij delendi cura, nos erga aliorum ictus & tela incautos inueniri: quia, vt idem sanctus pater ait, & ipso experimento didicimus, impossibile est quenquam diligenter vni vitio resistere, quin etiam generali quodam horrore, & mentis suae custodia, aliorum etiam insultus non fugiat, aliorum tela non timeat. In cuiuslibet autem vitij impugnatione à facilibus incipe, & ad maiora & difficiliora procede. Ad quod non modicum valet simile Anselmi, vt sicut arborem proceram succidens, prius in circuitu arbutta curat excindere, ne sibi arborem succidenti possint obesse: ita prius faciliora vitij sunt extirpanda, vt ad difficiliora & robustiora progrediamur.

IX.

In omnibus, quae cogitaueris, quae ore protuleris, & quae opere ipso praestiteris, eam moderatam, & prudentem attentionem custodi, quam supra ad leuiorum peccatorum fugam necessariam esse protulimus. Cum enim tantum sit boni malique discrimen, & Dominus nobis lucem ad boni & mali notionem impenderit, non poterit homo ex desiderio placendi Deo, in omnibus circumspecte & attentè procedere, quin videat in multis quid vitiosum sit, & à ratione deuiet; quid etiam studiosum; & ab omni vitio ac labe declinet. Haec autem aduertens assuescet, studiosè & circumspectè se gerere, & ipso studio bene operandi virtutes promouebit, & vitia magis ac magis extenuabit, quo vsque ea omnino subuertat, & passiones animae vitii liberat, & virtutibus decoratas, non multum ex fomite aduersus Dei legem insurgentes relinquat.

X.

Non tantum oratione, desideriis, fuga occasionum, vili occupatione, & circumspecta attentione, contrariis actibus, & celeri resistentia aduersus vitia te protege, sed ea aliis etiam quibuscunque bonis operibus semper expugna. Quae oblata Domino, vt nos à vitiorum seruitute liberet, victoriam vitiorum, ac virtutum acquisitionem, impetrant. Aduersus superbiam (vt exemplo aliquo vtamur) bellum geris? Orationes ergo tuas, quotidianam psalmodiam, missae sacrificium, ieiunia, vigiliis, cilicia, flagella, ministerij occupationem, corporales labores, & quicquid aliud bonum inciderit, Deo humiliter offeras, & ea, expressa intentione facito, vt in te Dominus superbiam comprimat, & virtutem humilitatis infundat. Ista namque opera ex hac intentione Domino maiestatis oblata, diuinam eius misericordiam insecunt, vt clamantem audiat, & tot modis pro superbiae extinctione laborantem aspiciat, & sui cordis illi desideria concedat. Hoc genus demoniorum, (dixit aeterna veritas,) non eicitur nisi in oratione, & ieiunio,] quo vitia signata sunt, quae debent assiduis orationibus pelli, & bonis operibus ad ea delenda suscepris extirpari.

XI.

Si aliquando à te vitia prostrata atque expugnata conspexeris, Domini beneficium agnosce; pro eo immensas gratias age; neque Dei in te vincens victoriam superbe tibi attribuas, neque de extinctione inimicorum tuorum ac de assequitione virtutum praesumptuosè gloriaris. Ne dicas in corde tuo (vt nunc Spiritus ipse sanctus in Deuteronomio te doceat) cum deleuerit eos Dominus (eos scilicet vitiorum cuneos) in conspectu tuo: Propter iustitiam meam introduxit me Dominus, vt terram hanc possiderem, cum propter impietatem suam ista delata sint nationes.] Opus ergo Dei, quod ipse in conspectu tuo fecit, & te eius abundantissima gratiae tantillum cooperante parauit, nullo modo tibi arroges, sed magis illi, cuius est opus, non sine grati animi significatione concede. Nec putes te vitiorum

A deletionem ex iustitia meruisse, quoniam ipsorum extinctio misericordia Dei fuit, te liberantis, & in terra cordis tui possessionem inducentis; iustitia autem comparatione vitiorum, quae miseram gentem templum Domini, id est, cor tuum, occupantem extinxit. Si hanc tibi victoriam adscripseris, & Dominum eius autorem ignoraueris, iterum victi hostes, eo permittente confluent. Cum ceciderit inimicus tuus, ait Salomon, ne gaudeas, & in ruina eius ne exulter cor tuum: ne forte videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.] Ne scilicet superbe gaudeas in casu vitiorum, & in parta de illis victoria ne imprudenter exultes: displicebit enim Domino praesumptuosa exultatio, & quasi vitio placabitur, dum illud pullulare, & vires aggregare permiserit. Ne itaque ob victoriam & pacem in superbiam efferaris, sed modestior effectus, Dominum tui amatorem & vitiorum destructorem agnosce.

Denique si vitium aliquod perfectè non viceris, illudque te deiiciens & saepe feriens animaduertaris, ne despondeas animum, nec ab eius impugnatione cesses; quia si humiliter ac constanter perseueraueris, tandem victoriam assequeris. Aut saltem si Dominus leues in te casus adhuc permiserit, id ad tuam humilitatem & patientiam faciet, & vt perfectius non in tua iustitia, sed in sua misericordia confidas. Scit enim ipse, qui summè bonus est, ex nostris casibus profectus etiam nostros facere, & ex malis bona maioris alicuius virtutis elicere. Ac proinde casus & defectus tuos in abyssum eius misericordiae proiice, & te miserum esse, vt ille magis misericors appareat, aequanimiter sustine.

Haec sunt remedia generalia vitiorum, nunc ad magis specialia transeamus. In hac autem tractatione non tam nos, vitiorum vituperatores, quam naturae eorum exploratores exhibebimus. Qui, vt supra diximus, & cuiusque vitij ex octo praedictis primò naturam & actus aperiemus; deinde verò more medicorum congrua & apta remedia breuiter assignabimus: quae, gratia Dei faciente, & humanis conatibus fauente, mentisque torporem excitante, eam sanent, vitia deleant, & nos paratos ad virtutes suscipiendas efficiant. Ordinem autem Cassiani seruare intendimus, vt scilicet à crassioribus vitii, & quae primò à viro spiritali proterenda sunt, inchoemus, & ex illis ad subtiliora & difficiliora tractanda procedamus.

De vitio Gulae, atque eius gradibus.

CAPVT III.



VLA, vt diuus Thomas Aquinas ait, est appetitus inordinatus cibi & potus. Non quidem ille appetitus naturalis ad vires pertinens animae vegetabilis, quo naturaliter esurimus & sitimus, cum ob consumptionem prioris alimenti, nouo cibo & potu indigemus. Hic enim naturalis cum sit, & aculeo necessitatis excitatus, & minimè rationi subiectus, non potest ad vitium nec virtutem pertinere. Sed appetitus sensitius ad vim concupiscibilem spectans, quo etiam cibum, & potum appetimus, si à mensura rationis deuiet, vitio ac immoderationi subicitur. Hic itaque cum inordinatè cibum & potum appetit secundum aliquem modum eorum, quos statim dicemus, vitiosus est: & habitus ille, quo ad inordinatam cibi potusque sumptionem inclinatur, vitium gulae ad intemperantiam pertinens dicitur. Quod

cibum

Pro. 24. 17.

XII.

D. Thom. 2. 2. q. 148. art. 1.

cibum, & potum corporis necessitatem excedentem, appetit, non quia homo talem cibi, aut potus quantitatem, aut qualitatem necessariam existimat: hoc enim, non tam gula, quam imperitia & ignorantia vitium erit, quod inutile est necessarium putantis, sed quia ea praeter ordinem sumpta, suum gustum palatumque delectat. Et ideo sententia est Nili Abbatis: Quod gula voluptatem pro fine propositam habet. Quod vitium prohibuit Dominus, dicens: Attendite vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitae. Et iusque meminit Paulus: Sicut in die, inquit, honeste ambulemus, non in comestationibus & ebrietatibus. Ac postea: Et carnis curam ne feceritis in desiderijs. Et merito quidem gula prohibita est, quae & corpori, & animae nocet, & tempus orationi, lectioni, & sanctis laboribus debitum, ciborum digestionem, & vini concoctioni surripit. Quotidiano enim experimento probatur, inquit Leo Papa, potus satietate aciem mentis obtundi, ciborum nimietate vigorem cordis hebetari, ita ut delectatio edendi, etiam corporum contraria sit salutem, nisi ratio temperantiae obstitat illecebrae, & quod futurum est oneri, subrahatur voluptati. Gulosi illa Domini maledictione feriuntur, qua serpenti dictum est: Super pectus tuum gradieris, & terram comedes omnibus diebus vitae tuae. Qui enim sunt, ait Ambrosius, qui in vtero suo ambulant, nisi qui ventri & gulae viuunt: quorum Deus venter est, & gloria in pudendis eorum, qui terrena sapiunt, & cibo onerati ad terrena curantur? Qui non bestiae sed homines conditi sumus, statura recti, & luminibus in caelum elati, nequaquam tam vilibus curis ciborum & ventris onerati, generis nostri nobilitatem inquinemus.

Gulae species variae a patribus assignantur. Dorotheus enim duarum tantum fecit mentionem, quarum altera homo ad dulcia, & gustui suavia trahitur: altera, usque ad satietatem ciborum quorumcunque nimietate distenditur. Ioannes Cassianus, & Hugo Victorinus, tres species assignant, ex ciborum quantitate, qualitate, & refectiois tempore resultantes. Ille sic ait: Gastrimargiae genera sunt tria. Primum, quod ad refectioem perurgeret monachum ante horam statutam ac legitimam, festinare. Secundum, quod expletionem ventris, & quarumlibet escarum voracitate laetatur. Tertium, quod accuratiores & delicatissimos desiderat cibos. Hic vero sic: Tria sunt in cibo consideranda, id est, quid, & quando, & quantum comedamus: scilicet cibi species, hora, & mensura; ne illicitum, aut extra horam, aut ultra mensuram aliquid sumamus. Isidorus species gulae quatuor existimat. Nam quatuor sunt, inquit, genera distinctionum in gula appetituum est, quid, quando, quantum, & quomodo appetatur. Quid, ad rem ipsam pertinet, quae appetitur. Quando, si ante legitimum tempus quid appetatur. Quantum vero, ad immoderationem refertur. Quomodo, ad impatientiam festinationis adscribitur. At Gregorius ista genera usque ad numerum quinarium extendit, cuius haec sunt verba: Sciendum est quia quinque modis gula vitium tentat: Aliquando namque indigentiae tempora praevenerit: aliquando vero tempus non praevenerit, sed cibos lautiores quaerit: aliquando, quaelibet sumenda sunt, preparari accuratius expetitur: aliquando autem & qualitate ciborum, & temporum congruit, sed in ipsa quantitate sumendi mensuram moderatae refectiois excedit. Nonnunquam vero & abiectus est quod desiderat, & tamen ipso actu immensi desiderij deterius peccat. Iure profecto hanc partem gulae distinctionem sequimur, quam &

A Thomas probavit, & ratio ab eo adducta satis aperte confirmat. Omnis enim inordinatio gulae, ex duobus, scilicet ex ipso cibo assumpto, & ex eius acceptione, consideranda est. In cibo tria sunt, quae possunt rationis metas praeterire. Vnum est substantia cibi, si lautior & pretiosior cibis quaeratur, quam status noster aut necessitas fert. Alterum, qualitas cibi, si exquiratur preparationis excessus. Tertium, quantitas, si ultra mensuram ingeratur. In acceptione vero cibi duo sunt, quae rationi dissonant, aut tempus, aut modus sumendi, quae omnia, quinque genera voracitatis ac ebrietatis efficiunt. Sed nos in iungulis istis generibus habemus aliquid, quod dicamus. Peccant quidem illi, & in via spirituum valde errant & imperfecte se gerunt, qui horam consuetam comedendi praevenerunt. Quo peccato notatus est Ionathas, cum insequens Philistaeos, ausus est ex mellis fauo comedere. Hic enim eo quod tempore laborandi & praeliandi gustavit, eam durissimam patris sententiam audiuit: Haec faciat mihi Deus, & haec addat, quia morte morieris Ionathas. Eodem vulneratus est Propheta ille, qui adversus praecipuum Domini, antequam exiret ex loco, ipso Domino inuito, cibum accepit, quem invenit leo in via, & occidit eum: & sine dubio leo illum non occidisset, nisi prius gula immanior bestia vulnerasset. Et eodem sane vitio non pauci spirituales viri sordere noscuntur.

Primo illi, qui aut senium, aut imbecillitatem praetendentes, ante consuetam congregationis horam, volunt sibi prandium sine necessitate ministrari, quo & Praelatos, & ministros onerant, & fructu laboris vnius horae, aut dimidia, qua sicut alij laborare possent, semet ipsos euacuant. Sed quae, rogo, religio, inquit Bonaventura, quae paupertas, si mox ut esuris, mox ut sitis, volita pares, facies appetitum, nec eum usque ad statutam horam scias compescere? Hi si se pauperes scirent, quibus victus ex misericordia datur, non ex iustitia debetur, scirent etiam non praeveterere ordinem disciplinae, & paulisper communem horam expectare. Si vim aliquam sibi metipsis facerent, & suas vires experirentur, quas citra dubium ad prandium tantisper differendum habent, non tam facile se merito communis obedientiae, & sanctae lectionis, quae in mensa conventu ali personat, utilitate priuarent.

D Deinde illi imperfecte se gerunt, qui mane comedunt, imò & nonnunquam sacrum praevenerunt, quod nisi ieiunii celebrare non possent, ut ientaculum tempestive accipiant, nec ista indulgentia contenti, etiam merendam post prandium, & ante cenam parant, ut non iam bis in die, sicut consuetudo fert, sed quater ventrem impleant, & altiores mentis functiones impediunt. Non advertunt, quod, sicut idem Sanctus doctor ait, ultra duas vices in die, puerorum, seu pecudum more comedere, potum extraordinarie frequentare, religionis temperantiam, & decorem euidenter offendit.

Sed quid dicam de illis, qui pro diebus solennioribus opipara ientacula sibi, aut in cenobio, aut in domo alicuius secularis, (quod peius est) parari faciunt, ut ante solennia officia, & factam concionem cum amicis comessentur? Haecne est puritas ad festi celebrationem apta? Haec spiritualis preparatio ad noua Dei beneficia promerenda? Haec singularis cura vacandi diuinis, ut nouus feruor adsit, & noua ac insolita lux illis affulgeat? Certè omnis natio Iudaeorum, ut Iosephus indicat, quo tempore Domino seruebat, diebus solennibus usque ad horam sextam, id est, mediam diem, nihil omnino gustabat. Et Petrus Apostolos Spiritu sancto plenos, ex eo probat

D. Tho. 2. 2. 9. 148 art. 4.

1. Reg. 14. 44. 3. Reg. 13. 24.

Bonav. in specul. 2. p. principali. c. 2.

Bonav. ibid.

Ioseph. in vita sua. Act. 2. nu. 15.

Luca. 21. 34.

Rom. 13. 13.

Leo. ser. 8. de ieiunio de cimi mes.

Genes. 3. 14. Amb. lib. de para. d. s. c. v. l. tim. Philipp. 3. 19.

Dorotheus. doctrina. 15.

Cassian. lib. 5.

Hugo li. 1. de clau. s. v. an. ma. c. 6.

Isid. li. 2. sent. c. 42.

Greg. 30. Mor. cap. 17.



ebrios non esse, quod tunc esset hora diei tertia. At homines Deo consecrati nunc nec horam sextam, imò nec tertiam ad comedendum expectant, sed satis mane, & in diebus solennibus comedunt, ut se ostendant nec hominibus antiquæ legis æquales, nec Apostolorum sectatores. Ista omnia vita spiritualis horret, & cultores suos in his diebus sacratoribus diuino cultui ieiunos, & meditando, & puros assistere iubet. Quin & ipsos communiter usque ad communem refectioem horam cibis abstinere facit, & frugali prandio, ac moderatissima cœna eorum necessitati satisfacit. Scit enim in his, qui corpore non laborant, sed aut studiis litterarum, aut ministeriis Ecclesiasticis distinentur, ientacula non ex necessitate, sed ex gula, & animi tepiditate prodire.

Iam videas alios, qui non tantum quater, sed sæpius, si occasio sese offerat, aliquid edunt, & in horto poma, cum illum adeunt animi laxandi gratia, sine villo rubore ori admouent, & in cella dum otiantur, quæ similia habent custodita præsumunt. At certum est istos non se monachis antiquis æquare, quos si non assequi, saltem imitari deberent. De illis quippe Cassianus hæc ait: Antequam, vel postquam legitimam communemque refectioem percipiat, summa cautione seruatur, ne extra mensam quicquam cibi penitus ori suo quicquam indulgere præsumat: ut incedentibus per hortos, & pomaria, cum passim obiciant se pectoribus transeuntium, verum etiam strata per terram conculcanda pedibus offerant, atque ad colligendum parata, facile ad consensum concupiscentiæ illicere valeant intuentes, & opportunitate, vel copia, quamuis districtos, atque abstinentissimos, ad sui desiderium prouocare, sacrilegum ducatur non modò quicquam ex his degustare, verum etiam manu contingere.]

Qui autem in hoc gradu sædius peccant, illi sunt, qui furtiuè in cella cibos & vina, quæ deuorent, abscondita habent, & inscio aut reluctante Prælo, sæpius se ingurgitare non timent. In quorum ingluuiem acerrimè Basilus inuehitur, cuius verba non grauior exscribere. Sic ait: Etenim multos ego animaduerti sæpe, qui cum alterius cuiusvis generis vitii laborarent, ad sanitatem tamen redierint postea: qui autem hoc morbo tenerentur; ut aut in occulto esitare eos delectaret, aut ventris ingluuie duci se sinerent, neminem ex omnibus vidi vnquam, qui conualuerit. Nam aut à continentia cultorum vitæ se societate penitus abruperant, se seque capitalibus vitæ huius illecebris dederunt: aut dum inter eos occultare se studuerunt, voluptatibus addicti, duce diabolo stipendia meruere. Nam qui istiusmodi sunt, ij mendaces sunt, ad iusiurandum parati, periuriosi, litigiosi, pertinaces, clamosi, & qui saturi edisse se pertinacissimè pernegent: illiberales, qui victu delicato apprimè gaudeant, queruli, aliorum curiosi exploratores, tenebriones, torius honestæ vitæ de industria inimici, qui ut gulæ libidinem obtendant, innumerabilibus se aliis vitiis inuoluunt, qui cum, habitu quidem inter saluos esse videantur, rebus ipsis inter perditos numerandi sunt. Hæc omnia Basilus, quæ satis profectò validè horum imperfectionem obiurgant. Quæ ergo in hoc primo gulæ gradu notauimus, à vitiis spiritualibus omnino reicienda sunt, & extra communes refectioes nullo modo comedendum. Eodem namque studio istæ sunt metis amputandæ lasciuiæ, ut Cassianus ait, quo meretricationis vitium desecandum: quia hæc maiora voluptatis vitia vocant, & appetitum rerum peiorum accendunt.

In secundo gradu huius vitij, qui scilicet hora

A consueta cibos communes fastidit, & lautiores quaerit, non pauci delinquant, populum Israeliticum imitantes, qui spreto manna omnibus in communi proposito, carnes, suo videri, lautiores concupiuit. Vulgus promiscuum, ait, quod ascenderat cum eis, flagrauit desiderio sedens & flens, iunctis sibi pariter filiis Israel, & ait: Quis dabit nobis ad vescendum carnes? Omirabilem sacrarum litterarum profunditatem! Vulgus, nempe seruatorum Aegyptiorum, qui cum Israelitis exierant, primò clamat, & flet, & carnes poscit, & deinde sibi veros Israelitas in eodem desiderio coniungit! Ita prorsus in cœtibus religiosi imperfecti, qui solo corpore sæculum deseruerunt, cibos delicatioris incipiunt petere, & prauo cupiditatis exemplo alios districtius & religiosius viuentes, eadem esculenta docent quaeritare, ut qui primi parentis errorem sequuntur, inobedientiæ quoque pœna mulerentur. Ille namque cibus à Domino sibi concessis in vniuersum reiectis, pomum, quod suauius & delicatius esset, ex ore mulieris accepit, concupiuit, & dans concupiscentiæ manus, comedit, & propter vnam buccellam, innocentiam & regnum amisit. Similes illi sunt, qui in paradiso, id est, in religioso statu, congrua alimenta, & pauperibus apta contemnunt, suauiora autem & pretiosiora concupiscunt.

Hi verò qui sunt? Illi quidem, qui in communi religiosorum triclinio, veteris abstinentiæ vsu consecrato lautiores cibos mensis nobilium, & delicatissimorum secularium inferri solitos, sibi ministrari præcipiunt. At opus est nobis huiusmodi alimentorum genus, inquirunt, vel quia nobiles sumus, & similibus cibis educati, vel quia infirmi & debiles, & imbecillitas nostra crassiora alimenta non sustinet: vel quia alios cum spiritualibus & perfectis viris computatos similia comeditisse legimus: vel denique, quia in his mensuram abstinentiæ non excedentes, nosmetipsos cohæbemus. Ecce lepidas excusationes, quibus gula se contegit, & laxitas in viuendo defendit. Nobilis es? Fateor, sed familiam nobilem, & diuitias sæculi contempsisti, non, ut more nobilium, sed more religiosorum, viueres, & non pœnas peccatorum, sed præmia sanctorum comparates. Quare obliuisceris professionis tuæ, & in domum penitentiaæ deliciis inuehis, & quæ propter Deum deseruisti, resumis? Eadem profectò ratione, quòd nobilis es, posses ex serico habitu religiosum geitare, & te, ut antea, auro & gemmis ornare, purpura & bysso operire. Quòd si hæc à statu religioso discrepant, quare illi cibi delicati conueniant?

Infirmitas? Sed in communi loco ægrotorum mane, & in lecto decumbe, & perinde atque vnus ex aliis, moderatam & tuo statui congruentem indulgentiam assume. At non est, inquis, tam grauis infirmitas, quæ me vegetorum laboribus eximat, & ab aliorum conuictu repellat. Quare igitur tuas imaginationes non reiecis? Aut si imaginationes non sunt, quare modicam inualetudinem non dissimulas? Quare religiosam obseruantiam tuam commoditati non præfers? Sed imbecillitas crescet, & ex parua magna fiet, si non ei ciborum lauticia mederèris? Falsum est hoc, & vanum ipsa experientia comprobatur: nam nec communes cibi per se insalubres sunt, & tantillum casei, aut alterius cuiusvis cibi, comestum omnino nihil officit. Vidimus etiam aliquos, his deliciis ac luxibus repudiatis, communi aliorum cibo, aut salutem comparasse, aut saltem melius habuisse. Aut demus te non nihil detrimenti carni tuæ per communes cibos afferre; an nescis, quia huic modico detrimento præponenda est animæ salus,

profectus

Cassian.
lib. 4. de
institut.
c. 18.

Basil. ser.
de abdic.
reru post
med.

Cassian.
lib. 5. de
Gastri-
mar. cap.
20.

Numer.
11.4.

Gen. 3. 6.

perfectus spiritus, obseruantia regularis? Audi quid Bernardus dicat ad quosdam hac persuasione deceptos: Quid hic vos dicitis, obseruatores ciborum, morum neglectores? Hippocrates, & sequaces eius docent animas saluas facere in hoc mundo; Christus, & eius discipuli, perdere. Quemnam vos è duobus sequi magistrum eligitis? At manifestum se facit, qui sic disputat: Hoc oculis, hoc capiti; & illud pectori, vel stomacho nocet. Perfecto vnusquisque quod à suo magistro didicit, hoc in medium profert. Num in Euangelio legisti has differentias, aut in Prophetis, aut in litteris Apostolorum? Caro & sanguis pro certo reuelauit tibi hanc sapientiam, non Spiritus Patris. Est enim carnis hæc sapientia, sed audi quid de ipsa nostri medici sentiant. Sapientia, inquit, carnis mors est. Item: Sapientia carnis inimica est Deo. Num Hippocratis, aut Galeni sententiam, aut certè de schola Epicuri, debui proponere vobis? Christi sum discipulus, Christi discipulis loquor. Ego si peregrinum dogma induxero, ipse peccauit. Epicurus, atque Hippocrates, corporis alter voluptatem, alter bonam habitudinem præfert; meus magister vtriusque rei contemptum prædicat. Anima in corpore vitam, quam summo studio iste vnde sustentet, ille vnde & delectet, inquit, atque inquirere docet, Saluator monet & perdere. Sed his Bernardi monitis non acquiescis, quia oportet salutem proximum inquirere, quam, si te non palpes, tuis concionibus, aut similibus ministeriis non promouebis. Crede mihi, frater, quia Ecclesia Dei tua non eget industria: tu autem indiges, fratres non scandalizare; quin, (væ per quem scandalum venit:) tu indiges, religiosum statum malis exemplis non perdere: tu indiges, istam gulam, ac molliciem cohibere.

Adhuc pergis te ipsum excusare, & aliquos viros perfectos, & vitam religiosam profitescentes, talia & postulasse, & comedisse profiteris? Ad hæc quid breuius dicam, nisi te esse vnum ex illis, de quibus dicit Propheta: Sicut Dauid putauerunt se habere vasa canticum? Nam & ego vasa canticum puto corporis morbos atque molestias, quibus Dominus aliquorum perfectorum hominum corpora ferit, & ex affectu patientiæ ac resignationis, in suas laudes eorum voces extollit. Hi ita percussi, & vera imbecillitate fatigati, bene possunt rebus etiam delicatis, quas Deus in vsum hominum creauit, moderatè vti, quas medicina præscribit, obedientia ingerit, & consensum ad eas admittendas timorata conscientia dictamen extorquet. Sed si tu similia vasa habes, & similem necessitatem pateris, medici approbent, prælati annuant, & ipsa tua conscientia non reluctetur. Si verò conscientia scrupulis te angit, medici adesse necessitatem negant, & prælati proclamant, te sub imaginaria inhumitate religiosam disciplinam abicere, & carnis curam contra præceptum Pauli facere in desiderio; quid exemplo sanctorum hominum, quos Deus non tantum vni sed mille crucibus affigit, tuam gulam & immortificationem obtendis?

Postremum verò quod dicit, te in his rebus delicatis mensuram non excedere, ridiculum est. Nec enim sola ciborum quantitate, sed multo magis qualitate peccatur: & ipse cibus pretiosus ac peritiosus, statui penitentia & humilitatis non aptus, gulam fouet etiam moderatè sumptus, & sacram abstinentiam offendit. Nec facile est in his gustum allicientibus debitam tenere mensuram. Nam & Hieronymus ait: Licet quidam putent maioris esse virtutis

A] præsentem contemnerè voluptatem, tamen ego atbitror securioris continentia esse, nescire quod quaras. Quamobrem ista lauiora, quæ facitè appetitum immoderatum excitant, & alios offendunt, & mentis firmitatem enervant, penitus essent relinquenda.

B Alij autem sunt in hoc eodem voracitatis gradu detestabiliore prædictis, qui vt exemplo congregationis consulant, non iam in communi triclinio, sed in propriis cellis istis lautioribus cibis vescuntur. Ibi, in cella scilicet, in loco quieti, orationi, & lectioni, & suspiriis destinato, curiosas mentes sternunt, cibos lautissimos parant, vina odorifera & pretiosa ponunt, & aut secularibus, qui ob id vitam religiosam irridunt, aut aliis sibi similibus, scilicet viris imperfectis, & inimicis disciplina, conuiuia sumptuosa instrunt. Videbis religiosam domum factam diuersorium viatorum, in qua non iam vna pro omnibus mensa frugalis, & pauper apponitur, inimicorum mundi index, sed multiplex mensa opipara & delicata constructur. Et voluntate, ac præcepto illorum constructur, qui maiores sunt, quibus maior cura disciplina congruit, qui seniores sunt, & sollicitior diligentia dandæ edificationis incumbit, qui mortis, & diei rationis reddendæ, sunt propinquiores, nec timent innumeris imperfectionibus suis has laxitates aggregate, quæ sibi maiorem iudicis indignationem importent. Obsecro eos per misericordiam Dei, quos, iuxta consilium Pauli, quia sunt seniores, non increpo, sed corripo vt patres, ne se ipsos, & familiam religiosam, & adolescentium animas despiciant. Vno enim istorum conuiuio se ipsos vitio gula subdunt, disciplinam religiosam frangunt, & adolescentulos perniciem religionis docent, qui ad aliquem gradum autoritatis euecti, quæ in senioribus videntur, imitari gestiunt. Sint igitur, ob amorem Dei, communi mensa, & vt pauperes, & seruos Dei decet, vilioribus cibis contenti.

C Alios tandem in eodem gradu omnium pessimos iudico, eos scilicet, qui non iam in religioso triclinio, aut in propria cella opiparos cibos comedunt, sed conuiuia secularium querunt, & in mensis profanorum, etiam inter feminas sedent, & ibi ac si essent ex medio populi, edunt & bibunt. Quos nec licentia à prælati obtenta excusat, vt docet Anselmus, quam inuiti concedunt, & vt maiora incommoda fugiant. Nec necessitas protegit; quæ enim necessitas est inter seculares prætere, nisi appetitui inordinato satisfacere, & ventrem optimè paratis cibis implere? Vita autem religiosa vehementer accusat, quæ ob vilissimam escam ita apud seculares infamati non debuit. Non sunt dissimiles istis, qui nullibi consistere possunt, sed mutationes de loco in locum, & noua itinera sine vlla necessitate procurant, vt apud seculares diuertant, & in eorum domibus fabulis vacent, & contra monasticum ordinem se laurè & delicatè reficiant. Nec etiam illi, qui appetunt commorari in villis cœnobij, vt sine religiosa obseruantia & disciplina degant. De quibus ait Hugo:

E Locus aliquando placet, aliquando displicet. Placet quibusdam; non quia abundat fratribus, sed piscibus. Placet, quia famulis abundat, & fabulis. Placet, quia solus cuncta possidet, & sic fit, vt vocetur obedientia, cum non sit. Hanc obedientiam multi desiderant, vt extra obedientiam esse queant. Isti omnes hoc secundo gula gradu vinciti tenentur, quos vnus immoderatus appetitus laute

Bern. ser. 30. in Cant.

Roma. 8. n. 6. Ep. 7.

Mat. 8. 7.

Amos. 6. 5.

Hieron. epist. 7. ad Lat. c. 4.

Ansel. li. de similit. c. 89.

Hugo. 2. de clau. suo ani. me. c. 13.

manducandi, per omnia ista virtutis incommoda transire compellit. Nec credendum est aliis maioribus vitis esse solutos, quos vilis escarum appetitus proterit, quos cibus suavis ad secali amorem, & secularium voluptatum desiderium conuertit.

1. reg. 5. 11. Greg. 30. m. r. 27.

In tertium gradum gulæ, qui cibos accuratius præparatos affectat, filij Heli insipienter impegant, qui, vt regum narrat historia, & Gregorius annotant; noluerunt antiquo more coctas de sacrificio carnes accipere, vt eas suauius & accuratius præpararent. Quare puer sacerdotis veniens, dicebat: Da mihi carnes, vt coquam sacerdoti, non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Hos verò imitantur, qui cibos quidem communes aliorum accipiunt, sed sine vrgenti necessitate aliter sibi præparari concupiscunt. Si alij comedant frustulum carnis assum, ipsi petunt elixum, & quod reliqui elixum comedunt, ipsi aut assum, aut fruxum, sibi dari deposcunt. Quin & aquam & vinum, ne vnquam seculi obliuiscantur, æliuo tempore appositis niuibus, & gelu refrigerant, vt se spiritu frigidos, & diuino calore vacuos ostendant. In hoc etiam non est minimus gulæ defectus. Nam, vt Cassianus ait: Non solum eligendus est cibus, qui concupiscentiæ flagrantis æstus temperet, minisque succendat, verum etiam, qui ad parandum sit facilis, & quem ad comedendum oportuniorem vilioris pretij compendium præstet, qui que sit conuersationi fratrum vsuque communis. Non est tamen facilis, nec communis, qui in substantia cibo congregationis congruit, accuratius tamen præparatione dissentit. Et oportet vt amor religiosæ disciplinæ, nisi euidens necessitas aliud postulauerit, hanc etiam à moderato appetitu relaxationem succidat.

Cassian. li. 5. de Gestim. c. 23.

Quartus gradus huius vitij est, cum in quantitate ciborum exceditur, & communes escæ vltra mensuram accipiuntur. Est autem mensura seu abstinentiæ regula, ipsa naturæ necessitas, quæ nobis ad conseruandam vitam, & ad vitæ munera obeunda alimentij ingestione succurrit. Ad gulam igitur pertinet quicquid extra istam necessitatem accipitur. Ob quod peccatum Sodomitica terra damnatur. De qua dicitur in Ezechiele: Hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, satiritas panis, & abundantia. Et diabolus Dominum in deserto, non de dapibus delicatis, sed de pane tentauit, vt sciamus etiam in vilissimis esculentis gulam reperiri, & cibo communi & insuaui, non communem, sed immoderatum appetitum commisceri. Eoque illi se miseranter inuoluunt, qui vel ordinarij cibus vltra necessitatem se onerant, & eorum quæ apponuntur, ingluuie distendunt. Non considerantes, quod non sola crapula vini, vt Cassianus ait, inebriare consuevit, sed cunctarum escarum nimietas vacillantem eam ac nutabundam reddit, omnique integritatis ac puritatis contemplatione despoliat.] Ista autem satietas diebus solennioribus magis timenda est, in quibus non nihil extra ordinarium appositum, & communi refectiõni adiectum, insidiatur nobis, vt meritum abstinentiæ surripiat. Sic igitur maior esculentorum numerus temperetur, vt circumspectus animus, & amator puritatis, non maiorem ex pluribus quàm ex paucioribus, cibi quantitatem assumat. In isto gradu sunt illi, qui solent longa ieiunia protrahere, & post illa se intemperanter ingurgitant. Cum tamen, vt Hieronymus, & alij patres communiter aiunt, vera abstinentia sit,

Ezechi. 16. num. 49. Matt. 4. 23.

Cassian.

Hieron. supra.

A semper vno tenore comedere, & nunquam aut ciborum nimietate prægrauati, aut penuria deficere. Ne sis vt secularis homo, qui in Quadagesima ventris ingluuiem decoquit, & in cochlearum morem succo victians suo, futuris dapibus, ac saginæ aqualiculum parat.] Ita cibus minuendus est, ne oneret, & vitæ spiritualis functiones impediatur; ita frugaliter allumendus, vt corpus roboretur, & in necessario ac debito labore sustentetur.

Postremus gradus ad modum edendi refertur. Cum scilicet, quæ nobis ministrantur, præcipitanter & magno æstu voramus, ac modestam libertatem præterimus. Cuius peccati reus fuit Esau, dum auaritate vilissimæ lenticulæ prouenita vendidit, & magnam hæreditatem perdidit, ne se tantisper contineret. Illudque verat Ecclesiasticus dicens: Supra mensam magnam (id est opiparam & splendidam) sedisti? Non aperias super illam faucem tuam prior.] Si enim non sis maior, & alius prælatus, expectare oportet, donec alij incipiant, & tu alios iam comedentes sequaris, & in hoc, te non gulæ mancipium, sed appetitus tui dominum esse demonstras. Ita comedas, vt tamen auaritiæ comprimam, serenitatem non perdas, famem cohibeas. Ita comedas, vt ipsa celeritate & præcipitatione vescendi animus non distrahatur, nec sacra lectio, aut cuiusvis piæ considerationis emolumento frustretur. Ita comedas, vt astantes nihil in te immoderatum noceant, nihil abiectum videant, nihil sordidum animaduertant. Ita comedas, vt pedagogum tuum, scilicet custodem Angelum assistentem, & Deum præsentem aduertas. Ita denique comedas, vt omnibus his defectibus effugatis, nec moderationem ableges, nec nimietatem cibi, aut voluptatem secteris, nec delicias quæras, nec horam communis refectiõnis præuenias. Viro enim spirituali vitium gulæ tanquam crassius & abiectius primo loco vincendum est, vt hoc prostrato victoriam de alijs obtineat. Nam constans fuit, quam refert Cassianus, antiquorum patrum, firmaque sententia, neminem posse robustioribus æmulis colluctari, qui infirmioribus parulque illidatur; nec luxuriam, aut auaritiam, aut quodque aliorum vitiorum prosterne, qui immoderato edendi appetitu superetur. Ab hoc igitur primo hoste bellum incipiendum est, vt mens minoribus victorijs animata, ad maiora difficilioraque confurgat.

Gen. 25. 23.

Eccel. 31. 12.

Cassian. li. 5. c. 11.

De Remedijs quibus vitium Gula vincatur.

CAPVT I V.

AM huius morbi remedia quæramus, quæ tam in eo quàm in similibus animi morbis ad duo capita (vt supra insinuauimus) reuocanda sunt. Vnum eorum ea media continet, quæ intellectum erudiunt, vitij seditatem aperiuunt, & ratione illustrata voluntatem ad vitij contemptum & odium alliciunt. Alterum verò ea media complectitur, quæ opus dirigunt, & modum studiosè & secundum virtutem agendi præscribunt. Primò ergo illa, & deinde ista sub eisdem capitulis titulo subiiciemus, vt simul ordini & breuitati consulamus.

Confidera

I. Considera igitur, tu qui cupis vitium gulae deicere, quanta mala generet, & quomodo vno immoderato comedendi & bibendi actu animae simul & corpori noceat. In anima enim, vt Chrylſtoſtomus ait, fons eſt & origo omnium vitiorum: illorum ſeptem praecipue, quae Gregorius enumerat, & gulae filias appellat. Huiusmodi autem ſunt, inepta laetitia, multiloquium, ſcurrilitas, ſpurcicia, ſenſus, & intellectus hebetudo. Specialiter, vt Hieronymus notat, eſt mater libidinis: quia corpus, quod gula immoderatis cibis replet, turpitudinis titulus laſciuiae effuſionibus vacare. Gula intellectum hebetat, vt nihil caeſte cogitet, voluntatem ad vilia & abiecta concupiſcenda depimit, & omnes mentis vires enervat, noxio ciborum onere praegravatas. Corpus etiam mille morbis & doloribus angit, qui ex intemperantia naſcuntur, vitam abbreviat, & ſaepe intempeſta & ſubita morte praecipitat. Nam ſicut nauis oneraria, quae ſupra ſuam magnitudinem vehenda capit, onere grauita ſubmergitur: ita corpus vltra vires naturalis caloris cibis ac vino obrutum, hinc atque illuc agitarum, quali ſeua tempeſtate necatur. Tandem ipſum tempus pretioſiſſimum eripit, quod in comedendo; & poſt inordinatam comelſionem in loquendo; & deambulando; & dormiendo; & digerendo conſumitur. Et induit homo rationalis brutorum ac beſtiarum vitam, quae ſolum in hoc viuunt, vt corpori ventriculo deſeruiant. Sic gulae deditus, relictis rebus caeſteſtib; & poriori ſui parte deſpecta, inſimam ſcilicet carnem impinguit, & dominam nempe rationem corpori, vili mancipio, ſeruire compellit.

II. Considera deinde quanta bona vitium gulae diſſipat, omnia ſcilicet illa, quae virtus abſtinentiae progignit. In his bonis enarrandis multi ſunt patres, & inſignitum eſſet vniuerſa eorum dicta referre. Tu lege inter alios Baſilium, Ambroſium, Hieronymum, & Auguſtinum, & ego hoc loco vnus tantum diui Cypriani verba deſcribam, qui ſub nomine ieiunij de abſtinentia loquens, ſic ait: Ieiunij vitiorum ſentina ſiccatur, petulantia marceſcit, concupiſcentiae languent, fugitiuae abeunt voluptates. Extinguitur ardentis Aetnae incendium, & flammiumi fornax Vulcani extincta intrinſecus, montes contemminos non adurit. Ieiunium ſi diſcretionem regatur, omnem carnis rebellionem edomat, & tyrannidem gulae ſpoliat, & exarmat. Ieiunium extraordinario motus in cippo claudit, & arctat, & appetitus vagos diſtingit, & ligat. Ieiunium ſi humilitate ornatur, ſeruos Dei mundi efficit contemptores. Ieiunium carnes azymas mundat, & ſolidat: & putredines, quae ex adipem prodeunt, conſumit, & ſiccant. Ieiunium ſcripturarum deliciis paſcitur, contemplatione reſcitur, gratia ſtabilitur, caeſteſti pane nutritur. Danieli interpretatio ſermonum reuelatur ieiunio, & tres pueri de Babylonia illaeſti egrediuntur incendio. Moyſes in monte quadraginta diebus cum Domino perfeuerans, & Dei familiare colloquium, & legis miniſterium ieiunio promelatur. Helias quoque eodem dierum numero abſtinet in eremo conuerſatur. Vitilias ieiuniorum temporibus Chriſtianiſ clarior patuit, & a multis frequentata in plurimos ſe effudit. Praeclara ſunt haec, quae de abſtinentia dicuntur, omnia tamen ea gula perdit, vniuerſa immoderatus cibi appetitus amittit. Abſtinentia eſt, quae mentem reſcit, & impinguit, nam ſcriptum eſt: Iuſtos a Domino aſpici, [vt eruat a morte animas eorum, & alat eos in fame.] Fame alit, o res admirabilis, quia abſtinentia reſcit. Fame alit, quia ieiunio corroboret. Fame alit, quoniam moderato ciborum deſe-

Actu, carnis motibus eſſugatis, mentem in decore ac firmitate ſuſtentat. Abſtinentia caput hominis vngit, & faciem lauat, quia corpus ab omni aſtu concupiſcentiae mundat, & mentem guſtu caeſteſtis conſolationis inebriat. Abſtinentia denique oleum eſt, quod non ſolum caput vngit, ſed & vulnera illinit, quo plaga tumentes ſanantur, & omnis ſenſus doloris abſcedit. Iſta conſideratione incitatus abſtinentiam dilige, gulam detestate, & laſciuias ciborum exhorre. Quod ſi inueterata conſuetudo te impulerit, conſtanter eam virtutis amore repelle. Neque enim magnum eſt, ſi Bernardo credimus, vt ieiunet cum Chriſto, qui ſeſſurus eſt ad menſam Patris cum ipſo.

B Considera Chriſti ſanctiſſimam vitam, & illuſtriſſima ſanctorum exempla, quae te ſatis ad odium gulae, & amorem abſtinentiae & ſobrietatis accendent. Ille quidem non ſolum ieiunauit ſemel quadraginta diebus, & quadraginta noctibus, ſed per totam vitam famem & ſitim paſſus, vniuerſis deliciis abſtinuit, iam fatigatus ex itinere a Samaritana ſoemina hauſtum aquae poſtulat, quem tamen dulcedine eius conuulſionis illeſtus, poſtea non ſumit. Iam exiens a Bethania, eſurit: iam reuertens in ciuitatem, famem ſuſtinet: iam in Caluariae loco tormentis aduſtus, vino myrrhino & felle poratur: iam in cruce pendens, & ſuam ſitim pendens, ſpongia aceto plena eius offertur. Caput tuum, & princeps vniuerſi haec amat, haec eligit, haec deliciis anteponit: & tu delicias amabis, crapula grauaaberis, & propter eius amorem, modicum quid indigentiae pati timebis? Hivero, ſcilicet ſancti, abſtinentia ſe domarunt, omnes ſenſuum voluptates repudiarunt, & armati vacuitate ciborum, ad virtutis arcem peruenerunt. Quotquot enim viros virtutum vidimus, inquit Cyprianus, ſine ieiunio non legimus aſcendiſſe, nec aliquid magnum moliti ſunt, niſi prius abſtinentia praeceliſſet. Si vis poſt illos currere, & in requiem illorum ingredi, onera gulae deponere, quae corpus & mentem grauaus, ad perfectionis altitudinem venire non poteſt.

C Considera etiam quam brevis ſit gulae delectatio, & quam poſt ſe ſaedia imo & longa veſtigia derelinquat. Brevis eſt, quam modicum palatum ſentit, & dum cibus ab ore pertranſit, omnino guſtus euaneſcit. Quod forte ſignauit Iſaia, dicens: Experiſcimini ebrj, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore veſtro. Quare non dixit, perit, ſed perit, niſi quia tam momentanea eſt gulae delectatio, vt potius ſit dicenda praeterita, quam praesens? Elapſo enim breuiſſimo iudicio palati, non ſuauius aut melius ſapit pretioſum, quam vile. At quam deteſtanda ſunt voracitatis veſtigia, Chrylſtoſtomus explicat. Sanè, inquit, talium non ſolum corpora ſic affecta, & iniucundis, & ſuperfluis, & ſaetidis vndique plena ſunt, ita vt tolerari nequeant: ſed & anima corpore multo iniucundior, multo maiores quam illud morbos in ſe arripit ex deliciis. Nam, ſicut corpus, non ſolum ſuperfluitates emittit naturales, ſed multo plures, & vndique.

D Considera etiam quam brevis ſit gulae delectatio, & quam poſt ſe ſaedia imo & longa veſtigia derelinquat. Brevis eſt, quam modicum palatum ſentit, & dum cibus ab ore pertranſit, omnino guſtus euaneſcit. Quod forte ſignauit Iſaia, dicens: Experiſcimini ebrj, & vlulate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam perit ab ore veſtro. Quare non dixit, perit, ſed perit, niſi quia tam momentanea eſt gulae delectatio, vt potius ſit dicenda praeterita, quam praesens? Elapſo enim breuiſſimo iudicio palati, non ſuauius aut melius ſapit pretioſum, quam vile. At quam deteſtanda ſunt voracitatis veſtigia, Chrylſtoſtomus explicat. Sanè, inquit, talium non ſolum corpora ſic affecta, & iniucundis, & ſuperfluis, & ſaetidis vndique plena ſunt, ita vt tolerari nequeant: ſed & anima corpore multo iniucundior, multo maiores quam illud morbos in ſe arripit ex deliciis. Nam, ſicut corpus, non ſolum ſuperfluitates emittit naturales, ſed multo plures, & vndique.

E Nam & oculi, & aures, & os grauedine, muco, & corruptione, & his, quae intus generantur lutulentis, & impuris affectibus ſunt plena: & ipſa natura carnis laxior ſit, quam naturalis proportio: ſaetidaque, & inutilis, & ad omne bonum opus inepta. Voluptas quidem gulae celerrime tranſit, ſed haec veſtigia a Chrylſtoſtomo dicta non cito praetereunt. Solent namque ad ſenectam vſque durare, & aetatem illam venerabilem moleſtiſſimis doloribus & aegritudinibus agitare, & omni reuerentia dignam canitiem vi-

Chrylſtoſt.
hom. 44.
in Ioan.
Greg. 30.
Mor. cap.
27.
Hier. 2. c.
Iohanna.

Baſil.
hom. in e
brietate.
Ambr. l. 1.
de Helia.
a c. 12. rſ.
que ad
18. Hier.
2. c. Iohanna.
Aug. ſer.
23. c.
23. de
temp. Cy
prian. ſer.
de ieiunio.
c. 1. c. 1.
ſer. c. 1.
ſer. c. 1.

Dan. 2.
nu. 19.
Dan. 3.
nu. 13.
Exid.
24. n. 18.
3. Reg.
19. nu. 8.

ſal. 32.
19.

ab omni
aſtu

Bernard.

III.

Matt. 4.
nu. 2.

Ioan. 4. 7.

Marc. 11.
12.
Matt. 23.
34.
Marc. 15.
36.

Cyp. ſu.
pra.

IV.

Ioel. 1. 5.

Chrylſtoſt.
ſer. contra
luxu &
crapula.



Cicero de
senectute.

lem apud alios ac despicabilem efficere. Quam, vt eloquenter disputat Cato apud Tullium, non annorum multitudo, non corporis imbecillitas, sed morositas atque intemperantia deiecit. Stultum est autem ob euanidam voluptatem tam impuris fluentis subitici, tam diuis ac perpetuis, quæ vsque ad extremum diem non cessant, molestiis affligi.

V.

Bona u. in
stimulo.

Confidera tandem cum immoderata cibi pretiosi concupiscentia pulsaris, te iam illud comedisse. Quod & sanctus Bonauentura monet, & si attentius inspiciatur, sapientissimum remedium est, non inepta aut ridenda simplicitas. Similem enim ad rerum despicientiam consequendam Salomon adhibet medicinam, cum ait: Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub sole? Ac si diceret: Si elapsa rerum terrenarum possessione nihil earum superest, quod nostræ menti satisfaciat, quid nec eas omnes despiciamus, & meram inanitatem appellemus? Sed hæc ratio in nostro proposito efficacior est, quia deliciae ciborum & potuum sunt multo breuiiores, & quia non iam nos vacuos (quod tolerabile esset) sed animo anxios, corpore grauatos, malis humoribus repletos, & mille morbis subiectos relinquunt. Cogita ergo si iam cibum concupitum comedisses, aut in lauto conuiuio recubisses, quid ex eo superfuisset, & si nihil boni, & multum mali & detrimenti remansurum agnoscis, malorum causam, scilicet intemperantiam, constanter sperne. Ex immoderato namque vitæ obsequio quid aliud nisi & malum corporis & dissipatio virtutis elicitur?

Terem. 52.
12.

Vnde Gregorius explicans locum Ieremias, quo dicitur, Nabuzardan, vel principem cocorum, vt habent septuaginta, incendiisse muros Ierusalem, hæc ait: Cocorum princeps muros Ierusalem deiicit, quia dum venter ingluuie extenditur, virtutes animæ per luxuriam destruuntur. Ne in domum tuam hostem tam perniciosum excipias, qui te miseris impleat, virtutis opes diripiat, & luxuriæ ac prauæ cupiditatis ignibus mentem Deo consecratam inflammet.

VI.

Greg. 5. p.
pastor. ad
mo. 20.

His considerationibus animatus ad opus te accinge, & bellare aduersus gulam incipito. Ac apud te metipsum firmiter statue, te nunquam extra consuetam horam comediturum, nec exquisitos aut delicatos cibos, sed tantum communes & viles, admittiturum. Quod vt diuina gratia perficias, nihil comestibile in cella habeas, nihil ad potum pertinens, nec panem, nec pomum, nec vinum, & multo minus alia pretiosiora, quæ tuum propositum labefactent, & abstinendi desiderium infringant. In cella sit lectus non delicatus, in quo quiescas; sella in qua sedeas, mensa in qua scribas; libri quos legas; imago crucifixi apud quam ores, & legeas; cibos autem æconomus habeat, & penarium commune cœnobij recondat. Mulier enim illa magna, quæ voluit Eliseum apud se detinere, fecit ei cœnaculum paruum, & posuit in eo lectulum, & mensam, & sellam, & candelabrum, cibos autem, & esculenta non recondidit, sed suis temporibus illi in conuenienti loco ministravit. Ita sancta religio, sponsa Christi, mulier sapientia & vitæ puritate magna, eadem suis hospitibus parat, scilicet viris religiosis, qui se Domino consecrant. Edificat illis cœnaculum paruum, id est, cellam, non quæ videatur basilica, aut domus regie conclauis, sed quæ statui paupertatis sufficiat. Eam verò instruit mensa & lecto; sella & candelabro; at pomis & cibis dulcibus, & ad gustandum suauibus, & vinis, ac deliciis, non implet. Pro certo habe frater, quia hæc in cellis religiosorum professio religiosa non intulit, sed tepor, & gula, & odium paupertatis inuexit. Si his hostis tuus voluerit te decipere, & sub prætextu

4. Reg. 4.
10.

A necessitatis propositum à te conceptum euertere: [si submiserit vocem suam, ne credideris ei, quoniam septem nequitie sunt in corde illius.] Vt pestilens vipera multa vitia parturiet, & ex hoc amore nimia possidendi ad alia magis noxia perueniet.

Prou. 26.
25.

Ex cibis naturæ necessariis maxime in tue conuersionis initio aliquid subtrahere, ita, vt nec subtractio naturam corrumpat, nec notabiliter saluti corporis oblit. Hæc namque victus necessarij subtractio, quæ corpus domat, & aliquantulum carnem debilitat, faciliorem reddit moderationem in cibo & potu, toto tempore vitæ seruandam. Et sicut ille, qui assuetus est, herbas & legumina manducare, panem cibarium putat delicias: ita, qui necessaria ad tempus demit, cum ea sibi concedit, indulgentiam existimat. Id autem facilius fiet, si in præsentia occasione te abneges, & rebus desideratis spoliés, atque in futurum maiorem commoditatem tibi promittas. Hoc namque perfectorum ac imperfectorum esse discrimen Gregorius manifestè ait: Nam isti sæpe ieiunare disponunt, sed cum consueta gula vincuntur, eo die manducandum iudicant, in futuro ieiunandum. Cumque gulæ feritas semper eis præfens sit, præfens & desiderium futuræ bonitatis, hoc serpentis fraude agitur, vt bonum quod proponitur, non inueniatur. Cras enim quod semper promittitur, nunquam inuenitur.] Et post pauca: Sed sancti viri, vt hosti illudant, rigorem conuersationis in præsentia virtute habent: pro illusione infirmitatis, carni commodum in futuro promittunt.] Ecce sapientiam cœlestem animali sapientiæ contrariam; cum enim cras in hodie conuertatur, & præfens fiat, nunquam feridi inueniunt cras, in quo sibi condescendant, & consuetum rigorem viuendi remittant; & finem temporis, nempe aternitatem, ad ociandum & sibi indulgendum, expectant.

VII.

Si assuetus sis vltra mensuram & necessitatem manducare, aut bibere, non simul omnia superflua demas, sed paulatim, & per partes aufero, quia natura in rebus magnis subitas mutationes non sustinet. Si multi cibi tibi ministrantur, per vnã hebdomadam, aut per quindecim dies vnũ tantum esculentum omitte, & postea per alios quindecim dies aliud, & sic deinceps, donec paucos cibos assumes. Si non tam in ciborum multitudine, ac varietate, quàm in quantitate excedis, tolle nunc quandam modicam partem, & post paucos dies aliam, donec ad mensuram tuæ naturæ necessariam peruenias. Remedium hoc est Augustini peritissimi animarum medici, qui ebriosum monens, sic inquit: Sed qui se de hoc malo desiderat liberare, quo modo sibi interuallo dierum potum addedo ad ebrietatis tenebras peruenit, ita paulatim subtrahendo, ad sobrietatis lucem redeat. Qui si semel totum, quod amplius accipiebat, subtraxerit, vbi nimia siti coepit exardescere, cum grandi amaritudine clamat, & dicit: Malle se mori, quàm sibi bibendi vel inebriandi consuetudinem tollere: nec attendit, quod tolerabilius erat in carne mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. Et ideo, vt nec ardorem nimium patiatur, & de tam graui malo, quod patitur, liberetur, per interualla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat, quousque ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat.] Optimum profecto medicamen, quo & Beatus Dorotheus Dosithe pueruli voracitatem curauit, dum per modicas partes cibum illi adimens, ad magnam abstinentiam & simul ad eximiam vitæ puritatem adduxit. Eodem poteris & tibi ipsi mederi, ac sancto quodam dolo immoderatam appetentiam circūuenire.

Greg. lib.
5. in 1.
reg. ad c.
11. post
principium.

D Si assuetus sis vltra mensuram & necessitatem manducare, aut bibere, non simul omnia superflua demas, sed paulatim, & per partes aufero, quia natura in rebus magnis subitas mutationes non sustinet. Si multi cibi tibi ministrantur, per vnã hebdomadam, aut per quindecim dies vnũ tantum esculentum omitte, & postea per alios quindecim dies aliud, & sic deinceps, donec paucos cibos assumes. Si non tam in ciborum multitudine, ac varietate, quàm in quantitate excedis, tolle nunc quandam modicam partem, & post paucos dies aliam, donec ad mensuram tuæ naturæ necessariam peruenias. Remedium hoc est Augustini peritissimi animarum medici, qui ebriosum monens, sic inquit: Sed qui se de hoc malo desiderat liberare, quo modo sibi interuallo dierum potum addedo ad ebrietatis tenebras peruenit, ita paulatim subtrahendo, ad sobrietatis lucem redeat. Qui si semel totum, quod amplius accipiebat, subtraxerit, vbi nimia siti coepit exardescere, cum grandi amaritudine clamat, & dicit: Malle se mori, quàm sibi bibendi vel inebriandi consuetudinem tollere: nec attendit, quod tolerabilius erat in carne mori, quàm in anima per ebrietatem interfici. Et ideo, vt nec ardorem nimium patiatur, & de tam graui malo, quod patitur, liberetur, per interualla dierum sibi aliquid de nimietate potus subtrahat, quousque ad rationabilem bibendi consuetudinem redeat.] Optimum profecto medicamen, quo & Beatus Dorotheus Dosithe pueruli voracitatem curauit, dum per modicas partes cibum illi adimens, ad magnam abstinentiam & simul ad eximiam vitæ puritatem adduxit. Eodem poteris & tibi ipsi mederi, ac sancto quodam dolo immoderatam appetentiam circūuenire.

VIII.

E

Aug. ser.
de tempore.



IX. Eas abstinentiæ regulas, quas Beatus pater noster Ignatius in libello aureo exercitiorum docuit, diligenter observa, quæ breuiter exposita hæc sunt. 1. A pane minùs abstinere poteris, quàm à reliquis cibis, eo quòd nec appetitum adeo irritat, nec tentationi tum gulæ, tum impuræ voluptatis adeo obnoxios nos reddit. 2. In potu districtior abstinentia, quàm in pane seruanda est, quia delectatio potus est potior, & carnis puritati nocentior. Quare si potes, vino abstineas; si non uales, memor Paulini consilij, moderatè bibas. Vina pretiosa non quæras. Nec in potu aquæ, nec vini, aut numero, aut quantitate excedas: nec potum nimis frigidum, aut alia ratione exquisitum inquiras. 3. In aliis edulis diligentior abstinentiam tene, ita vt nec extra horam consuetam gustes (vt diximus) nec in communi refectione delicatioribus cibis admittas, nec in grossioribus mensuram necessitatis excedas. 4. Quanto plus de conuenienti cibo tibi ademeris (vitato graui periculo valetudinis) aptior eris, vt Deus tuam mentem illustret, vt scias quantitatè tibi necessariam à superflua discernere. 5. Inter prandendum Christum Saluatorem cum suis discipulis manducantem meditare, & te ei in ratione accipiendi cibi & potus similem exhibere stude. Alias etiam piæ meditationes adhibe, quæ mentem reficiant, & te à nimio sensu voluptatis abducant. His autem enitatis omnem festinationem ac nimiam auuiditatem vitare, & te ipsum in hac occasione possidere. 6. Post prandium, vel cenam, vel alio commodiori tempore, in quo non esturius, statue apud te ipsum quam cibi portusque mensuram sequenti die sis accepturus: eamque nulla ratione prætereas; sed potiùs si te inimicus importunè tentauerit, ex eo quod statuisti, non nihil tibi subducas. His regulis docuit Beatus Pater noster gulam comprimere, & virtutem abstinentiæ comparare.

X. Hæc omnia faciliora fient, si Christi Saluatoris nostri vitam consideres ab omni voluptate elongatam, omnique labore ac rerum necessariorum penuria refertam. Equis huic principi per vitæ conuersationem adherens, non erubescat cibi, & potus, vestis, & sompi, & ceterorum delicias admittere? Si etiam mortalem hominis naturam mediteris morti addictam, ac in puluerem conuertendam, cui vanum est delicias parare, & non magis sola necessaria, quibus virtuti seruiat, & ad immortalitatem efferatur, tribuere: Audis, [quia puluis es, & in puluerem reuertentis:] audis, quia nunc, id est, post paululum [in puluere dormies:] audis, quia [reuertetur puluis in terram suam,] vt quid ergo voluptatem pulueri parat, & cum spiritus æterni detrimento, qui ad suum est reuersurus creatorem, perituræ carni insipienter indulget? Si misera caro te ad delicias vocet, ad quærendas in cibo & potu laxitates tuo statui minime congruas inuiter, & prætextu necessitatis mollia & delicata accipienda suadeat, prædictis armis ex consilio Petri Damiani Ostiensis Episcopi, te ipsum satis securè communies: His, inquit, malè blandientibus suadellis, immò litis melle sagittis, ex diabolica phætrea manifestè vibratis, tu discipulus Christi crucifixi prudenter occurre, eamque à te conditionis tuæ sedula consideratione repelle. Pende quia caro, quæ nunc accuratis dapibus enutritur, paulò post, verbibus scaturire compellitur, ipsaque tunc sit esca rodentium, quæ nunc delectabiliter saginatur iucunditate ciborum: actanto grauiorem exhalat putrefacta fetorem, quanto suauiore sibi procurauit educata mollitiè. Verè hæc ita sunt. Quam obrem si carnem tuam cibis delicatis, & in nimia

Gen. 3. 19.
Iob 7. 20.
Ecc. 12. 7.
Petrus Damiani. e-
pist. ad
Blasium,
c. 10.

A quantitate acceptis asseruas, potiùs vilitate ciborum & paucitate conserua. Abstinentia enim est, quæ carnem ipsam hic vegetat, & facit ad labores duriores: & quæ post mortem minùs corruptioni reddit obnoxiam. Adeo vt Dominus aliquorum sanctorum corpora in partem præmij seruata abstinentiæ & castitatis, ad multos annos, & odore suauis perfundat, & ab omni corruptionis labe præseruet. Optimè quidem, vt caro ieiuniis & rebus asperis afflicta, oculis omnium testis exponatur magnæ mercedis, quam Deus iustus retributor abstinentiæ & castitati præparauit.

B De vitio luxuria, ac de manentibus eius reliquiis.
CAPVT V.

LUXURIA est appetitus inordinatus impuræ ac libidinosæ voluptatis. Appetitus enim libidinis licitus est in coniugatis, cum rationis frænum nõ soluit, & ad finem generationis ordinatur, pertinetque ad infimum gradum castitatis: at extra coniugatorum statum inordinatus est, impuram voluptatem captans, aut generationis finem debita ratione, & à compari sibi à Domino concessio, non quærens, & ideo luxuriæ spiritum oppositum castitati constituit. Hic immundus spiritus ex Paulo, templum Dei violat: ex Bernardo, paternam benedictionem, ac substantiam perdit: ex Hieronymo, de homine rationali pecudem facit: ex Ambrosio, miseriam seruituti subiicit. Hic spiritus, vt ipse alio loco ait: Nocte feruet, die anhelat, de somno excitat, à negotio abducit, à ratione reuocat, aufert consilium, amentes inquietat, lapsos inclinat, castis insidiatur, poriendo inflammat, vsuque succendit. Luxuriam prohibuit Dominus in Exodo, dicens: Non mœchaberis. Et ore Pauli: Fugite fornicationem. Omne enim peccatum, quodcunque fecerit homo, extra corpus est; qui autem fornicatur, in corpus suum peccat. Ac rursus: Fornicatio, & omnis immunditia nec nominetur in vobis. Et tandem: Fornicatores & adulteros iudicabit Deus.]

E Species impuræ libidinis non est nostrum nominare. Vt quid enim nos fornicationes, adulteria, incestus, stupra, raptus, & vitia contra naturam commemoramus? Vt quid impudicos tactus, & oscula, & alia similia delibemus, qui ad animas Deo per castitatis votum consecratas scribimus, & hæc non vt vitentur maiora, quæ iam omnino delecta sunt, sed vt minima quæque caueantur, tractamus. Et hæc quidem libens præterissem, nisi necessitas enunciandi pericula animarum id omnino deposceret. Malo enim, vt Hieronymus ad Furiam ait, verecundia parumper quàm causa periclitari. Et sicut medici vt vlcera curent, & plagis corporis medeantur, non curant si eorum manus, aut vestes agroti putore fœdentur: ita non curo si ad particularia descendens, & aduersarij tendiculas aperiens, quibus in hoc vitio viros spirituales infestat, aliquid putidum stylo tangam, cuius quidem vellem nec meminisse. Omnia igitur munda mundis; & sicut coinquinatis & infidelibus nihil est mundum, sed inquinata sunt eorum, & mens, & conscientia: ita iustis, & puritatis amatoribus, quæ dicemus, omnia sunt munda, nec legere vereantur, quæ cautè scripta sunt, & pro eorum cautela dicuntur. Nam in his, qui iam sæcu-

1. Cor. 6. Bern. ser. 23. ad fororem. Hiero. ad c. 4. Osea. Ambr. li. 6. de noc. 9.
Exod. 20. 14.
1. Cor. 6. num. 18.
Ephes. 5. num. 3.
Hebr. 13. 4.

Hiero. e-
pist. 10. c. 3.
Tit. 1. 15.

lo nuntium remiserunt, & vitam spiritualem aggressi sunt, aliqua notauimus, quae sunt huius vitij adhuc animo infidentis reliquiae, & consummationis malorum eius initia, quae si non strenue declinentur, manifestum facient castitatis excidium, & foedissima luxuriae aditum praeprabunt.

Sunt quidem nonnulli & fortassis non pauci, qui in hoc vitio libidinis, cogitatione delinquant: Non quia in impura cogitatione consentiant, hoc enim criminale peccatum est, dicente Domino: Omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo; sed quia eam negligenter eliminant. Non eam serpere & dominari sinunt, nec (vt verbis scholae loquamur) omnino negatiue se habent, eam non curantes expellere, quod etiam ad graue peccatum pertinere, sed valde remisè & oscitanter abiciunt. Sibilum serpentis quasi furtiuè & latenter auscultant, at licet non libenter, reiciunt tamen, ne se crimine lethali contaminent. Ignem excipiunt in sinu, quousque tantillum carnalis odoris & impurae voluptatis eliciat; non tamen ita, vt manifesta flamma consensus erumpat. Vinum aspidum odore percipiunt, & eius fallaci suauitate extremam linguam intingunt, non tamen, timore Domini cogente, calicem à dæmone oblatum ebibunt. Hi sanè libidinis vitio possidentur, (licet non ad mortem) & funibus adhuc luxuriae ligantur. Quos si non conentur abrumperè, & ab impudicis cogitationibus (has quippe funes luxuriae vocamus) quam celeriter expedire, paulatim in consensum trahent, & ad nefarium opus admittendum impellent. Nam impura cogitatio velut tinea est, de qua Iob: Quasi putredo consumendus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea. Hæc ex ipso corde nostro, quasi ex veste procedit, & si non citò excutitur, morsu consensus praui consumit. Tinea sine sonitu perforat vestimentum, vt ait Gregorius, & sic cogitatio praua, sine eo quod mens sentiat, eam aculeo admitti desiderij transigit. Audiat ergo, qui hunc luxuriae gradum non effugit, dicentem Ieremiam: Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias: vsque quò morabuntur in te cogitationes noxiæ? & in primo impulsu cogitationis, si saluari vult, ianuam ei cordis occludat. Ea enim semel ingressa, mentem debilitat, & seipsam ita roborat, vt difficillimum sit iniquum hospitem & nos planè deprædantem eiicere.

In secundo gradu non iam aperta sed latentis luxuriae sunt illi, qui non timent proprium corpus, aut aliquam eius partem nudam videre, & se ipsos, aut nulla, aut ficta quadam necessitate contrèctare. Nec pudet illos duos libidinis gladios, visum & tactum, in suo corpore tanquam in cote exacuere, qui prauam cupiditatem exsuscitent, & eisdem gladiis improvidam mentem confodiant. Quid miser puluerem curiose inspicis? Quid stercus tangis? Corpus enim tuum, & puluis, & stercus est, quod deberes patienter, & non sine rubore gestare, non tamen vt rem pulchram, ac mundam, aut oculis videre, aut manu contingere. Omnis impudicitia sicut inimica est castitatis, ita ianua est aperta luxuriae. Hæc autem nudi corporis inspectio, & carnis licet propriae contrèctatio, manifesta est impudicitia, vt Thomas Aquinas ait, atque adeo comes est nondum victæ luxuriae. Ideo viri sancti suae puritatis percipidi maximè à conspectu etiam sui ipsorum abhoruerunt. Sicut de admirabili Abbate Ammone narrat Athanasius, quem cum se nudare, ac nudum videre erubisset, vt Lycum fluuium transfuaderet, in alteram ripam virtus diuina transposuit. Hoc miraculo Deus testatus

est quam sibi sit cordi pudicitia, quantum etiam isti aspectus incauti displiceant. Maxime etiam viri sancti lasciuos tactus vitarunt: lasciuui enim sunt, quos necessitas præcisa non exigit. Ex quibus profectò non modica castitatis iactura potest suboriri. Quare Iohannis Climaci sententia est: Fit nonnunquam vt ex solo tactu corpus inquinetur. Nihil quippe sensu isto grauius, nihil periculosius. Admoneat te is, qui matris manus pallium circumdedit, & atque ab iis, quae vel naturalia, vel præternaturalia sunt, à proprio, atque alieno corpore comprime manum. Satis ergo se luxuria reliquias inquinatos ostendunt, qui circumspectionis oblitri, se ipsos aspiciere aut tangere non verentur.

Sed ad alios transeamus, qui sua corpora molliter tractant, & eibus delicatis sustentant, & communem aliorum vestem auerfantes ex lino subtilissimo, immò & nonnunquam ex bysso interulas ad carnem gestant. Quin & caligas & tibialia ex eodem lino, aut bysso confici iubent, ne fortè communis pannus illos dilaceret, atque erueret. Quanto isti odio prosequenter cilicium, custodem castitatis, quam longè erunt à summe ipsorum flagellatione, & aliis asperitatibus, quorum praesidio viri spirituales corporis, & animae puritatem tuentur, quos byssus amittit, atque circumdat; ne eorum tibias, aut femora communis pannus affligat? Et diues epulo statum saecularem habens reprehenditur, quòd induebatur purpura, & bysso; & hi in statu regulari, statu vtique penitentiae, & humilitatis ex eo quòd induantur bysso & similibus vestimentis, ab omni reprehensione inuenientur immunes? Non puto. Immo Saluator noster eos suae asperitatis ostensione reprehendit, & amictu aulicorum circumdatos mundi affectus non perfectionis amatores agnosceret. Nec existimo eos luxuriam vicisse, aut lasciuam reiecisse, qui nesciunt minores voluptates respuere, & sibi tales mollicies denegare. Verum est enim quòd Bonauentura ex alio refert: Quia molles mollia querunt: vnde hi mollia quærentes non possunt ab ea, quae mater esse solet luxuriae, molliè defendi. At dicunt in his mollibus vestimentis se non lasciuam sed corporis mundiciam quærere, quia animae purae omnis mundiciæ sunt amantices, nec possunt immunditias corporis sustinere. Sed illis Hilarion apud Hieronymum respondet, quia superuacaneum est, in cilicio, id est, in habitu penitentiae, quem ipsi induunt, immoderatas munditias quærere. Respondet etiam opus ipsum, quoniam sepe vidimus hos suorum corporum palpatores, honestatis neglectores esse, & qui aduersus regulam & statutum, corporalem mundiciam amat, mentis puritatem habuisse contemptui. Mollicies itaque vestium, pars est luxuriae, aut proximè aut remotè lasciuos motus incitans, impuras cogitationes nutrens, & mentem ad ruendam castitatem eneruans. Quam molliem si suaves pigmentorum odores comitentur, (id enim aliquando non sine dolore videmus,) & vir religiosus velut alter Adonis mofchum, & alia similia redoleat, nescio quomodo cordis necessitatem præterens, & odoriferis aquis aspersus lasciuiae indicia profundat, quibus vel feminæ honestæ abstinent, & mulierculæ impudicæ se produnt, quis putet eum, luxuriam vicisse, & carnis spurcicias ablegasse? Ad ista omnia tactui mollia, gustui dulcia, & odoratiui suauia, libidinis insitus amor inducit, quæ penitus cauenda sunt, ne rabies ista propriis actibus crescat, & ad nequiora & foediora pelliciat.

Alios etiam inuenias, qui libenter libellos minus pudicos legunt, & epigrammata, ac carmina lasciuos

Matth. 5. 28.

Iob. 13. n. 28.

Greg. 11. mor. c. 25.

Ierem. 4. 14.

D Thom. 2. 2. q. 15. art. 4.

Athanas. in vita Antonij.

Climaci gradus.

Luc. 16. num. 19.

Bonavent. in specu. part. 3. c. 8.

Hiero. in vitiis.

Hier. lib. 1. in Ezzechi.

Prophet. 3. de vitis con-temp. c. 6.

Nu. 15. 39.

Nat. ian. orat. 8.

Ecl. 28. 18.

Prov. 5. 4.

amores sonantia reuoluunt, & id litteris scriptum, & eleganter elaboratum considerant, quod nondum ex tuo corde praeiuderunt. At ipsi suam conscientiam in testem uocent, quae testetur an illud vitium auerferentur, cuius imagine delectantur. Nam & scriptio lasciuia, imago lasciuiae & impudicitiae est, quam solus ille liberenter legit, & oculis tum exterioribus tum interioribus inspicit, qui lasciuiam & luxuriam in corde fouet. Certè apud antiquos Hebraeorum cautum erat, ut refert Hieronymus, ne quis adolescens librum Genesios & Canticum canticorum legeret, quibus sub nomine mulierum, & generationis humanae, virtutum actus, ac multa sunt mysteria signata. Id autem vetitum est, ne forte haec spiritalia, ut inquit Prosper, secundum carnem adhuc carnales acciperent, nec virtutes cogitarent, quas mulieres illae significant, sed ipsas cogitando carnaliter deperirent. Quod si sancta sanctè & circumspectè legenda sunt, ne nos ob ingenitam imbecillitatem aliqua voluptatis memoria commaculet, quanta cura essent profana & impura vitanda, quorum diabolus per suos administratos est author, ut virus luxuriae interius latens si non aperitis flagitiis augeat, ac rei alicuius lasciuiae lectione promoueat? Non dubites, o lector, quisquis es, te ad rerum turpium lectionem vitio luxuriae nondum edomito, & intus latente, incitari, cui si vel in minimo consentis, nunquam plenè deuincas. Illud est quod te ad haec legenda dissimulanter instigulat, ut impuras cogitationes moueat, impudicos motus in carne suscitet, desideria carnis immittat, & si valuerit, intellectum voluntatemque peruertat.

Sed aliud est multo periculosius, quo vitium istud nondum expulsum incautos infestat. Intimas familiaritates cum feminis, initio quidem, bono praetextu, aut certè non aperte malo, suadet, ut à castitatis concepto amore deturbet. Familiaritates istae aliquando ob bonum finem incipiunt, ut scilicet quis feminam à profana vita abducat, ut vitam spiritualem, & itinera orationis edoceat, ut eius confessiones excipiat. Interdum verò in hominibus imperfectis non tam honesto fine se contegit, sed certè non malo, ne scilicet quis agrestis, & nimis scrupulosus iudicetur, ne semper solitarius existens, tristis ac melancholicus fiat, ne honesta quadam intermissione careat, & ne priuaret omnino virorum ac mulierum (vtrumque enim sexum fecit Deus) vili ac iucundo consortio. His igitur ex causis amicitia incipit, sed audi in quae mala deiciat. Nam primò prolixae confabulationes admittuntur, in quibus impudens homo praesenti feminae pulchritudine oculos pascit, & mollissima eius voce aures oblectat, & iam quasi oculis & auribus fornicatur. Quod enim sit aliqua oculorum detestanda fornicatio, indicat Dominus praecipiens filiis Israel ut ponerent vitas hyacinthinas per angulos palliorum, ut recordarentur mandatorum Dei, & non sequerentur oculos per res varias fornicantes. Et Gregorius Nazianzenus ait: Ea oculi impudici, & auidi attingunt, quae nefas est attingere. Quod etiam aures suo modo fornicentur, insinuat Ecclesiasticus, dicens: Sepi aures tuas spinis; ne scilicet audiant vocem mulieris incantantis sapientes, cuius [nitidius oleo guttur eius.] Haec vox audita impure delectat, & nihil minus honestum dicens, ad turpem voluptatem inuitat. Quare isti infœlices, qui praedictis fabulationibus cum feminis habenas laxant, sunt quidem, si non corpore, ac oculis turpes, & auribus inhonesti, quos daemon iridet, & desideriorum impudicitia captiuat.

Sed confabulationes, neque assiduae, neque ita

A protractae esse possunt, ac animus impudicus optabat, quas verecundia prohibet, scandalum aliorum auerit, & seuera disciplina castigat. Nihil refert, nam manent cogitationes, & feminae cui cor agglutinatum est, memoriae perpetuae, quae mentem, & corpus igne prauae concupiscentiae succendunt. Ex oculorum aspectu coepit impura cogitatio, & ex cogitatione nascitur praua cupiditas, à qua primùm vulneraris, tandem occideris. Optime namque Clemens Alexandrinus ait: Dum lasciuunt oculi, calescunt appetitiones, & oculi proximos imprudentiùs respicere assue facti, quod concessum otium habeant, intendunt cupiditates. Iam amator quondam castitatis, non negabis te nunc esse fornicarium, cum licet corpore abstineas, animo ludas, & mente turpia voluas, atque reuoluas. Nam & scriptum est: Amen dico vobis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. Ergo adulter es, & impudicus, qui talia cogitas, & confabulationes, & aspectus mulierum iteras, quae impudicitiam ad finem vsque perducant. Ut enim ait sanctus Nilus Abbas: Lucernae flammam oleum nutrit, & libidinis ardorem accendit consuetudo foeminarum. Ac rursus: Florent olera prope aquam sata, & libidinis femina familiaritate mulierum excitantur.

B Haec omnia interiora sunt? Non ergo tu veram virtutem, sed imaginem externam virtutis quaeris, qui non times interiùs impudicus esse, & turpis, ac lasciuus à Deo & Angelis reputari? Sed tace. Citò pestis se proderit, & nequaquam in mente se continebit. Nam post mutuas confabulationes intrabunt blanda colloquia, & mala dulces querelae, quae longam aliquam absentiam doleant. Sequentur munuscula vltro citroque data, & illa tibi munda linteola, tu illi precatorios globulos, vel imagunculam affabrefactam donabis, & mutuo pignore accepto maiorem ambo aperiendi desiderij confidentiam obtinebitis. Ne accipias munera, ait Dominus, quae etiam excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Quod si excæcant corda prudentium, quanto faciliùs excæcabunt imprudentes, & cæcum ac cæcam illigabunt? His nexibus luxuria in praecordiis abscondita, & nondum victa, te pidos & insipientes euerit, & ex his modicis (& certè modica non sunt, quae ad maiora disponunt) grauissimis peccatis, & perniciosissimis scandalis ianuam recludit. Et primùm oculus fornicatur, & postea impudens os ad lasciuum colloquium aperitur, & interuenientibus munusculis hostis latens ex insidiis egreditur, & omnia deuastat, & hominem à saeculo auulsam ad saecularia immo ad carnalia & turpia deturbat.

C His addenda sunt quae supra de nimis familiaritatibus diximus, cum quibuscunque personis, inuitis, nam & haec reliquae sunt occultae turpitudinis, quae non meliores sed formosiores diligit, & adolescentulos, atque imberbes ad frequens colloquium admittit. Omnia quae diximus, non sine pudore his nostris scriptis inseruimus. Sed charitas & desiderium manifestandi astum diaboli multis vitis caltis illudentis, nostrum pudorem cohibuit, & ad scribendum impulit. Planè sentimus, & certissimè cognoscimus, haec omnia actus esse luxuriae, in eo quod potest se ipsam oblectantis. Sicut enim sur multa quidem & pretiosa farari cupit, sed si non adsit facultas pretiosa tollendi, minora & viliora tollit, & vectes ac feras effringens, aditum ad pretiosa accipienda recludit: ita carnis concupiscentia timore Domini impedita haec minora non despicit, si fortè ex illis im-

moderatus

Clemens 2. paedagog. c. 11.

Matth. 5. 28.

Nilus orat. 2. de luxu.

Exod. 23. 8.

moderatus animis aliquando tandem ad maiora prorumpat. Et sicut infestus hostis aduersarium suum vulnerat, si potest, licet non possit occidere, & nititur assiduis vulneribus infirmorem facere, vt demum valeat vitam auferre: sic vitium luxurie implacabiliter odio habens animum castum, nititur illum his plagis cogitationum, & confabulationum, & munerulorum, & cupiditatum, non plene admittarum, vulnerate, vt data occasione, aut per apertum opus interimat, aut saltem per datum in prauam cupiditatem consensum, interficiat. Qui aliquo istorum, que diximus, se infici, atque captiuari cognoscit, licet nunquam in nefarium opus procedat, licet nunquam in manifestum consensum ruat, sciat se luxurie adhuc nexibus teneri, & enitarur, remediis, que iam subiicimus, ac precipue oratione, & postulatione diuinae gratiae, se a tam infami ac ignominioso vitio liberare.

De remediis, quibus luxuria vitium cohibetur.

CAPVT VI.

I.



POSSEMVS quidem ad remedium fortissimae voluptatis, mala eius corpori & animae illata referre, quae innumera sunt, & vel aliqua eorum bene considerata, non minimas inimicicias pestilenti vitio confabunt. Luxuria enim animam polluit, & corpus, ac membra humani corporis, templa utique Spiritus sancti, vt ait Paulus, profanat, & in lupanar conuertit turpitudinis. Haec praua cupiditas vires corporis debilitat, pulchritudinem tollit, salutem eripit, putidissimas aegritudines infert, celerem senectutem affert, famam eripit, & omnem corporis florem, ac optimam dispositionem diripit. Luxuria famam denigrat, ingenium hebetat, voluntatem captiuat, appetitum illigat, sensum infatuat, & hominem rationis compotem, quodammodo in brutum conuertit. Eius initia blanda quidem sunt, & quasi melle illita, sed nouissima amara quasi absinthium, & acuta quasi gladius biceps:] media autem tot periculis; tot molestiis, tot inquietudinibus plena, vt impudicus etiam in hac vita pro breuissima voluptate dolorem centuplicatum recipiat. Nunquam vero hanc immanem bestiam, edrum quae concupiscit allecutione satiabis, quae quod magis edit, & bibit ex voluptatibus, magis fitit, & esurit, & post innumerabilia flagitia, post corpus consumptum, & carnes exesas, & famam dilapidatam, & opes exhaustas, adhuc famelica & subunda persistit. Sed quia caro nostra, aut bestia, aut certe bestialis est, & nec rationi subest, nec pondere persuasionis conuincitur, aliis medicamentis visibilibus, & ad opus pertinentibus, eius stultitiae medeamur.

1. Corin. 6. 19.

Pror. 5. 4.

II.

Ad obtinendam ergo de tam robusto & importuno hoste victoriam, non tantum consideratione malitiae eius te arma, sed omnia eius initia, quaeunque signa voluptatis, quascunque vel a longe insidiantes luxuriae occasiones deuita. Visum cohibeas, ne aut proprium corpus, aut alienum, quantum fieri possit, aspicias: aures comprimas, ne quid laesivum aut minus honestum audias: curiositatem abneget, ne minus pudica legas: cor mortifices, ne cum aliquo, & multo minus cum aliqua nimiam familiaritatem in eas, & tandem nihil, quod immundam cupiditatem fouere possit, admittas. Caetera enim vitia, vt subtiliter disputat Cassianus, etiam vsu homi-

Cassian. lib. 6. col. 3.

A num, & exercitio quotidiano purgari solent, & quodammodo ipsius lapsus offensione curari: vt puta ira, tristitia, impatientia, meditatione cordis, ac perigli sollicitudine, sciatrum etiam frequenti & assidua prouocatione sanantur. Dúmque commota manifestantur saepius, & crebrius arguuntur, ocyus perueniunt ad salutem. Hoc vero cum corporis afflictione, & contritione cordis, solitudine quoque ac remotione indiget, vt possit ad integrum sanitatis statum, perniciofa aestum febre deposita, peruenire.] Quod & morborum confirmat similitudine, quorum obtutibus saepe necessarium est, nec noxios cibos offerre, ne eorum aspectu desiderium lethale gignatur: ita aestu turpis cupiditatis aegrotis omnis alliciens materia subtrahenda est, ne febrium fatis interiora depascentem accendat. Et in eadem sententiam sanctus Ephraem haec ait: Si volueris castè viuere, & modeste te gerere, continentiam sectare, & noxias a te conuersiones amputa. Quandiu enim quis scandali occasiones non vitat, impossibile fuerit a corde eius perturbationes prauarum cogitationum, & incendium improbarum concupiscentiarum recedere: siquidem aspectus qui apparet, & sermones passionem motumque in animo illius excitant. Nam sicut spongia humidis admota subiectam humiditatem haurit participatque: ita quoque cogitationis infirmitate laborans, si ad carnales homines accesserit, aut multum cum iis sermonem miscuerit, commune cum iis damnum participabit.] Haec & alia multa ille. Nemo igitur putet, se inter occasiones & aspectus lasciuiae, & inter mollities & delicias, posse carnis & animae mundiciam obtinere. Nam & qui tangit fuliginem, inquinabitur; & qui in ignem se conicit, comburetur; & qui conuictum feminarum & quidois aliud ex supra dictis admiserit, nunquam infame & tetrum luxuria vitium a se repellat.

C Primis impurae cupiditatis cogitationibus obsta, & non aliter citò exure quam scintillam, aut carbonem accensum in vestem immisum. Sicut enim vel leuissimus huius contactus indumento damnum affert; ita vel minima turpitudinis cogitatio mentis decorem imminuit. In matutino,] iuxta dictum sancti Dauidis,] interfice omnes peccatores terrae,] & in ortu suo carnales motus extingue, ne minus diligenter expulis animae pudorem deprudentur. Er stultis ac vanis promissionibus, vt ait Cyprianus, nullis a corde Christiano dari debet abigens manus, nec foueri debet coluber, donec in draconem formetur.] Imitare mulierem illam, cui hoc elogium datum est: Ipsa conteret caput tuum:] & capita, id est, initia cogitationum, illide, ne roborata te ipsum interimant. Facile namque est primo ingressui prauae cogitationis oblitescere, & aut bona aliqua cogitatione, aut honesta occupatione, aut certe solo illius contemptu, & attentione ad alia, declinare: sed si vires acciperit, & appetitum obtinuerit, corpusque commouerit, non erit facile sine magna pacis perturbatione, ac sine vulnere resilire. Et ipsa tepida ac timida resistentia robur vitio subministrat, & audaciam confert, vt importunius impugnet, quousque vilem animam mententemque profernat. Ideoque animosè & celetiter in primo tentationis impetu resistendum est, vt daemon tantam solertiam animaduertens, de bono aliquo successu desperet, & ne oleum & operam perdat, ab impugnatione desistat.

D His autem impuris cogitationibus ingressum impediens, & ianuam occludes, si cor tuum bonis semper cogitationibus occupaueris. Hospitium enim ab aliquo praeventum denuo adueniens hospes oc-

Ephr. orat. de abstinentia ab omni consuetudine perniciofa.

III.

Psal. 100. nu. 8.

Cyp. de ieiunio, & stat. Christi.

Genes. 3. 15.

IV.

cupare

cupare non curat: & mentem sancta cogitatione suspensam lasciuia cogitatio non infestat. Si autem a pia vtilique consideratione dilapsus, impuram cogitationem fores cordis pulsare perfereris, ei sancta consideratione metum incutiente responde. Si iam timorem Domini concepisti, memorare, illam lasciuam cogitationem Dei offensam, ac eius legis transgressionem afferre: mortem iam pro foribus astare, te a saeculo auocantem, & in meliorem vitam Angelis cognatam, ducentem: diem reddendae rationis esse dederam, in qua si illam cogitatione repuleris, praemium, & laudem; si tantillum admiseris, poenam & vituperationem recipies: concupiscentiae ignem, etsi plenum consensum non extorqueat, acerbissimo igne purgari; si vero ad consensum impellat, ignibus aeternis puniri. Quam considerationem optimum esse luxuriae medicamen Isidorus asseruit. Quando impulsu daemone, inquit, mens ad delectationem fornicationis impellitur, diuini iudicij metus, & aeterni tormenta incendij ante oculos proponantur, quia nimirum omnis poena grauioris supplicij formidine superatur. Sicut enim clauus clauum expellit, ita saepe recordatio ardoris gehennae, ardorem excludit luxuriae. Habemus vero maius aliud, & efficacius huius remedij testimonium, cum Ecclesiasticus dicat: In omnibus operibus tuis memorare nouissima tua, & in aeternum non peccabis. Vtilis sane, ac omnino acceptanda memoria. Si enim a patratione delicti, cohibet desiderium boni, & timor mali; quid efficacius a consensu prauae voluptatis abducat, quam summum bonum aeternae gloriae, quod castos manet; & summum malum aeternae poenae, quod lasciuos & impudicos expectat? Hi fortissimi milites exeant obuiam ab arce cordis tui, vt impuras cogitationes arceant, & primum etiam ingressum impediunt. Conferet etiam maxime, quod Bonauentura notauit, vt ad primum impudicae suggestionis impulsus, verba Vnae Hethai tibi vsurpes, & huic occasio ea non imprudenter accommodans, tibi dicas: Dominus meus Iesus, qui vera arca testamenti est, pendet in patibulo, & ego volupati operam dabo? Talique passionis Domini recordatione percussus, voluptate cogitare erubescas, & cum Dominus sibi crucem elegerit, non acquiesces tibi impuras mollities praeparare.

Non solae cogitationes cohibendae sunt, sed & sensus omnes refranandi, qui, vt internuntij turpitudinis, miseram animam in suae dominae amorem inclinant. Samson descendens in terram Philistinorum, vidit ibi mulierem, & adamauit eam, & vnae aspectus crines capitis raris, & omnem fortitudinem eius diripuit. O quam multos audites decepit, & vox mulieris catenis affectus effrenati deuinxit! O quantos suavis odor vestimentorum allexit, copia ciborum irretiuit, & tactus minus cautus in foueam luxuriae deiecit! Verè ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Paruli, sunt affectus nostri, qui more paruulorum sunt ferula cohibendi: iuuenes, sunt voluntates nostrae, quas nec dum cani prudentiae & discretionis exornant: mors vero, prauis consensibus primum appetitus libere vagantes, & deinde voluntates per plateas rerum sensibilibus discurrentes, occidit, quam mortem aperta fenestra, id est, sensus, in domum cordis admiserunt. Nunc Hugonem Victorinum his astipulantem ausculta. Mors animae, ait, est concupiscentia: domus interior, mens nostra est: fenestra huius domus, sunt quinque corporis sensus. Mors ergo per fenestram ascendit, atque domos ingreditur, quando concupiscentiae vi-

A tium per sensus protumpit ad interiora metis. Quapropter ne vitalis sensus per exteriorem appetitum intus intreat, opus est vt fenestras domus nostrae tanta diligentia custodiamus, vt ipsum appetitum tanto facilius possimus compescere, quanto nullum vitium permittimus ingressum patere. Fenestra igitur istae claudendae sunt, & internuntij ab ingressu cohibendi, ne miseram & infirmam animam a proposito castitatis amoueant.

Corporis afflictionem, & castigationem diligito, quam in abstinentia, in sobrietate, in vestium asperitate, ac vilitate, & in sustinendo aliquo dolore omnes patres collocarunt. Abstinentia est, vt cibum ad necessitatem, non ad voluptatem neque ad crapulam accipias. Nimiis enim cibus corpus non tam ad opera vitae robotat, quam ad impudicitiam impinguat, vt aduersus spiritum recalcitret, & frantum honestatis amittat. Vnde Gregorius: Abstinentia ciborum contra hoc vitium fortissima est: si enim ignis libido est, subtrahis igni materiam, cum cibos subtrahis. Sobrietas est, vt a potu praesertim vini, temperes, & illud si bibendum sit ob carnis imbecillitatem, & modicum, & satis aqua dilutum sumas. Paulus enim discipulo Timotheo iam Episcopo, & curis, ac laboribus praegravato, & aegritudinibus affecto, non nisi parum vini concedit. Noli, inquit, adhuc aquam bibere, sed modico vino vttere propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. Et diaconos, ac ministros altaris vult non multo vino deditos, sed qui sciant sobrietatem seruare. Vinum autem in adolescentia praesertim fugiendum est, ne caro per se robusta, vini adiectione ad luxuriam incalescat. Quate Hieronymus ad Eustochium ait: Hoc obtestor, sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. Haec aduersus adolescentiam prima arma sunt daemoneum. Vinum, & adolescentia, duplex incendium voluptatis. Quid oleum flammam adiciamus? Quid ardenti corporeulo fomenta ignium ministramus? Vestium asperitas est, si non ad luxum, non ad fastum, sed ad operienda & protegenda corpora nostra vestem exquiras. Immoderatum quippe cultum indumentorum daemone inuenit, vt carnem lasciuam ipsum gestantis ad impuras voluptates inuitaret, & corpus aspicientis ad turpitudinem alliceret. Tu ergo contrariam teneas viam, & indumentum vile ac commune diligas, quod nec te ad desideria lasciuiae excitet, nec in aspicientibus memoriam alicuius turpitudinis ingerat. Nam & primum, quod Spiritus sanctus in muliere impudica taxat, est nimius & exquisitus ornatus, quo pertrahit ad impuras voluptates. Ecce, inquit, occurrit illi, (id est, adolescenti,) mulier, ornata meretricio, praeparata ad capiendas animas. Vt videlicet cognoscamus superfluum ornatum esse instar retis, quod stultos ad luxuriam capiat. Si autem rete visum (id est plus nimio culta vestis) ad lasciuam mouet, quanto magis non iam visum sed corpori ad motum animam incautam innectet? Sustentatio doloris est, si corpus ciliis affligas, flagellis domes, humi cubationibus, vigiliis, & aliis similibus exerceas, quo non iam voluptatem sed quietem aliquam concupiscat. Nam certe corpus blandè tractatum, non aliud quam sui delicias, & animae excidii meditabitur. Apostolus, inquit Hieronymus, macerat corpus suum, & animam subiicit imperio, ne quod aliis praecipit, ipse non seruet: & adolescentula seruente cibus corpore, de castitate secura est? Quis tam efficaci ratione non conuincatur, quis non tibi ipsi persuadeat omnem indulgentiam suo corpori denegare? Paulus enim nec adolescens iam erat, nec vir ociosus erat, nec rote sanctae

VI

VI.

Greg. li. s. in 1. reg. ad c. 14.

1. Timor. 5. 23.

1. Timor. 3. 8.

Hieron. epist. ad Eust.

Prover 7. 10.

Hieron. epist. 10. ad Eust. 63. 10. 3.

contempla

Isid. li. 2. sent. c. 39.

Ecl. 7. 40.

Bonauent. in specul. a. p. prin. cap. 2. a. reg. 11. 11.

V.

Judic. 14. 1.

Ierem. 9. 21.

Hugo. in reg. 6.

B

C

D

E

contemplationis, (de qua nunc dicemus,) vacuus er-
rat, & tamen corpus afflictione conterit, ne aduersus
spiritum concupiscat: quanto magis his praesidiis ad-
uersus carnem destituti, deberent eam saltem neces-
saria asperitate domare?

VII.

In studium orationis assidue diligenter incumbe,
non tantum illius, qua auxilium postules a Domino
ad hunc gigantem superandum, de ea enim iam su-
pra diximus, sed illius praecipue, qua caelestium rerum
consideratione, & affectibus amoris diuini, ac sanctis
desideriis perficitur. Nihil est quod cum hoc remedio
conferri possit, nec quod potentius carnis ardorem,
ac luxuriae flammam extinguat. Illae enim altis-
sima cogitationes, vilissima phantasmata rerum
carnalium expellunt; illa purissima desideria, foedis-
simas corporis concupiscentias excludunt, & sanctis-
simus ille complexus, quo anima suum creatorem
astringit, ab omni complexu carnis abhorret. Est hoc
orationis genus, velut caelestis quidam ros immisus
a Domino, vt animam tigeat, & ex ea in carnem de-
scendat, & ignem illum sulphureum carnis excludat.

Ecl. 10.
16.

Eccl. 10. 16. Nonne ardorem refrigerabit ros, sic & verbum melius quam datum. Datum, hoc loco aliquid donum caeleste significet, aut aliquem actum virtutis, vt puta, abstinentiae, aut humilitatis, quo Dominus animam iusti multiplicat, & verbum, internum sermonem designet, quo anima suas infirmitates in oratione pandit, aut certe quem ipsa in recessibus cordis, e caelo demissum audit. Hoc verbum rori comparatur, quia sicut ros astitium calorem temperat, & corpora calore fatigata recreat; ita oratio, & mutua cum Domino colloquutio, omnem aestum carnis refrigerat. Incumbamus gemitibus assiduis, inquit Martyr Cyprianus, & deprecationibus crebris. Hae sunt enim nobis arma caelestia, quae stare & perseverare fortiter faciunt. Hae sunt munimenta spiritualia, & tela diuina, quae protegent.] Et ita sane viuendum est, vt mens nostra, aliudua meditatione necessariam erubescat, vt, nar-
rante Athanasio, erubesceret magnus Antonius, & superfluam, tanquam rem vilissimam, omnino derelinquat. Ita fiet, vt paulatim aetatis spiritualis perfectione veniente muliebria nos deserant, & impura concupiscentia discendant. Atque animus castus & deliciis spiritualibus affectus, non solum luxuriam vincat, sed omnem memoriam impuritatis reiiciat. Ad quantam vero mundiciam animae & corporis vitii perfecti, orationis & mortificationis studio perueniant, infra dicemus, cum de castitate tractabimus. Nunc vero pro pugna cum terribissimo vitio, haec dicta sufficiant.

Cypr. lib.
1. epist. 1.

De vitio Avaritiae & eius actibus.

CAPVT VII.



AVARITIA est immoderatus appetitus acquirendi, vel retinendi bona temporalia. Nam bonorum temporalium appetitus duplex esse potest. Alter, quo quis, quantum, & quando, & quomodo oportet, vult aliquid temporale, iuxta necessitatem naturae, vel status sui; & in hoc nulla reperitur iniquitas. Alter, quo quis dissentiens rectae rationi, res temporales concupiscit, qui adhuc in duos appetitus siue temporalium rerum concupiscentias, est distinguendus. Vna est, qua aliquis indebitè, & cum iniuria proximi vult aliquid acquirere, aut retinere,

D. Tho.
2. 2. q. 118.
art. 3.

& haec iniustitia est: altera vero, qua sine alicuius iniuria, nimis & inordinate rebus temporalibus, aut acquirendis aut retinendis inhæret; & haec avaritia est. Hæc diuina ac caelestia negligit, vt terrena & abiecta possideat; & praetextu libertatis habendae animam auaram grauissima seruitute desideriorum temporalium infestat. De qua pulchre ait Prosper Regiensis Episcopus: Iubet imperiosa cupiditas, vt diuina parui-
pendentes, possessionum terrestrium damnosa compendia cogitemus: vt in eis totam sollicitudinem curamque ponamus, vt inde nos morbida vanitate iactemus, vt amplitudine patrimonij diffusioris elati, fieri pauperes spiritu negligamus. O facinus inauditum: suavi Christi iugo contempto, ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione suscipimus, & Domini nostri leui onere, quod subiectus non onerat, sed subleuat, post habito, plumbeum pondus nostris ceruicibus aggeramus.] Auaritiam prohibuit Dominus, dicens: Nolite solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipsi, sufficit diei malitia sua.] Et iterum: Videte, & caute ab omni avaritia: quia non in abundantia cuiusquam, vita eius est ex his quae possidet.] Ac si diceret: Si possessionibus nequaquam vita protrahitur, nec diuitiarum possessione fit longior, non est cur illas, aut ultra mensuram aggregare, aut retinere curetis. Paulus quoque ait: Sint mores sine avaritia: contenti praesentibus: ipse enim dixit: Non te deseram, neque derelinquam,] ita vt confidenter dicamus: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo.] Verè qui avaritiam, & nimiam sollicitudinem rerum huius mundi deponit, Deum prouidentem & adiutorem habet: avarus verò dignus est speciali ac benigna Domini prouisione priuari, eo quod immoderate visibilia quaerens, non tam in Domino quam in semetipso confidit.

Prosp. lib.
2. de vita
consp. la.
c. 15.

Matth. 6.
34.
Luc. 12.
15.

Hebr. 13.
5.

Psal. 117.
6.

Vitium hoc non leuiter, nec quasi in transitu statum religiosorum infecti, sed satis grauius atque pertinaciter fordidauit, cuius gradus, incipiendo a minoribus, breuiter explicabimus. Primus est illorum religiosorum, qui ea conditione videntur Euangelicam paupertatem vouis-
se, modò nihil omnino eis neque in cibo, neque in veste, neque in habitatione deficiat. Volunt esse professione pauperes, sed actione diuites, qui nullam incommoditatem, nullam necessitatem sustineant. In hoc paupertatem amant, vt eam habitu praferant, non tamen in hoc, vt effectum aliquem paupertatis sentiant. Ac ideo si aliquid desit, si cibis minus bene apparatus ministraretur, si vestis detrita aliquantulum offeratur, si cella minus commoda, vel suppellectili vacua designetur, statim tristantur, & conqueruntur, immò & non sine scandalo pusillorum obmurmurant. Fortè non intellexerunt vim illius Paulinae sententiae: Tanquam nihil habentes, & omnia possidentes:] qua significatur pauperibus Euangelicis omnia sponte ac libenter ministrari, non tamen ipsos omnia possidere. Hos fugillat Bernardus dicens: Hi sunt qui pauperes esse volunt, eo tamen pacto, vt nihil eis desit, & sic diligant paupertatem, vt nullam inopiam pariantur.] Et eos quidem ego similes dicerem quibusdam hominibus animi pusilli, qui Iadorum opibus inuitati, ex Europa in nostram Americam nauigare constituunt: nauem autem ingressos, & non nihil molestiae, & famis, ac sitis expertos, eos cepta navigationis pœnitet, & si casu aliquo, aut obistente vento (quod non semel accidit) nauis in Hispaniam redeat, protectionem ipsam, & opes, quas apud nos lucrarentur, derelinquunt. Ita hi statu pauperes, sed diuites desiderio,

1. Cor. 6
10.

Bern. ser.
4. de Ad-
uent.

diuitiis

diuitiis patriæ cœlestis illecti, illic per extremam etiam paupertatem, ac rerum omnium contemptio- nem properare decreuerunt, sed si aliquid desit com- modorum, quæ in sæculo habuerunt, pœnitentia du- cti, ad illud, si non habitus dimissione, ac sanctæ pau- pertatis odio, & concupiscentia diuitiarum, curant remeare. Considerent ergo se pauperes esse, & ad e- esse annexum pauperis, penuriam pati, vt nulla esse possit pauperis ac penuriæ disunctio. His illos libet adtingere, qui non tam sibi quam cœnobio, & toti congregationi necessaria sine vlla mensura procura- rant, & cum scandalo secularium, Monasterij pro- uentus augmentant. Quos auarissimos esse, & re- rum temporalium cupidissimos, notissimum est, & eo noxiis deceptos, quo sub honestiori prætextu suam auaritiam palliare noscuntur. Sciant non so- lum se paupertatem uouisse, sed etiam conuentum, quia pauperum, pauperem esse debere; qui non di- uitiis congreget, nec agrum agro copuler vsque ad terminum loci, sed necessaria cum ædificatione quæ- rat, & si ea non inuenierit, de diuina liberalitate ac prouidentia confidat.

Ex hoc primo auaritiæ & pusillanimitatis gradu, (nam omnem cupidum animo pusillum esse puta- mus,) alter sequitur perniciosior, quo necessaria cum immoderato affectu, & nimia adhæsione possiden- tur. Eoque gradu rerum vsus in inquietudinem transit, ita vt videantur non tam ad vsum & necessi- tatem quæsitæ, quam ad anxietatem & amaritudi- nem vsurpata. Videas aliquos religiosorum tam pertinaci tenacitate librum, aut vestem, aut cellam, aut similem aliam vilitatem tenere, ac si ex ea, non dico iam corporis salus, sed animæ puritas ac perfe- ctio penderet, & ac si talis rei, aut amissio, aut pro alia commutatio, totum vitæ statum labefacta- ret. Hos Bernardus non minùs quam seculares, amplissimarum diuitiarum auaritia detentos peccate asserit. Quid refert, inquit, si forte (quod absit) non quidem diuitias, sed ea ipsa, quæ paupertatis sunt, toto affectu desideres, aut etiam ardentius quam diuitias cupiant homines seculares? Quid distat, quæcunque substantia desideretur, dum æqualiter sit corruptus affectus, nisi quoddam tolerabilius illud videri possit, quæ plura esse videntur, plurimum desi- derare?]

Non recordantur isti illius Davidici car- minis: Diuitiæ si affluent, nolite cor apponere.] Si enim diuitiis affluentibus, & se ingerentibus, & quasi ex nimio erga nos amore domum nostram quæritantibus, cor apponendum non est; quanto mi- nùs in minimis rebus ad vsum nobis concessis col- locandum? Quæ sanè ob sui paruitatem, nec affe- ctu nostro sunt dignæ, eumque vel ob sui exilitatem sariare non possunt. Et, si diuites sequens versus: Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia pote- stas Dei est, & tibi Domine misericordia,] ab amore nimio diuitiarum auocat, quod denotatur (vt inquit Basilius) Deum semel, id est, firmiter statuissè, futu- rum esse iudicium, quod immoderatos erga res crea- tas amores puniat; quanto magis & Euangelicos pauperes ab amore rerum vilissimarum abducat, ne illarum causa à Deo, cui se consecrarunt, volunta- tem auellant? Sed hunc rerum minimarum amo- rem mentis quietem tollere, ac proinde eam à dulci erga Deum affectu separare, Cassianus manifestè proclamat, cuius sunt verba, quæ subiungam: Hinc est, quod nonnullos, mundi huius maximas faculta- tes, & non solum multa auri atque argenti talenta, verum etiam prædiorum magnificentiam conte- mnetes, post hæc videmus, pro calpello, pro graphio, pro acu, pro calamo commoueri. Qui si contem-

plationem mundi cordi fixam tenerent, nunquam vtiq;e pro paruis rebus admitterent, quod ne pro magnis ac pretiosis incurerent opibus, eadem pen- nitus abiicere maluerunt.] Et quidem hæc ratio Cassiani posset immoderatum affectum istorum suf- ficienter curare. Si enim magna reliquerunt, ne se creaturarum amore sædarent, & ne Dei contempla- tionem & amorem in solo animo pacato, & mundo residentem impedirent, cur paruissima affectu non deserunt, quæ quò abieciore sunt, eò turpius infi- ciunt, & damnabilius mentis tranquillitatem, & Dei communicationem impediunt? Necessaria ergo ita accipienda sunt, vt nec affectui adhærescant, nec mentem nostram polluant, nec si auferantur, aut non ministrantur, à corde religiosi viri tranquillita- tem euellant. Id enim est scire cum Paulo, [satiari, & esurire, abundare, & penuriam pati.] Quia nec scit abundare, qui in necessitate immoderatè tristatus est; nam (vt videtur) abundauit ad luxum: nec scit esurire, qui per impatientiam sibi ipsi damnum intulit, dum non esurit ad meritum.

Hic immoderatus affectus, qui proprius est cupi- dorum, in tertium gradum auaritiæ præcipitat. Nec immeritò eum præcipitari dicimus, qui licet in auaritiæ vitio contingat nouus ascensus, tamen maior etiam accedit, & contemptibilior à virtute recessus. Ex immoderato ergo circa necessaria cupiditatis affe- ctu nascitur sæpe rerum minimè necessariarum amor, ac quarundam curiositarum desiderium in ves- tibus, in libris, & in reliquo apparatu cellarum, quod iam apertè, & sine suco animum distrahit, & in cupis- simarum curarum immisione disructiat. Iam non tantum duplicata, sed quadruplicata, immò, & octu- plicata vestis appetitur; iam bibliotheca, quæ volu- minum multitudine, & curiositate Vaticanam exæ- quet, instruitur; iam icones, & imagines pretiosissi- mæ pauperis cellam exornaturæ quaruntur: iam pro penario repositoria præparantur, quæ delicata, & suauia ad cibum & potum pertinentia, & vasa vitrea pulcherrima, & fictilia ex Synarum regno aduecta, recondant. Videbis non cellam religiosi, sed con- clauæ hominis secularis, cuius professio est diuitias ac delicias semper augere. Non est hoc recens viro- rum Deo consecratorum malum, quod Ioannes Cas- sianus ante mille annos in illius ætatis religiosi de- plorat. Ad hæc, inquit, nos miserabiles, quid dice- mus, qui in cœnobis commorantes, ac sub Abbatibus cura & sollicitudine constituti, peculiare circumferi- mus clauas, omnique professionis nostræ verecun- dia & consensione calcata, etiam anulos quibus re- condita præsignemus, in digitis palam gestare præ- sumimus? Quibus non solum cistellæ vel sportæ, sed ne arcæ quidem, vel armariæ, ad ea, quæ congeri- mus, vel quæ egressi de sæculo referuauimus, con- denda sufficiunt? Quique ita nonnunquam pro vilissimis, nullisque rebus accendimur, eas nobis velut proprias vindicantes, vt si quis vel digito quicquam ex his contrectare præsumpserit, tanta contra eum iracundia suppleamur, vt commotionem cordis no- stri ne à labiis quidem, ac tota corporis indignatione reuocare possimus.] Neque ista superflua valemus obtegere necessitatis obtentu, quæ non necessitati, sed vanitati & cupiditati nostræ seruire noscuntur. Quis enim credat tot sellas in cella religiosi esse nec- cessarias, ac si ibi more regis esset comitia coacturus? Ad quid tot mensæ, ac si vniuersum populum, sicut Alluerus, esset ad conuiuium vocaturus? Ad quid tot ac tam pulchræ imagines, & splendidus appa- ratus, ac si in cella sua, & non in Ecclesia esset festa na- talis Domini, & alia similia celebraturus? Ad quid

Philipp.
4. 12.

Cassian.
4. de in-
stitut. ca.
15.

Bern. ser.
de vitiis
vulgaribus
Ecclesie
ad Patres
in Capit.

Psal. 61.
nu. 11.

Psal. 61.
nu. 12. 13.

Basili. ib.

Cassian.
coll. 1. ca.
6.

denique rotthea, tot arcula, tot repositoria pigmentorum, ac si esset ad modum mercatoris in rebus vendendis & pecuniis congerendis, vitam & tempus occupaturus? Contemptori diuitiarum sufficit moderata vestis, qua gestat, & æconomus Monasterij alias pro tempore opportuno custodiat: sufficit parua mensa, non multi libri, imago affectum compunctionis mouens, & si quid aliud necessitas huius vitæ dictauerit, reliqua non sunt nisi fomenta cupiditatis, & fructus auaritiæ nondum extinctæ, quæ ex minoribus ad maiora procedit.

Vis videre quo pacto hæc pestis auaritiæ à minoribus ad maiora procedat? Audi igitur: nam ex hoc tertio gradu ad quartum progreditur, & religioso non tantum curiosa, superflua, & vana, sed & peculium pro illis emendis & reficiendis habere suadet: vtinam tantum suaderet, nam & persuadet, & ad habendum peculium inducit. Est autem peculium, aut summæ pecuniæ, aut alterius rei determinatæ possessio, quam religiosus, non sine Prælati licentia, vñbus suis necessitatibusque reseruat. Quod stante adhuc decreto Tridentinæ synodi, in aliquibus religionibus licitum esse non dubito, nec id ad me in hac materia spiritus explicare attinet. Sed aliud est quod lex Ecclesiastica, & sanctarum religionum benignitas, ad vitanda maiora mala, & ad ostendam piam erga suos filios compassionem, permittit: aliud verò, quod immoderatus imperfectorum affectus sibi concedi ad superfluitatem requirit. Hunc nos affectum nunc carpimus, illud verò Theologis scholasticis discutiendum relinquimus. Merito autem hunc possidendi affectum inter auaritiæ gradus computamus, & satis perniciosum dicimus: quandoquidem iuxta sententiam B. Fulgentij, quem is affectus sibi subiecerit, religiosi nomine facit indignum. Dicebat enim hic sanctissimus Episcopus, & Ecclesiæ Africanæ columna firmissima, nec debere, nec posse monachum iudicari, cui voluntas habere priuatum peculium persuaserit. Vt enim monachus lautioribus forsitan cibis utatur, interdum cogit infirmitas corporis, vt autem cupiat in quamlibet exiguis rebus iuris proprii dominium vindicare, superba voluntatis & auaræ cupiditatis euidentis est testimonium. Scio autem quibus rationibus imperfecti hoc auaritiæ genus à Fulgentio sigillatum defendant: quas pulchre describit Cassianus, & religiosorum nostri temporis querimonias exponit. Hæc, inquit, id est auaritia, cum remissam tepidamque monachi possederit animam, in exigua summa sollicitans, iustos quosdam, & velut rationabiles ei colores, ob quos reseruat sibi aliquid pecuniæ debeat, vel parare, describit. Nam & ea, quæ præbentur in Monasterio, queritur non esse sufficientia, & sano robustoque corpore vix posse tolerari, quid faciendum, si valetudo mala carnis emerferit, & reconditum non fuerit aliquid peculiare, quo sustentetur infirmitas? Monasterij præstationem esse pertenuem, & negligentiam erga ærotantes maximam. Si proprium aliquid non fuerit, quo cura corpori valeat adhiberi, miserè esse moriendum. Ipsum etiam vestimentum non sufficere quod præbetur, nisi procurauerit vnde sibi aliud valeat exhiberi. Postremò nec diu posse in eodem loco, vel Monasterio commorari: & nisi parauerit sibi viatici sumptus, euectionisque transmarinæ mercedem, non posse, cum voluerit, transmigrare, & necessitate inopiæ coarctatum, laboriosam ac miserabilem absque vilo profectu vitam iugiter toleraturum: inopem quoque se semper, ac nudum non sine improperio aliena substantia sustentandum.] His dæmonis

Concil.
Trid. sess.
25. c. 2. de
regul.

In eius
vita Sur.
to. 1. in
Ianuar.

Cassian.
lib. 7. c. 7.

A | Illusionibus non tam verba quam opera contraria respondeant: quia innumerabiles omnium ordinum religiosi, sine vilo peculio viuimus, & tamen nec fame perimus, nec penuria vestimenti rigescimus, nec ægritudine pulsati morimur, nec semper, si oporteat emigrare, in eodem loco consistimus. Quare ergo tu, qui hæc legis, quod nos possumus, ipse non poteris? An gratia Dei te solum deseret? An diuina liberalitas, quæ auiculas & filios coruorum reficit, te solum non sustentabit? An verò tu præ omnibus delicatior & blandior necessitati succumbes, nisi te pecuniis communiaris? Deponè frater hanc diffidentiam tuam, & quæ tibi imprudens præparasti, cautior factus, vñbus cœnobij concede, vt Dominus te iam non auaritiæ & laxitatem fouentem, sed Evangelicam paupertatem, quam professus es, asseruantem, tenerimè diligat, & speciali prouidentia sua tuis necessitatibus religionis beneficio succurrat. Ipse qui dat iumentis escam ipsorum, & pullis coruorum inuocantibus eum,] te dilectissimum filium, omnia propter ipsum deserentem, non deseret, & omnem cupiditatem & pusillanimitatem abiicientem, è gremio suæ dulcissimæ prouidentia non abiiciet.

Quartus hic auaritiæ gradus quinti ianua est, atque postremi, quo infelix religiosus omnem timorem verecundiamque deponens, pecuniam congregare, & argentum & aurum coaceruare non dubitat. Pecunias quoque iam congregatas negotiatio ni per manus alicuius secularis, & mercimoniis expostas, & conseruare & augete non meruit. Id autem quo fine? Vt scilicet abundantius suis necessitatibus vñbusque prouideat: vt prælationes & dignitates intra & extra religionem coeat: vt consanguineos ditet, fratres sustentet, sorores collocet, & demum, vt retento habitu, ad sæculum conuersatione reuertatur, & se faciat vita, non iam perfectorum tantum, sed & bonorum religiosorum extorrem. Pro comperto habeo, cum religiosus in tam apertam temeritatem contra suam regulam atque statum prorumpit, multis mortalibus peccatis fordere, & dum minus putat, se ob perituras diuitias à vero thesauro, scilicet à Dei gratia, separare. Nam si hæc inficio & reluctante Prælato faciat, quis dubitet eum peccare mortaliter, proprietarium esse, & in statu damnationis existere? Et tamen frequenter celebrat, vt sit velut alter Iudas, & in eum post sanctam bucellam Satanas introeat, & sine vilo compunctionis sensu sacramenta ministrat, vt peccata peccatis accumularet. Si autem annuente immediato Prælato pecuniis congerendis insultat, quis ei securitatem conscientia promittat, cum Prælatus, cui potestas data est in adificationem religionis, non in destructionem, hanc facultatem manifestè disciplinam religionis euertentem dare non possit? At Prælatus, & præsertim qui toti prouincia præest, vel etiam supremus, qui totam religionem gubernat, ad quærendas & habendas pecunias pro occurrente necessitate leniendi facultatem concessit? Esto, ita sit, an ille vt tu mercator sis, & seculariter viuas, & cum scandalo secularium conuerseris, & sine vilo numero neque mensura pecunias agglomeres, licentiam impertit? Non credo: sed quamuis ita esset, quid refert, o infelix, & caligine auaritiæ cæce, si summus omnium Prælatus, scilicet Deus, cuius religionem relaxas, cuius seruos scandalizas, talem facultatem neget, & tibi, vt proprietario, & votum paupertatis frangenti, æternam damnationem intenter? Iam enim post positam manum ad aratum respicis retro, & non es aptus regno Dei. Iam vt alter Giezi accipis

Psal. 146.
9.

D | Et tamen frequenter celebrat, vt sit velut alter Iudas, & in eum post sanctam bucellam Satanas introeat, & sine vilo compunctionis sensu sacramenta ministrat, vt peccata peccatis accumularet. Si autem annuente immediato Prælato pecuniis congerendis insultat, quis ei securitatem conscientia promittat, cum Prælatus, cui potestas data est in adificationem religionis, non in destructionem, hanc facultatem manifestè disciplinam religionis euertentem dare non possit? At Prælatus, & præsertim qui toti prouincia præest, vel etiam supremus, qui totam religionem gubernat, ad quærendas & habendas pecunias pro occurrente necessitate leniendi facultatem concessit? Esto, ita sit, an ille vt tu mercator sis, & seculariter viuas, & cum scandalo secularium conuerseris, & sine vilo numero neque mensura pecunias agglomeres, licentiam impertit? Non credo: sed quamuis ita esset, quid refert, o infelix, & caligine auaritiæ cæce, si summus omnium Prælatus, scilicet Deus, cuius religionem relaxas, cuius seruos scandalizas, talem facultatem neget, & tibi, vt proprietario, & votum paupertatis frangenti, æternam damnationem intenter? Iam enim post positam manum ad aratum respicis retro, & non es aptus regno Dei. Iam vt alter Giezi accipis

Lucæ 9.
nn. 62.
4. Reg. 5.
n. 26.

auri &

AA. 8. n. 18. Mar. 24. 17. Mat. 24. 18.

auri & argenti talenta, vt fororibus tuis emas seruos, & ancillas, & vestes, ac cultum pretiosum, & tibi leptra Naaman, id est, pena diaboli in Deum rebellantis adhaereat. Iam vt alter Simon pretium ministris regum, & gubernatorum familiaribus offers, vt gratiam Spiritus sancti, id est, Episcopalem dignitatem tibi compares, & Simoniacorum pena in hac vita, & in futura maledictione mulcteris. Facultatem quaerendi modicam pecuniam summam a docto & circumspecto Praelato concessam, velut pellem ad res non concessas extendis, & licentia illa tuas negotiationes contegis, tua possidendi desideria defendis, scandala secularibus data insipienter excusas, & putas te secura confidentia procedere, & nihil dignum aeterna morte in sanctum religionis statum admittere: quis tuam stultitiam, & miserabile casum non videat?

Fuge igitur primam auaritia notam, & minimum etiam habendi desiderium comprime; ne paulatim augmentum te in haec vincula cupiditatum, & in haec fratrum scandala, atque in hos scopulos solitudinisq; deiciat. Si te cum Euangelici status ascendisti, quid descendis [tollere aliquid de domo tua, id est, de terrena substantia, quam spreuisti, vt oneratus temporalius bonis, hostes animae declinare non possis? Si in agium, nimirum in exercitationem virtutum, egressus es; quid reuertes accipere tunicam tuam, id est, pristinas cupiditates, quarum occasione te iterum diabolus sibi deuinciat? Si in saeculo aliquid possidisti, vide quantam iniuriam statui religioso inferas, quem omnibus perfecte viuientibus sufficientem, ipso facto tuo tibi durum & intolerabilem esse pronuncias. Si vero nihil quod dimitteres habuisti, quam sis tibi ipsi noxius aduerte: qui ex fuga saeculi, qua alij salutem animae comparant, tu ea, quam auaritia labe conspergis, perperam asseruata, non salutem sed damnationem assequeris. Nulla ergo ratione in animum inducamus, nos qui mundum despeximus, pecunias quaerere, & contra votum, & professionem nostram aliquid per proprietatem retentare. Id enim & statum religionis infamat, & fratres regulariter viuentes contumit, & saeculares scandalizat, & nos ipsos manifeste periculo damnationis exponit. Nam reus est fracti voti pauperatis, qui aliquid notabile, nec a regula permissum, nec a superiore ad id potestatem habent concessum, ausus fuerit possidere. Iam remedia huius pestis eliminanda inuestigemus.

De remedijs contra Auaritiam.

CAPVT VIII.

His gradibus auaritia notatis aliquis colliget, per solam diuitiarum, quas in saeculo habuimus, derelictionem, hoc vitium non esse deletum; sed posse adhuc in religiosis & saeculo mortuis extare. Et profecto tanto periculosius, quanto sanctiorum statum inuadit, ac sub honestiori praetextu se contegit. Sicut enim aegrotus, cui conualescenti infirmitas iterum aggrauatur, molestius periculosusq; laborat; ita ille, qui iam morbum auaritia omnium rerum dimissione deposuit, iterum pestilentissima affectione pulsatus grauius aegrotabit, & difficilius conualescet. Quaramus ergo remedia, quae morbum istum grauem quidem & permolestum, sed nondum desperatum, a cordibus religiosorum exterminet.

I. Considera in primis, o religiose, quantum malum

A sit auaritia, quam etiam immanibus penis a Domino castigetur. Auaritia enim malum est: nam, [qui festinat ditari, non erit innocens.] Et magnum malum: [auaro enim nihil est scelestius:] & nihil est iniquius quam amare pecuniam. Et quodammodo maximo malo aequale; nam [auaritia est simulachrum seruitus:] & initium omnium malorum; quia [radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inferuerunt se doloribus multis.] Et tandem derestanda peruerfus excludens a regno caelorum. [Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia & nocua, quae mergunt homines in interitum & perditionem.] Quae omnia non tantum in eos quadrant, qui in saeculo contra ius & fas diuitias aggerant, verum & in eos, qui in religiosa vita contra professionem suam, & non sine aliorum scandalo, res curiosas & superfluas agglomerant. Quos non semel vidimus tot curis implicatos, tot desiderijs distractos, tot negotiationibus addictos, vt vix aliud ex religiosa vita quam habitum gestarent, & ex impura conuersatione non nisi in infernum abirent. Hi sane festinant ditari, quoniam ante aeternam retributionem, in qua praemium dimissionis omnium acciperent, volunt terrena iam dimissa possidere. Quo & innocentiam perdunt, & quia [substantia festinata minuetur,] veras diuitias, id est, aeternam vitam, amittunt. Penam quoque grauissimam ob auaritiam Dominus irrogat, vt vtriusq; testamenti pagina non obscure testantur. Nam & Giezi seruo Elisei adhaesit propter vitium auaritia lepra Naaman, & semini eius vsque in sempiternum. Et Iudas propterea quod fur erat, & loculos habens, gratiam Apostolatus perdidit, & sempiternam penam ac infamiam acquisiuit. Et Ananiam & Sapphiram Apostolorum coryphaeus non ex crudelitate, sed ex iussione Domini, subitanea morte percussit. Qui licet fortassis sola morte temporali, & non aeterna multari sunt, vt Origenes, Augustinus, & Cassianus existimant, (dante illis Domino in extremo vitae discrimine motum poenitentiae, quo suam detestarentur nequitiam) tamen ipsa repente illata mors satis indicat flagitiosissimum esse, ad ea quae semel propter Deum deseruimus, redire, & in statu paupertatis luxum & abundantiam consecrari.

B Considera rerum visibilium breuitatem, quae si quotidiano vsu non insumantur, aut per vim, vel fraudem, vel importunitatem aliorum a te non surripiantur, ipsa sua corruptibilitate putrescent. Si vero illae non se subtraherent, tu ipse vitam deserens, volens nolensve relinqueres. Habes tamen expeditissimam viam, qua te ipsum illasque custodias, si nimirum propter amorem Dei, res perituras relinquas. Quod enim dixit Dominus: Qui odit animam suam, in vitam aeternam custodit eam, [ad res omnes visibiles verissime potest extendi, quia si eas propter assequendam perfectionem odio habemus, atque relinquimus, non ad breues dies sed in aeternum custodimus. Et quidem centuplum illud omnia relinquentibus promissum, id ipsum manifeste declarat: nam ideo in aeterna vita centuplum accipimus, quia vniuersa caduca, quae contemnimus, hinc emigrantes, non solum multiplicata, sed & aeterna facta recipimus. O ergo cupide, qui vestium immoderato cultu, qui librorum, & sedilium, & ceterorum multitudine delectaris, qui curiositatum, immo & pecuniarum amore teneris, concedo tibi vt cupiditati habenas relaxes, & haec tibi tam dilecta ad modicum perdas, vt in aeternum centuplicata coquinas. An bibliothecam, quam ad ornatum, & ostentationem

C Considera in primis, o religiose, quantum malum sit auaritia, quam etiam immanibus penis a Domino castigetur. Auaritia enim malum est: nam, [qui festinat ditari, non erit innocens.] Et magnum malum: [auaro enim nihil est scelestius:] & nihil est iniquius quam amare pecuniam. Et quodammodo maximo malo aequale; nam [auaritia est simulachrum seruitus:] & initium omnium malorum; quia [radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inferuerunt se doloribus multis.] Et tandem derestanda peruerfus excludens a regno caelorum. [Qui enim volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia & nocua, quae mergunt homines in interitum & perditionem.] Quae omnia non tantum in eos quadrant, qui in saeculo contra ius & fas diuitias aggerant, verum & in eos, qui in religiosa vita contra professionem suam, & non sine aliorum scandalo, res curiosas & superfluas agglomerant. Quos non semel vidimus tot curis implicatos, tot desiderijs distractos, tot negotiationibus addictos, vt vix aliud ex religiosa vita quam habitum gestarent, & ex impura conuersatione non nisi in infernum abirent. Hi sane festinant ditari, quoniam ante aeternam retributionem, in qua praemium dimissionis omnium acciperent, volunt terrena iam dimissa possidere. Quo & innocentiam perdunt, & quia [substantia festinata minuetur,] veras diuitias, id est, aeternam vitam, amittunt. Penam quoque grauissimam ob auaritiam Dominus irrogat, vt vtriusq; testamenti pagina non obscure testantur. Nam & Giezi seruo Elisei adhaesit propter vitium auaritia lepra Naaman, & semini eius vsque in sempiternum. Et Iudas propterea quod fur erat, & loculos habens, gratiam Apostolatus perdidit, & sempiternam penam ac infamiam acquisiuit. Et Ananiam & Sapphiram Apostolorum coryphaeus non ex crudelitate, sed ex iussione Domini, subitanea morte percussit. Qui licet fortassis sola morte temporali, & non aeterna multari sunt, vt Origenes, Augustinus, & Cassianus existimant, (dante illis Domino in extremo vitae discrimine motum poenitentiae, quo suam detestarentur nequitiam) tamen ipsa repente illata mors satis indicat flagitiosissimum esse, ad ea quae semel propter Deum deseruimus, redire, & in statu paupertatis luxum & abundantiam consecrari.

Pro. 20. 20. Eccl. 10. 29. 10. Coloss. 3. 5. 1. Tim. 6. 10. 1. Tim. 6. 9. Rom. 13. 11. 4. Reg. 5. 27. Mat. 27. Act. 5. nu. 5. Origen. tract. 8. in Mar. Aug. 1. 3. contra Parmenian. cap. 1. Cassian. col. 6. c. 11. Ioh. 12. 25. Mat. 19. 29.

nem, non ad necessitatem habes, libenter dilata-
 res, vt aliam copiosorem & elegantiore[m] co[m]meres?
 Ita sanè, dicis in corde tuo. Sed idem tibi suadeo,
 vt nimirum ad modicum tempus hanc vanam ostentationem rideas, & si nec magister, nec insigniter literatus es, librorum sis paucitate contentus, vt ad cœnobium cœleste translatus, bibliothecam copiosissimam, immò innumerabilem non ex membranis compositam, sed ex ipsis sanctis doctoribus Ecclesiæ constructam, possideas. Bona omnia vilibilia fugata sunt, & ideo pulchrè de illis dixit Augustinus, quòd sunt, & non sunt, non enim stant, sed labuntur & fluunt. Vis igitur ea stabilia facere, & in perpetuum possidere? Relinque. Nam ipsa dimissione, qua propter Euangelium relinquuntur, æterna sunt, & nobis in cœlesti patria ad sempiternam durationem referuntur. Si vis eorum breuitati consulere, & rationem, qua non fugiunt, inuenire, tu ipse propter Deum paucis ac necessariis contentus, superflua sponte relinque.

Aug. ad Psal. 27. in illud & videas, que bona sunt Hierusalem.

III.

Isid.

3. Reg. 21.

Prou. 30. 15. Beda ibi.

Considera, quia bona temporalia nec capacitatem mentis repleunt, nec auiditatem exsatiant, licet sint copiosissima. Si autem magna bona non faciant, quanto minus satiabit vilis & curta suppellex, quam tu in statu religioso conquirens? Nunquam satiari nouit cupiditas, ait Isidorus, semper enim auarus eget, quantoque magis acquirit, tanto plus querit: nec solum desiderio augendi ex cruciatur, sed etiam amittendi metu afficitur. Er putas tu, quia curioso cella ornata satiaberis, & paucis pecuniis, quas cum iniuria tuæ professionis possides, vsque ad mentis tranquillitatem expleberis? Erras omnino, sicut deliraret ille, qui veller capacitatem immensi maris guttulatoris explere. Impium Achab opes regales non satiant, & ac si esset mendicus, hominis pauperis vineam cupit, & quia sibi negata est, doloribus angitur, & vt possideat, neci innocentis assentit, & finis tuæ cupiditatis theca calamaria affabre facta satiabit, aut alia similis vilitas omnino ridenda replebit? Immo scito; Quoniam sanguifuga duæ sunt filia dicentes, Affer, Affer. Sanguifuga, authore Beda, diabolus significat, qui siti peccandi, ac peccata suadendi, incessanter accenditur. Eius autem filia sunt luxuria & auaritia, quæ perueri patris imitantur ardorem. Hæ semper dicunt: Affer, Affer, vel: Da, Da, vt originalia habent Hebræa, quia illa nunquam impuris voluptatibus, hæc verò nunquam auro, & argento, & gemmis, & mundi possessionibus satiatur. Si ergo satietatem queris, & harum rerum possessione, quas tuus status fert, satietatem non poteris inuenire, melius & sapientius est, vt omnia contempnas, & sola necessaria sine adhesionem mentis admittas, & cor tuum amore terrenorum euacues, vt possis Deo creaturam satiente & tranquillante repleri.

IV.

Luc. 9. 18.

Considera Christi & Sanctorum exempla, quæ te ad omnium rerum cõtemptionem accendant. Christus enim Saluator noster pauperes parentes elegit, in vili tuguriolo natus est, quod non diuitiæ mundi sed sola sancta coonestauit paupertas. Pauper vixit alienis subsidiis semper ad victum vtens, & pauper ac nudus vitam in cruce deseruit. Cuius vox fuit: Vulpes foveas habent, & volucres cœli nidos, filius autem hominis non habet, vbi caput reclinat. Sancti verò suum duces sequentes, commoditatum temporalium contemptores fuerunt, illi præsertim qui sæculo valedicentes, religiosam vitam sectati sunt. Hi semper vilem cibum, abiectum vestimentum, angustam suppellectilem, pauperrimam cellam habuerunt, & veram paupertatem pro diuitiis adamarunt. Nec putemus nos rebus visibilibus onera-

tos, & commoditatum solitudine & amore distentos, posse ad illorum profectum ac sanctitatem euolare. Hæc intellectum conuincunt, & voluntatem ad omnis auaritiæ odium exulscitant; nunc media magis practica, & in actione posita conquiramus.

Ac primum quidem auaritiæ pellendæ remedium ipsa familia religiosa diligenter exerceat, dum filius suis necessaria ad victum & vestitum, & ad alia occurrentia ministrat. Si enim illa in prouidentis necessariis sit negligens, magnum ostium aperit, vt religiosi à secularibus consanguineis, vel amicis ea petant, & sub prætextu necessitatis, etiam vana & superflua requirant. Audiat Religio Salomonem, qui eam sub mulieris fortis figura depinxit: Manum, inquit, suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. Audiat inquam hæc, & manus suas Christi pauperibus filius suis, qui propter Christum se pauperes fecerunt, aperiat, & eis necessaria cum magna charitatis significatione prouideat. Hugo Victorinus religionem prædicat pauperi abundantem, quia plura quam sæculum, ipsi ad se venienti tribuit: mediocri sufficientem, quia nihil illi deesse sustinet; diuiti tolerabilem, quia ab illo sola superflua aufert: infirmo largam, quia ei abundanter succurrit. Si autem necessaria neget, potius erit immisericos pauperi, quem non sustentat, insufficientes mediocri, quem non refouet; intolerabilis diuiti, à quo etiam necessaria aufert: & crudelis infirmo, quem grauius indigentem sine subsidio relinquit. Scio autem quia religio non peccat, sed in hoc Prælati, qui subiectos de necessariis non prouident, manifestè delinquent. Quidam, quia volunt claustra & ædificia supra conuentus facultatem augere, licet subditi frigore algeant, & fame pereant. Alij, quia non vult tantillum in temporalibus laborare, & industriis ministros præficere licet illi commendati, præ mendicitate ac penuria desperent. Alij, quia putant se paupertatis Evangelicæ partes agere, si nec necessaria subministrant. Quos ego libenter voco religiosæ vitæ inimicos, & sanctæ paupertatis hostes, qui dum necessaria negant, aut tardè aut repugnanter suppeditant, occasionem, & non modicam religiosi querendi à secularibus non solum necessaria, sed & superflua ministrant. Merito sanè Concilium Tridentinum decreuit ne in monasteriis plures religiosi reciperentur, quam quos redditus proprii cœnobiorum, vel elemosynæ consuetæ sustentent. Quia videlicet vbi necessaria non dantur, sancta paupertas ac religiosa disciplina non viget. Offerat ergo religio filiis suis omnia necessaria, & facultatem petendi aliquid à secularibus penitus interdicit, & sic religiosi ianuam auaritiæ & cupiditatis occludit. Quandiu enim illis datum est necessaria querere, impossibile est ipsos eitis rerum temporalium non distineri, (quod non parum vitæ religiosæ aduersatur) & sub prætextu rerum necessariarum, non etiam superflua postulare.

B

C

D

E

V.

Prou. 31. 21. 20.

Hugo lib. 1. de claustro anti. ma. c. 9.

Cœ. Trid. sess. 24. c. 3. regula.

VI.

1. Timot. 6. 6.

Non sufficit autem hæc prouida religionis sollicitudo, qua vniciueque necessaria suppeditat ad auaritiæ depellendam, nisi quibusque suæ cupiditati aptum remedium adhibeat. Illud autem, & quidem efficacissimum est, sola necessaria ad usum admittere, & nihil omnino vt proprium possidere. Hanc necessariorum tantum admissionem commendat Paulus dicens: Est autem quæstus magnus pietas cum sufficientia, id est, pietas cui parua sufficiunt, vt exponit Anselmus, nec desiderat plus habere quam necesse est. Quam verò sapiens sit, qui paucis est contentus,

declarat

num. 7.

Prov. 30. 8.

Iob 20. 22.

Grego. 15. Mor. cap. 13.

Cassian. lib. 7. ca. 22.

VII.

Hebr. 13. 5. Psal. 145. 9.

Luca 12. 14.

II. 27. 18.

VIII.

declarat statim subdens: Nihil enim intulimus in hunc mundum; haud dubium quod nec auferre quid postumus.] Quid enim sapientius quam ea, quae sunt a nobis relinquenda, contemnere, & eorum contemptu meliora, semper mansura, & plane aeterna comparare? Hoc sapientiae documento urgebatur sapiens, cum ita ad Dominum precabatur: Mendicitatem & diuitias ne dederis mihi, tribue tantum victui meo necessaria.] Mendicitatem horret, ne in aliquod delictum praecipitet, & rerum temporalium cura sollicitans, mentem a tranquillitate dimoueat. Et diuitias etiam odio habet, ne ad superbiam & elationem impellant. Postulat verò necessaria, quae & corporis necessitati sufficiunt, & profectui mentis inferuiunt. Non ergo amplius quam victum ad corpus sustentandum sufficientem, & vestem tuam profectui congruam, & si quae sunt alia ad vitam spiritualem transigendam necessaria, requiras: nam qui rebus superfluis satiari contendit, non in cordis quietem, sed in dolorem se ipsum, & inquietudinem coniciit. Vnde sanctus Iob ait: Cum satiatus fuerit, arctabitur, aestuabit, & omnis dolor irruet super eum.] Quia videlicet, ut optime meditatur Gregorius: prius illum poena concupiscentiae excremat, deinde cura custodiae eorum quae parauit, exagitat, & tandem vltio diuina ob male possessa consumit. Non sufficit autem sola necessaria querere, nisi etiam enitaris nihil eorum, ut proprium possidere. Ea, quae tibi ministrantur aliena, considera, vnde cum gratiarum actione recipe, & si auferantur patienter sustine. Et generaliter ita rebus vtaris, vt tamen cor tuum sui amore ac desiderio non illigent. Non enim tam affectus philargyriae vitandus est, inquit Cassianus, quam affectus ipsius radicatus amputandus. Nihil enim proderit pecunias non habere, (& idem est de qualibet alia re) si voluntas in nobis fuerit possidendi.] Hæc ille.

Erit autem hæc nuditas non multum difficilis, si discas spem tuam in Domino collocare, ac de eius suauissima prouidentia confidere. Ille namque, qui ait: Non te deseram, neque derelinquam: ille qui dat iumentis escam ipsorum, & pulis coruorum inuocantibus eum: nullo modo dilectis filiis suis vniuersa propter illum deserentibus, necessaria negabit, nec eos præ fame ac nuditate periclitari sustinebit. Verbum eius est: Considerate coruos, quia non seminant, neque metunt, quibus non est cellarium, neque horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, neque nent. Si autem fœnum Deus sic vestit, quanto magis vos pusille fidei? Si verò tam benignum ac fidelem habes prouisorum, quare non iactas omnes curas in eum? quare, quod nihil tibi ex necessariis deerit, de tanto amore ac misericordia confidis? Vana autem, curiosa, & superflua non quaras, quia ille pro vanis contemptus, vera; pro curiosis spretis, mirabilia; pro superfluis abiectis, gloriam aeternam donabit, & bona, quae te in perpetuum explant, abundanter impertiet.

Recede a consortio cupidorum, eorum videlicet, qui solo corpore, non mente, temporalia neglexerunt, qui in statu paupertatis abundantiam, & splendorem diuitum amant, & nihil quod ad corporalem commoditatem atinet, in cibo, in potu, in indumento atque in apparatu refugiunt: & sola illa huius vitæ commoda auersantur, ob quorum admissionem riderentur. E contra verò libenter cum illis habita & conuersare, quos non sola professione sed etiam spiritu, pauperes esse persenseris; quos communis cibus reficit, lacera vestis operit, & quibus modica cellæ

A supellex sufficit. Pessima est, & molesta illorum societas, & praecipue arcta familiaritas. Pessima quidem, quoniam te ad similia desideria possidendi, & ex illa ad peccata, quae ex immoderata cupiditate sequuntur, permouebit; ex qua, ut Augustinus ait, omnium peccatorum spinae producantur. Molesta verò, quia curas & sollicitudines acquirendi, & quieti conseruandi suscitatur. Istorum autem conuersatio optima est, & iucunda, quae despectum terrenorum docens, amorem caelestium ingerit, & materiamurbationum succidens, mentem in magna tranquillitate constituit.

Tandem, o religiose, te mundo mortuum existima, sicut verè es, & velut mortuus, nec saeculi desiderijs polluaris, nec curis cognatorum solliciteris. Prodigium enim est, mortuum ad vitam redire, res mundi querere, ac velle bonis visibilibus abundare. Sic valde absurdum est, te in sepulchrum, id est, in cellam, in qua propter Dei amorem te ipsum sepelisti, delicias secularium, & commoda eorum, qui saeculo viuunt, id est, mundanorum, inuehere. Monstruosum quoque est, mortuum curam viuorum gerere, & eorum statum velle dirigere. Ita profectò praeter naturam est, si tu velis sorores, & fratres, & consanguineos ditare, ipsorum connubia tractare, & huius mundi dignitatibus adaugere. Relinque illos affectu, quos statu & obligatione, propter Deum deseruisti, nec nisi in extrema, aut graui necessitate, ac de consilio praelati, illorum curis impliceris. Hac ratione desiderium habendi eorum causa a tuo corde reuelles; & si nec tibi, nec aliis quicquam immoderatè concupiscas, ab huius vitæ tyrannide per Dei gratiam liberaberis.

De vitio iræ, & varijs eius gradibus.
CAPVT IX.

IR A est immoderatus appetitus vindictæ. Nec enim omnis iracundia vitium est, sed illa dumtaxat, quae quantum ad substantiam, vel quantum ad modum, ordinem rationis excedit. Irasci enim malis & peccatoribus ex iudicio rationis, & cum debita moderatione, non est malum, quod indicat sanctus Dauid, dicens: Irascimini, & nolite peccare.] Immo non irasci peccatis, nec illa prohibere, neque, si possis & debeas condignam peccatoribus poenam infligere, crimen esse potest. Quare Chrysostomus ait: Qui cum causa irascitur, non erit reus. Nam si ira non fuerit, nec doctrina proficit, nec iudicia stant, nec crimina compescuntur. Iusta ergo ira mater est disciplinae. Itaque non solum non peccant qui cum causa irascuntur, sed è contra nisi irati fuerint, peccant: quia patientia irrationabilis vitia seminat, negligentiam nutrit, & non solum malos sed etiam bonos inuitat ad malum.] Ita verò tunc bona est, quando rationem non praenit, neque obnubilat, quando appetit ut puniatur, qui puniri meruit secundum mensuram delicti, ab eo, qui facultatem habet puniendi, & propter debitum iustitiae finem. At si quis appetat punitionem alterius ex solo desiderio vindictæ, aut vltra delicti mensuram, aut velit per se ipsum, aut per alium non habentem ad id facultatem, punire, aut omisso ordine debito punitionis, vel denique si motus iræ interioris aut exterioris sine rationis effereat, tunc motus iste pertinet ad vitium iræ, & pro qualitate peruersitatis maiorem aut minorem habet malitiam. Quem motum pro-

Aug. lib. 3. de lib. arb.

IX.

Psal. 3. n. 5.

Chrysost. hom. 11. in Matt. in imper. scilicet.



Matth. 5.

nu. 22.

Ephes. 4.

31.

Eccles. 7.

nu. 10.

Iob. 5. nu.

2.

Grego. 5.

Mor. cap.

31.

Genes. 4.

nu. 15.

Ambr. li.

2. de

Cain ca.

vlt.

Rom. 12.

19.

Ansel. ib.

Grego. 31.

Mor. cap.

17.

Prou. 18.

1.

hibuit Dominus illis verbis: Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio: qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio: qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis.] Et Paulus ait: Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor tollatur à vobis.] Salomon quoque: Ne sis velox ad irascendum, quia ira in sinu stulti requiescit.] Ira, ac indignationis mala refert latè Gregorius, exponens illud Iob: Vitum stultum interficit iracundia, & paruulum occidit iniuria.] Ait enim, iracundia sapientiam perdit; vitam amitti; iustitiam relinquere; vitæ societatem deserere; concordiam rumpi; lucem veritatis obscurari; sancti spiritus splendorem excludi; quæ omnia sanctissimus doctor latè profequitur. Ab hac autem truci ac crudeli bellua Domini nos imitatio compescit, qui ponens signum in Cain ne quis eum auderet occidere, reflectere voluit errantem, vt inquit Ambrosius, & beneficio suo inuitare ad correctionem.] Sic & nos iniurias ab inimicis illatas benignè remittamus, & eos non indignatione & vindicta duriores faciamus, sed mansuetudine & iniuriæ condonatione ad correctionem & amorem inuitemus.

Transiamus nunc ad gradus iracundiæ, qui nos infestare & ferire solent. Et primò sciendum est, ex triplici causa solere iracundiam excitari, aut scilicet ex vera iniuria, vel contumelia alicui illata, aut ex iniuria præsumpta, quam sibi vel aliis, amicitia aut sanguine iunctis, factam existimat, aut ex iniuria ab eo, qui exarscit, vt irascendi ansam accipiat, sine vlla ratione conficta. Quidam enim ex aliqua vera iniuria, qua læsi sunt, quia nimirum verbum contumeliæ sibi dictum est, aut fama, vel honor ablati, ad iracundiam permouentur, nec sciunt talem iniuriam æquo animo sustinere, illud mandatum refutantes: Non vos defendentes, (id est, non vindicantes,) charissimi, sed date locum iræ.] hoc est, vt interpretatur Anselmus, sine iram & iniuriam à persecutore illatam in vobis expleti. Alij ex iniuria existimata ad indignationem excitantur, qui cum nihil mali in ipsos admissum sit, se aut verbo, aut opere læsos esse fatentur. Quos in hunc modum describit Gregorius: Ira deuictum cor quasi ex ratione solet exhortari, cum dicit: Quæ erga te aguntur, æquanimiter ferri non possunt: immo hoc patienter tolerare. peccatum est, quia si non eis cum magna exasperatione resistitur, contra te deinceps sine mensura cumulatur.] Alij tandem (quod certè est mirabile) occasione iræ & rixarum quarunt, & vt cum alijs rixentur, & proximos suos contumeliæ verbis afficiant, se prius aliqua iniuria affectos, vel sermone, vel opere, vel signo fuisse contingunt. De hoc, & de similibus dicit Salomon: Occasiones quarit qui vult recedere ab amico: omni tempore erit exprobrabilis.] Merito quidem apud omnes probrosum habetur, qui cum nec læsus debuisset ab amicitia recedere, causas tamen sine vlla occasione irascendi, & amicum defendendi, prætextit.

Nunc primus gradus iræ, & maximus sit, quo quis aut vera, aut existimata, aut ficta iniuria tactus, ita exarscit, & rabie indignationis accenditur, vt fratrem percutere aut vulnerare non metuat. Quod si à cæde, vel vulnere, vel percussione prohibeatur, semetipsum præ furore cædit, mordet, & colaphis ac pugnis discerpit. Dignus quidem non solum pugnis suis, sed etiam acerbior dolore, vt qui iram ratione non cohibet, inops rationis factus damnnum sepositæ rationis persequatur. Huius absentia saltem quoad vltimum locum in eis tribuit furori, qui tunc appetitum sine vilo moderamine moderatur, & manus ac to-

tum corpus gubernat. Appetitus autem furore percitus, & corpus eodem furore ad opus incitatum, manus & pedes exercit, & calcibus more bestiarum ac pugnis iniuria afficientem elidit. Cum iracundo ergo non facias rixam, & cum audace non exeat in desertum; quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te.] Et spiritum ad irascendum facilem quis poterit sustinere? Certè qui ira commotus vsque ad opus iniuriosum procedit, non minus quam leo, aut vrsus ab omnibus vitandus est, & eius conuersatio omnino fugienda, quoniam quæ crudelitatis opera in bestiis naturalis feritas peragit, in isto effrenata iracundia committit. Non putamus in cæteris religiosis eò vsque iracundiam dominari, vt vulnera & cædes infligat. Rarissimè enim tantum poterit ira in aliena domo, scilicet in domo pacis, atque concordie, vt vsque ad summum protracta cum grauissimo etiam aliorum scandalo penitus è propria sede pacem eiiciat.

Alter gradus est, cum quis à fratre læsus, in verba contumeliæ prorumpit, & lædentem, aut ignorantem, aut fatuum, aut stultum vocat, & si non manum ad vulnus mouet, at linguam ad conuicia dissoluit. Quæ nonnunquam ita motu iræ eam vrgentis excedit, vt maledictionem in fratrem iactet, & hoc à Deo preceperit fieri, quod ipsemet patrare erubesceret. De similibus dictum est: Excucietur vt gladium linguas suas: in eunderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.] Et merito lingua maledictum inferens, gladio & sagitta comparatur, qua fit, vt voto & voce homicidium peragat, quem admodum Gregorius ait, etiam cum à lætione proximi, manibus cessat. Et quemadmodum qui corde foeminam concupiscit, & cæchatus est eam in corde suo: ita, qui ex corde malum imprecatur, quod ad crimen attinet, ipsum quoque malum infligit. Alij verò irati non fratri iræ occasionem præbent, sed sibi bimetipsis maledicunt, & se iumenta, aut stultos vocant, aut mortem imprecantur, quod talem iniuriam sustineant, & se iniuriantes non feriant, aut occidant. Iure optimo sanè se stultos appellant, qui opus magnæ sapientiæ, scilicet iniurias dissimulare, & patienter ferre, stultitiam existimant. Nec se Iob & Ieremias exemplo defendant, quorum ille maledixit diei suo, id est, diei in quo natus est: hic verò illum imitatus, dixit: Maledicta dies, in qua natus sum; dies in qua peperit me mater mea, non sit benedicta: maledictus vir, qui annuntiavit patri meo dicens: Natus est tibi puer masculus, & quasi gaudio lætificauit eum.] Sanctorum enim verba ex Dei amore, & zelo diuini honoris profecta, quibus huius vitæ miseria auersati sunt, non sunt in alium sensum detorquenda, nec ad iræ nostræ excusationem vsurpanda. Talia verò sunt verba duorum prædictorum, quorum ille ex Dei amore, diei suo, id est, illi quo peccato cepit viuere, ex quo prodierunt tantæ miseria, malum imprecatur, optans, vt inquit Ambrosius, perire diem sæculi huius, quo sublato, dies æternitatis adueniat. Hic verò zelo diuini honoris, & animatum incitatus, diei suo maledicit, hanc vitam cum futura mutare desiderans, ne videret calamitatem eorum, quos Dominus inter omnes nationes in populum sibi peculiarem elegerat, & in suam familiaritatem ascuerat. Qui & nunciatus natiuitatis suæ execratus est, non quasi vir sanctissimus illi contigisse malum appeteret, sed vt vim sui zeli ac doloris exprimeret. Ita doleo, inquit, populi à deo electi calamitatem, vt secundam hominem loquens, vellem potius omnia ad meum esse pertinentia non fuisse, quam tantam perucacium hominum incredulita-

Eccles. 8.

19.

Prou. 18.

14.

Psal. 63.

4.

Grego. 5.

Mor. cap.

31.

Iob. 3. 1.

Hier. 10.

14.

Ambr. lib.

de bono

mortis c.

2. c. in

Lucam. c.

4.

tem videre, tantamque eorum calamitatem, quæ mihi interius inspiratur, audire.

Tertius iræ gradus non contumelias parit, sed amaras querimonias, & temerarias detractones eorum qui nos iniuria affecerunt, emittit. Nam durtiem, & ingratitude ipsorum prædicamus, & eos immisericordes, personarum acceptores, homines in expertos, superbos, ambitiosos, & nihil aliud nisi suam & suorum amicorum commoditatem quærentes, dicimus. Et quia indignatio linguam aduersus fratrem, & interdum aduersus prælatum exacuit, nihil in eo quasi gladius biceps, non laceratum, & confectum relinquit. Turbatus est à furore oculus meus, (ait sanctus Dauid, personam infirmorum suscipies) inueteraui inter omnes inimicos meos.] Oculus enim carnis turbatus res sibi obiectas aliter quam sint, præ turbatione perspicit, & oculus mentis indignatione commotus opera fratrum & prælatorum quasi inuersa & dissipata considerat. Hinc quod rectum est, prauum cogitat, quod bona intentione factum, nocendi desiderio gestum diiudicat. Quod autem interius sentit, ore promit, & nihil aliud lingua viperea, nisi mendaces detractones resonat, & inde ad priorem verultatem, id est, ad vitam profanam & sæcularem remeant. Sicut enim sæculares homines proprio amore occæcati, quicquid sibi aduersum est damnant, ita religiosi eodem amore vinciti, & ira ac furore possessi, quæ suæ voluntati, & suo honori non congruunt, acriter querimonia, & aliorum detractone condemnant.

In quarto iræ gradu sunt illi, qui nullam quidem contumeliam iactant, nullam querelam, aut detractonem proferunt, ac tristitia, & insinuatione vultus, ac tetrico quodam & profundo silentio conceptam intus indignationem ostendunt. Huius gradus meminit Gregorius dicens: Aliquando ira perturbato animo quasi ex iudicio silentium indicit, & quo se foras per linguam non exprimit, intus interius ignescit, ut iratus quisque colloquutionem suam proximo subtrahat, & nihil dicendo, quam sit auersus dicat. Eundem egregie describit Cassianus in hunc modum: Illud verò quale est, quod interdum patientes esse nos credimus, quia respondere contemnimus lacessiti, sed ita commotos fratres amara taciturnitate, vel motu gestuque irrisorio subsannamus, ut eos magis ad iracundiam vultu tacito prouocemus, quam tumida potuissent incitare conuitia: in eo nos æstimantes minime apud Deum reos, quia nihil ore protulimus, quod nos notare hominum iudicio, aut condemnare potuisset? Quasi verò apud Deum verba tantummodo, & non præcipue voluntas vocetur in culpam, & opus solum peccati, non etiam votum ac propositum habeatur in crimine? aut hoc tantum quod vnusquisque fecerit per loquelam, & non quod etiam per taciturnitatem facere studuerit, in iudicio sit querendum:] & cætera. Hi autem, qui exterius tacent, quanta interius loquantur, quanta in inimicos suos contumelias verba pronuncient, quantis irrisionibus, detractonibus, & subsannationibus eos imperant, mirabile est. Sub illo externo oris silentio quam fortes clamores intonant, quam sine vilo ordine, aut mensura querimoniarum vociferantur, quæ fratrem sæpe innocentem, & nullius culpæ sibi conscium ferunt, increpant, atque condemnant? Quantæ illius respõsiones cogitatione finguntur, & quantæ aduersus illas, & quam inuerecundæ replicationes cogitantur, ut sub illa exteriori pace immane se bellum abscondat, & importuna contentio delitescat? Has omnes cogitationes concepta indignatio fouet, & eisdem promouetur, & crescit, nisi homo suam in-

A saniam erubescens: (nam & ira auctore Basilio infania quadam est) animi lenitate interius taceat, & omnia hæc vincula tristitiæ præscindat.

Quintum iræ gradum, & satis ridiculum, illi occupant, qui sub externis signis lenitatis magis ac magis tum fratris tum sui ipsorum iram accendunt. Videbis quosdam iniuria læcessitos, qui risu, aut potius fratris irrisione pacatos ac animo tranquillos se simulant, cum tamen furore indignationis exæstuent. Et cum possent leni & modesta responsione scintillam contentionis extinguere, risu & cachinnis magnum iracundiam ignem accendunt. Alij versus alicuius psalmi decantant, & nescio quid ex diuinis Scripturis ab alio secedentes musitant, quo illius iracundiam auget, & se fratris contemptores, & superbissima indignatione victos aperiunt. Alij leui sermone fratris attacki, faciem illi offerunt verberandam, quasi illud dictum Saluatoris: Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alteram,] præ desiderio perfectionis, adimpleant. Nescientes, Dominum, ut Cassianus pulchre ait, non alteram maxillam, id est, sinistram, offerendam percipienti mandasse, sed alteram dexteram, id est, interioris hominis faciem icui exponendam præcepisse. Quod tunc fit, quando quis mansuetudinis ac humilitatis assensu voluntatem ferientem se subiicit, & ne iracundia amplius inardescat, iniuriam patienter dissimulat, & propriam reprehensionem ac confusionem admittit.

Hunc quem diximus iræ gradum sequitur sextus, in quem labuntur illi, qui præ indignatione à fratribus se sequestrant, & solitarij in cella, quo tempore egrediendum esset ad opus commune, vel absconditi in angulo domus, non sine aliorum scandalo perseuerant. Cum alijs ad communem refectonem non accedant, & si ad mensam recumbant, cibo abstinent, & ira satiati, quod attinet ad cibum corporalem, ieiunant. Quorum abstinentia cum non diuino numini, sed iracundie consecratur, quodammodo possunt ipsi illa Deuteronomij incipitatione percellere: Immolauerunt dæmoniis, & non Deo, dijs, quos ignorabant.] Ieiunant enim, & cibum potumque respuunt, quo indigent, non ut Deo placeant, sed ut iram cordis & tristitiam ostendant. Nec in tali infania iracundie stultitia sistit, verum etiam ad alia perniciosa se extendit, dum quis orationem, psalmodiam, & Dei cultum ira oppressus prætermittit. Vnde & ipse Deus licet immerito, inquit Thomas Aquinas, si fortè eius est ille tractatulus de diuinis moribus, de turbatione iracundi, recipit quodammodo detrimentum, ex eo quod tunc non vult is, qui iratus est, cantare, vel studere, vel legere, vel orare. Optimam fortassis occupationem putat, irasci, quæ digna sit, ut propter eam & congregationis opera, & consuetus cibus, & ea, quæ diuini sunt cultus, deferantur, & totum cor solummodo felle amaritudinis sagineatur.

Septimum iræ gradum numeramus iniquitate priorem, quo aliqui semel irati per multos dies, menses, & annos iram indignationemque conseruant, & vel leuiter offensi nulla sustinent ratione placari. Audiunt Paulum dicentem: Sol non occidat super iracundiam vestram:] & quasi hoc alijs, non sibi diceretur, non solem tantum, sed omnem iracundiam volunt atque decernunt super iram occidere. Quos Gregorius lignis durioribus & grauioribus cõparat, quia si forte tardius ignem iræ suscipiunt, ac conceptum farorem vix post multum tempus amittunt. Proprium malum intra præcordia nutriunt, quod profecto statim atque exortum est, extinguere, & necate debuerant. Quam, dicit frater, inquit Chryso-

Basili. ora. de ira. c. 1. & c. 2.

Matth. 5. 39. Cassian. coll. 16. c. 22.

Deut. 32. 17.

D. Thom. opus. 4. 66. in iracundia.

Ephes. 4. 26.

Psal. 6. 8.

Gregor. 5. mor. c. 31.

Cassian. coll. 16. c. 18.



Chryso-
som. 30.
ad popu-
lum An-
tioch. 20.
5.

Matth. 6.
12.

Matth. 18.
26.

Basil.
cist. mo-
nast. c. 14.

Stomus, tuis visceribus feram includis? Satius est anguem, vel viperam in corde tuo latere, quam iram & rancorem. Illa namque nos repente relinquunt, hæc autem semper remanet, dentes infigens, infundens venenum, graues infundens cogitationes.] Quam verò longe absint hi à vero profectu, ex eo perspici potest, quòd cum quotidie sæpius dicant: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris;] nolunt tamen iniuriam acceptam suo fratri dimittere. Debent illi decem millia talenta: & quotidie dicunt, & fortè cum lacrymis: Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.] Sed ita insipientes sunt, vt nolint paruum offensam obliuisci, nec sustineant centum denariorum remissionem decem millium talentorum debitum remensare. Hos ego non spirituales viros, sed fictos Christianos libentius vocarem, qui cum exterius vestem, & gestum, & signa vitæ religiosæ præferant, intus corda paganorum, nullam erga alios misericordiam admittentium, gestant.

Postremum iræ gradum prælatis reliquimus, qui in correctione subditorum, aut verbis, aut factis mensuram lenitatis excedunt. Qui causam quidem puniendi habent, & facultatem seipsum, & totam domum turbandi, & in punitione excedendi non habent. Eos ergo, quomodo subditos punire debeant, & quomodo immoderatè irasci non debeant, docet bene Basilius, cuius sententia relata, nos prælatorum doctrinam in proprium locum reiciemus. Sic sanctus doctor ait: Cæterum si vsus inciderit, vt suscipienda aliquando à nobis aduersus alicuius negligentiam indignatio sit, qui videlicet sit in nostra ditione, adhibenda in eo cura est, vt indignatio ratione sit temperata. Siquidem gladii medici vtuntur, vtuntur & homicidæ. Verum hi, quòd ad eos tractandos ira atque immanitate impulsu accedunt, sceleratissima per eos designant facinora: nempe qui eos, quibuscum generis sunt communione coniuncti, vita spolient. Illa contra quòd ex ratione ipsis vtuntur, magnas ex iis afferunt utilitates. Siquidem eorum opera vsu, constitutos in periculis homines liberant. Eodem modo etiam, quicumque adhibita in consilium ratione sibi indignandum censuerit, magno opere illi utilis fuerit, aduersus quem animo incitatus sit: nempe qui eius vel negligentiam corrigit, vel improbitatem: contra autem, qui ab ira vinci se sentit, ab eo verò rectum proficisci nihil potest.] Prælatorum ira eo leuior & tolerabilior est, quòd ex bono zelo procedat, & sanctum timorem, ac defectuum metum incutiat. At ipsi non minùs quam alij immoderationem, & nimietatem vitent, quæ non tantum eorum profectui officit, verum & amorem subditorum erga eos, clauem scilicet gubernationis, minuere potest. Sed nos præcipuè, qui subditi sumus aduersus pestilens vitium mentis tranquillitatem turbans, & omnem profectum impediens, gnauius insurgamus.

De remedijs ad vincendam iram.

CAPVT X.

NON est facilis perfecta iracundiæ victoria, quam passio iræ semper apud nos duratura sustentat: & cum aliquando sine vitio irascendum sit, non est proum mensuram rationis tenere, & ultra mensuram non irasci. Hi etiam, quibuscum in mundo viuimus, quorum aliqui mali, aliqui licet boni, imperfecti tamen, ali-

qui & si perfecti, sed nullo modo nostro ingenio consoni, nos sapissimè ad iracundiam prouocant; & ea quæ concupiscimus, & negantur, quæ loquimur, & refutantur; quæ agimus, aut facere aggredimur, & ab alijs impediuntur, millies quotidie indignationem exsuscitant. Quid dicam, ipsa natura aduersus nos pugnat, & nunc è cælo, nunc è terra, nunc ex proximis, nunc ex nobis metipsis multa, quæ iram accendant, insurgunt. Sed licet hoc vitium sit nobis victu difficile, non est tamen difficile gratiæ Dei ipsum, affectu iræ moderato retento, penitus in nobis extinguere, ac profligare, quod subiectis remedijs solet efficere.

Confidera mala iracundiæ elegantissimè recensita à Basilio, qui sic scripsit: Itaque fratres amantissimi, ne obsecro tantum nobis malum inducamus, animæ morbum; rationis tenebras; à Deo alienationem; obliuionem familiaritatis; principium bellorum; plenitudinem calamitatum; dæmonem pessimum nostris animis innatum, incolam quandam impudentem nostra interiora possidentem; denique sancti Spiritus iter ad nos impediendem. Vbi inimicitia sunt, contentiones, indignationes, secta, nostris animabus perpetuos generantes tumultus; ibi spiritus mansuetudinis haud requiescit. Et paulo superius eiusdem effectus ira enumerat: Effraenes linguæ, ora incustodita, incontinentes manus, contumeliæ, probra, accusationes, verbera, & alia eiusmodi quæcunque quis enumerare poterit, iræ sunt ac furoris fructus.]

Confidera malos imperfectos, & procaces tibi obloqui, te persequi, & iniuria afficere, tuamque virtutem à bonis laudari, ac honorari, & mala ab illis illata æquanimitè sustine horum approbatione contentus. Vnde Bernardus illa Cantorum verba: Recti diligunt te,] tanquam sponsæ dicta concipiens, hæc ait: Bona profectò consolatio cum blasphemamur ab alijs benefactores, si recti diligunt nos. Omnino sufficit aduersus os loquentium iniqua opinio bonorum cum testimonio consciëntiæ. In Domino laudabitur anima mea, audiant mansueti, & lætentur.] Mansueti, inquit, lætentur, mansuetus placeam, & æquanimitè audio quicquid in me iactare voluerit liuor perditorum.] Si autem boni occasionem tibi iracundiæ præbent, pro certo habe, aut te occasionem iniuriæ dedisse, aut eos zelo & intentione bona, in te aliquid quod doleat, aut opere aut verbo iactare. Quòd si tu culpam admisisi, mansuetè pœnam sustine; obduratorum enim est, velle sine correctione delinquere. Si verò gratis te impugnant, & sine culpa persequuntur; in hoc lætare, quòd factus similis Christo capiti tuo sine causa pateris, & pro bono zelo, quo te corrigere intendunt, gratias age.

Confidera dictum esse à Domino: Dimitte, & dimittemini;] & quòd magna peccata tua non dimittentur tibi, nisi tu parua in te à fratre commissa illi mansuetudinis desiderio condones. Optima negotiatio est, exiguo pretio rem admodum pretiosam coemere: appetenda industria est, paruo labore magnam dignitatem comparare; sed multo melius atque pretiosius iracundiæ cohibitione, & modicæ iniuriæ condonatione, multorum peccatorum indulgentiam obtinere. Vox Domini est: Si dimiseritis hominibus peccata eorum, dimittet & vobis Pater vester cælestis delicta vestra.] Proinde, dilectissimi, inquit Leo Papa, memores infirmitatis nostræ, quia facile in qualibet delicta prolabimur, hoc potentissimum remedium, & itam efficacissimum vulnerum nostrorum curationem nullatenus negligamus. Re-

I.
Basil.
orat. de
179.

II.

Cant. 1.
3.
Bern. ser.
24. in
Cant.

Psal. 33.
n. 3.

III.

Luca 6.
37.

Matth. 6.
14.

Leo ser. 1.
Quadrages.

mittamus

Bonav. in speculo p. 1. part. 2. c. 4.

Aug. in reg. c. 10.

Exodi 22. 26. Greg. 16. mor. c. 2.

IV Cassi. lib. 7. ca. 13.

Matth. 5. 23. 24.

VIII

Rom. 12. 20. Prou. 25. 21.

Ansel. in epist. ad Rom. ca. 12.

Bern. ser. 63. in Cant.

IX.

Greg. 5. mor. c. 31.

hanc medicinam Bonaventura dicens: Ante omnia si perceptorint se facti, vel verbo aliquem vel leuiter offendiſſe, ante confessionem vel somnum cum humili studeant satisfactione placare, & in petitione veniæ præuenire, ne alius præueniens de manibus eorum humilitatis mercedem surripiat. Eius etiam meminit Augustinus in regula: Quicumque contumitiosus inquit, vel maledictus, vel etiam criminis obiectus aliquem læserit, meminerit satisfactione quamprimum curare quod fecit. Qui autem veniam petiit, seipsum placans, læsum similiter fratrem placat, & ab eo indulgentiam impetrat. Quod Gregorius illa Exodi lege contineri exilimat, qua præceptum est, vt ante solis occasum pauperi suum pignus reddatur. Cum enim peccati confessionem audiimus, iam pignus eius, qui in nos deliquit, tenemus, cui ante solis occasum pignus reddendum est, quia debemus fratri confessionem veniæ reddere, à quo confessionem accipimus culpæ: vt qui se deliquisse in nos meminit, à nobis mox relaxatum sentiat quod deliquit. Nec solum id faciendum est ex sententia Cassiani; quando nos fratrem verbo, aut opere contristauimus, sed etiam quando ipse sine legitima causa nos affecit iniuria. Quod vult colligere ex præcepto Saluatoris: Si offers manus tuam ad altare, & ibi reconditus fueris, quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi manus tuam ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo. Dicens enim Dominus nos fratris gratiam quaesituros, si aliquid aduersus nos habeat, nec inter eius iram iuste iniultè conceptam discrimen constituens, satis indicat nos hoc remedio vti debere, quamuis sine causa iratus fuerit, & nos maledicto peruulserit. Quod certe qui fecerit, breui tempore cum Dei gratia iracundiam vincet, & ad magnam lenitatem pertinet.

Contumelias & iniurias beneficiis, ac charitatis operibus vincere curato, quibus & te ipsum, & tibi auersum emolles, & amoris glutino animos diuinos coniunges. Si esurierit inimicus tuus, (ait Salomon, ex quo Apostolus Paulus accepit,) ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius, id est, flammam in eo, vt interpretatur Anselmus, charitatis accendens: & Dominus reddet tibi, non tantum dum in alia vita premia decernit, sed in hac quoque, dum mentem, beneficiis respondentis ad lenitatem & placiditatem inclinat. Certe Bernardus hoc medicamine putatum detractores tum adulatorum esse curandos. Pessima vulpes, inquit, occultos detractor, sed non minus nequam adulator blandus: Cauebit sapiens ab his; dabit operam sane quod in ipso est, capere illos, qui talia agunt, sed capere beneficiis, atque obsequiis, monitiisque salutaribus, & orationibus pro his ad Deum. Non cessabit istiusmodi carbones ignis congerere super caput maledici, & item super adulatoris, quousque (si fieri potest) & illi inuidiam, & isti simulationem de corde tollat. Quod si ab aliorum cordibus causas nobis irascendi datas beneficia tollunt, à cordibus etiam nostris motus indignationis reuellet: cum sublata causa soleat etiam eius effectus auferri.

Cum aliquod opus aliquodve negotium aggredieris, prius cogita quæcumque aduersa possunt accedere, & ea apud te ipsum æquanimiter passurum te esse constitue, vt hoc propositum aduersus iram te armet, & causa indignationis oborta in pace ac lenitate conseruet. Audi remedium istud Gregorij sermonibus explicatum. Mens sollicita, inquit, antequam agere quod libet incipiat, omnes sibi, quas pati potest, contumelias proponat; quatenus redem-

ptoris sui probra cogitans, ad aduersa se preparet. Quæ nimirum venientia tantò fortis excipit, quanto se cautius ex præsentia armauit. Qui enim improvidus ad aduersitatem deprehenditur, quasi ab hoste dormiens inuenitur, eumque citius inimicus necat, quia non repugnantem perforat. Nam qui mala imminencia per solitudinem prænotat, hostiles incursus quasi in insidiis vigilans expectat: & inde ad victoriam valenter accingitur, vnde nesciens deprehendi putabatur. Solerter ergo animus ante actionis suæ primordia, cuncta debet aduersa meditari, vt semper hæc cogitans, semper contra hæc thorace patientiæ munitus, & quicquid acciderit, prouidas superet, & quicquid non accesserit, lucrum putet. His te discretis cogitationibus ad pugnam præpara, quæ, si occasiones iracundiæ insurgant, illam sedabunt, sin minus, & habitum mansuetudinis auerget, & magno merito non carebit.

Non obliuiscaris, si multa toleras, non pauca habere, quæ alij in tua conuersatione sustineant. Vnde æquam est te molestias aliorum patienter tolerare, si fratres tui debent molestias à te datas sustinere. Ad quod respexit Paulus, cum scripsit: Alter alterius onera portate. Iram fratris tunc portabis, ait Anselmus, cum aduersus eum iratum non irasceris, vt eum eo tempore, quo te ira præoccupauerit, ille te leuitate & tranquillitate supporterit. Item (quod & ipse notauit) si loquacitatem vicieris, pertinaciam non vicieris, alter vero adhuc loquax, sed iam pertinax non sit, debes vt iste tuam pertinaciam sufferat, eius loquacitatem æquanimiter ferre, vt sic legem Christi, id est, legem charitatis, adimpleas.

Causas iræ & indignationis amputato. Quæ duæ communiter esse solent: altera est concupiscentia rerum terrenarum, altera opinionum sensuumque diuersitas. Illa inter carnales homines, hæc inter viros spirituales solet suscitare iracundiam. Quæ non sufficit omnia contempnisset, nisi etiam proprios sensus ressecemus, & iuxta consiliū Pauli, idem (quoad fieri possit) vniuersi sapiamus. Nihil enim prodest primam causam amputasse dissidij, inquit Cassianus, quæ solet nasci de rebus caducis atque terrenis, & vniuersa de spexisse carnalia, atque omnium, quibus noster vsus indiget, rerum indiscretam communionem fratribus permisisset, nisi etiam secundam, quæ sub specie spiritualium sensuum nasci solet, similiter abscedentes, acquiescimus in omnibus humilem sensum & consonam voluntatem. Aduerte ergo, o frater, & consideremus omnes, quia diabolus opinionum & sententiarum diuersitate hoc querit, non quidem tantum intellectus opinionum varietate diuulgere, quæ in multis rebus parui momenti est, & modicum refert, sic, aut aliter sentire, sed voluntates affectibus separare. Quod vti iam factum magna ex parte videremus. At recenti morbo cita medicina succurrat, ne diuturnitate vires assumens, pacem turbet, discordias magnas sulciter, & charitatem exterminet.

Persuade tandem tibi, nec iniustus nec iniustus ex causis esse aduersus fratres irascendum: quoniam ira immoderata ex quacunque causa concepta intellectum obscurat, consilium obnubilat, honestatem turpat, & mentis puritatem contaminat. Hæc spiritum Dei, qui est spiritus pacis, in nobis contristat, fiduciam ad orandum adimit, & ad mortem nos præparati non sinit. Exemplo ergo Saluatoris animati, non tantum ex causa, sed etiam gratis & sine occasione à nobis data, patienter iniurias & contumelias suffertamus.

VI

X.

Galat. 6. 2. Ansel. lib.

XI.

2. Corin. 13. 11.

Cassian. col. 16. c. 9.

XII.



De vitio Inuidie, ac eius actibus.

CAPVT XI.

INVIDIA, ait Damascenus, est tristitia de alienis bonis.] & Basilus: Est dolor de proximi prosperitate, & rerum successu conceptus.] & Augustinus: Est odium felicitatis alienae: nam amado quisque excellentiam suam, vel paribus inuidet, quod ei coæquantur; vel inferioribus, ne sibi coæquetur; vel superioribus, quod eis non coæquetur. Quod plene intelliges, si ex Thoma Aquinate notaueris, tristitiam, vel dolorem, vel odium honorum alterius, posse ex quatuor causis exoriri. Primum quidem est timor damni nostri, vel aliorum, dum formidamus inimicum aliquibus bonis cumulatum, aut nobis aut toti communitati detrimentum allaturum. Et tristitia ex hac causa suborta nec inuidia est, & sine vilo peccato esse optime potest, cum non tam ex bonis proximi, quam ex malis nostris ab illo inferendis videatur esse concepta. Secundum, ex defectu nostro, quia scilicet proximum, abundantem; nos, pauperes esse conspicimus. Quam tristitiam de spiritualibus bonis, quam nondum accepimus, putamus esse laudabilem, & à Paulo concessam illis verbis: Emulamini charissimata meliora.] Tertio, ex apprehensione, quod aliqua bona prouenerunt indignis. Quæ tristitia, licet inuidia non sit, tamen de nullo bono iuste concipitur. Non de bono spirituali gratiæ & virtutum, quia hoc facit hominem iustum & dignum. Nec de bono temporali, quod ex dispositione diuina, malis ad eorum correctionem aut damnationem tributum nullius momenti est; si cum bonis æternis conferatur, quare non debet quis ex eo quod ab alio possideatur, tritari. Quod aperte iubet Dauid dicens: Noli emulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatem.] Quarto demum oritur tristitia de bonis alterius, ex eo quod nos in bonis excedit, & à nemine cupimus in bonis superari. Hac autem tristitia est proprie pessimum inuidiæ vitium, cui aliena bona displicent, cum potius quisque deberet de illis impensè letari. Inuidiamque prohibuit Paulus, cum scripsit: Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicem prouocantes, inuicem inuidentes.] Et Salomon: Qui in ruina letatur alterius, non erit impunitus.] Et rursus: Vir, qui festinat ditari, & alius inuidet, ignorat, quod egestas superueniet ei.] De qua Cyprianus exponens illud Sapientiæ: Inuidia diaboli, mors introiit in orbem terrarum,] hæc ait: Latè patet zeli multiplex & fecunda pernicijs. Radix est malorum omnium, fons cladum, seminarium delictorum, materia culparum: inde odium surgit, animositas inde procedit. Auaritiam zelus inflammatur, dum quis suo non potest esse contentus, videns alterutrum ditiores. Ambitionem zelus excitat, dum cernit quis alium in honoribus auctiorem, zelo excecante sensus nostros, atque in ditionem suam mentis arcana redigente; Dei timor spernitur, magisterium Christi negligitur, Iudicij dies non prouidetur.] Hæc & multa alia Cyprianus.

Miserabilis est inuidiæ processus, & ex vno gradu in alios paulatim ascendens, in summam tandem iniquitatem prorumpit. Altas quidem illa in corde radices superbiæ figit, qua inuidus atque superbus neminem vellet aliquo bono potiri, nullum vellet eminare. Indignè fert quod Deus, non eius solius sed etiam aliorum sit Deus, quod alios virtute ad doctrinam imbuat, quod alios apud mortales exaltet, & memoriam eorum honorifica opinione concelebrat.

A Et sicut si quis stultus velit sibi soli solem exoriri, & vniversos homines in perpetua caligine & obscuritate versari: ita inuidus stultissimis insipientior, quodammodo cupit, Deum, ipsam tantum donis afficere, & apud alios clarum ac sublimem facere, reliquos verò omnino pauperes ingloriosque relinquere. Ex hac ergo ingenti superbia primus gradus inuidiæ progreditur, quo inuidus de alienis bonis interius tristatur, & quia illis data sint, vehemèter irascitur. Quem gradum in Cain primo hominum reprobatorum euidenter aduertimus. Is enim, quia suo sacrificio Abelis fratris oblationem prelatam aspexit, indignatus & tristatus est valde. Iratusque est Cain vehementer, ait Scriptura, & concidit vultus eius. Dixitque Dominus ad eum: Quare iratus es? Et cur concidit facies tua?] Vellet iste bonus vir suum tantum sacrificium acceptum esse Domino, reliquas oblationes reiciit atque contemni, & tristatus est, quia alias non solum acceptari, sed & suis præferri cognouit. Sic prorsus inuidi cupiunt pro ingenti superbia sua soli aliquid esse, soli donis diuinis affici, soli ab hominibus æstimari. Si autem alios videant de puluere suscitatos, donis virtutis & doctrinæ cumulatos, ab hominibus magni habitos, putant sibi bonum illud & honorem esse præreptum, & propterea de illorum bonis dolorem ac tristitiam admittunt. Hæc verò tristitia quam feuas tempestates, & amaras cogitationes in cordibus inuidorum exsuscitat! Iam intra semetipsos dona cælestia aliorum extenuant: iam viam ac rationem quaerunt, qua se illis anteponant: iam illa non vera & solida esse, sed ex hominum fauore pendere decernunt. Scipios, quia sine causa contemnuntur, infelices appellant: & si ad res magnas & arduas vocarentur, non minorem, quam alij autoritatem habituros, nec minori satisfactione munera honoris obituros esse pronunciant. Sed si maior aliqua lux illis affulgeat, & aliorum manifestam virtutis magnitudinem, cui ipsorum inuidorum virtus comparari non possit, aperiat, quasi in furorem versi, & in rabiem acti, nihil non iniquum moliantur, vt fratres suos ex illa prosperitate deiciant.

B Secundus inuidiæ gradus est, quo inuidi venenolitoris infecti, de malis eorum letantur, quorum odio atque inuidia tanguntur. Et sicut diabolus exultat in paenis & miseris Iob, quas Domino permittente in illud armarium patientiæ collegerat: ita inuidi de casibus honorum exultant, manibusque plaudunt, si illis aduersi successus obuenerint. Vnde Prosper ait: Inuidi omne malum, quod de aliis mendax fama iactauerit, statim, tanquam si ipsi viderint, credunt. Feraliter eis, qui illud verum non esse probare voluerint, contradicunt. Omnia suis æmulis fingunt, eorum profectu deficiunt, odia intra se abscondunt, & in suos cruciatus enutriunt, proficientibus inuidet, peccantibus fauent. De bonorum malis gaudent, de profectibus lugent, & inimicis gratis ardent, deprehendi peccatoris sui malitiam timent, semper amari, nunquam certi. Amici diaboli, inimici etiam sui, omnibus odiosi. Ad gaudenda anxij, ad plangenda læti, utrobique dispersi.] His eueniet quod dicit Salomon: Qui ruina letatur alterius, non erit impunitus:] quoniam qui malis letantur alienis, ruinam sentient, & fratribus suis ab afflictione liberatis, ipsi præ inuidia tabescent. Nec solum inuidia eos cruciat, in quo, vt Hieronymus ex quodam citat,

C Iustus inuidia nihil est: que protinus ipsum aut horem rodit, ex cruciatq; animum. Verum & in similia mala, propter quæ letati sunt, eos

D **E**

Genes. 4. 5. 6.

Genes. 4. 5. 6.

Prosper 3. de vita contemplatiua. c. 9.

Prosper 3. de vita contemplatiua. c. 9.

Prosper 17. 5.

Hieron. in epistolam ad Galatas. ad cap. 5.

Damas. 2. fidei. c. Basil. oratio. de inuidia. Aug. 11. de Genes. ad litt. c. 14. D. Thom. 2. 2. q. 36. art. 2.

1. Cor. 12. n. 31.

Psal. 36. 1.

Galat. 5. n. 26. Prou. 17. n. 5. Prou. 28. n. 22. Sapient. 2. 14. Cyprian. serm. de zelo, & liuore.

calamita

Baruc. 4.
31. 32. 33.

calamitatem minimè expectantes præcipitat. Impleturque adhuc illud Baruch: Nocentes peribunt, qui te vexauerunt, & qui gratulati sunt, in tua ruina punientur: ciuitates quibus seruiertur filij tui, punientur, & quæ accepit filios tuos. Sicut enim gausa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo, sic contristabitur in sua defolatione. Iusta inuidorum retributio, vt qui lætantur in aliorum malis, alij de eorum etiam malis exultent.

Matth. 11.
18. 19.

Ex his duobus inuidiæ gradibus, ad tertium illis peiore mens inuida & stulta progreditur. Nam bona illorum, quibus inuidet, præterit, & silentio contegit: si quid verò imperfectum habeant, quod sæpe accidet, aut speciem mali præferat, aut in malum interpretari queat, id, vt bonam opinionem iustorum eleuet, non sine exaggeratione patefacit. Quem gradum notauit Dominus in Scribis & Phariseis: Venit Ioannes, inquit, neque manducans, neque bibens, & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens, & dicunt: Ecce homo vorax, & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Ioannis austeritatem, & Domini lenitatem in rialum trahunt, quia visum est illis, licet immeritò, posse in malum interpretari, & reliqua præcursoris & Saluatoris admiranda gesta, quia tam manifesta luci tenebras imputare non poterant, silentio ac obliuione prætereunt. Ita inuidi apertè bona suorum fratrum silent; si quid verò minus bonum habeant, id satis auctum, & mendaciis multiplicatum prædicant, quos Basilius egregiè depingit. Sicut vultures, inquit, per multa quidem prata, multa etiã amœna & odorata loca circumuolantes, ad tabida & sæculenta loca circumuolantes, quoque salubre, si quod offendunt, prætereunt, ad vlcera verò properant: sic hi vitæ splendorem, ac rerum bene gestarum magnitudinem non respiciunt, inania verò & fragilia, & si quid erratum, vt quandoque in rebus accidit humanis, tantum obseruant, hæc huiusmodi diuulgant, & per hæc tantum homines cognosci volunt. Ita sanè illi faciunt. Sed iustificata est sapientia à filiis suis, & virtus vera ab his qui ab inuidia sunt liberi, apprimè laudata, qui oculis liuore vacuis, si quid imperfectum sit, benignè condonant, omnia bene interpretantur, & manifesta bona non sine exultatione & admiratione respiciunt.

Basili. oratio. de inuidia.

Matth. 11.
19.

Ad quartum nunc gradum veniamus, quo inuidi non tantum minus perfecta taxant, sed manifestam virtutem suorum fratrum calumniantur, & eam pro vitio haberi volunt. Et sicut Iudæi omnia Saluatoris gesta taxabant, & ad malum dictis ac obmurmurationibus trahebant: ita inuidi, membrorum Christi, id est, iustorum, opera bona condemnant. Illi curato cæco dicebant: Non est hic homo à Deo, qui sabbatum non custodit. Conuerso peccatore clamabant: Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magister vester? Sanato dæmoniaco musitabant: In Beelzebub principe dæmoniorum eicit demonia. Ecce ingenium inuidorum, omnia bona in sinistram partem detorqueat, & aut opus ipsum, aut modum, aut, si aliquid non possunt, soli Deo notam intentionem condemnant. Fortitudinem, inquit Basilius, audaciam potius appellant: modestum, sine sensu hominem: iustum, imitem & nimium seuerum: prudentem, astutum: magnificum, vastum: liberalem, vt prodigum taxant: domesticè frugalem, auarum dicunt. Denique omnis virtutis species in vicina vitiorum nomina conuertunt. Non paucos ex his vidimus, qui omnia fratrum suorum bona corrodunt, qui vitas simpliciter

Ioan. 9.
16.
Matth. 9.
11.
Luc. 11.
15.

Basili. oratio. de inuidia.

viuentium dilacerant; qui, si aliter non possint, saltem contumeliis & verborum ictibus, quæ nec homines de media plebe decerent, quos sibi vita & donis cælestibus emicare cognoscunt, turpiter feriunt, & inuerecundè profcindunt.

Postremus gradus huius pestis est, cum inuidi in hoc vehementer incumbunt, vt bona opera, quibus flagellantur ipsi, & sanctos labores iustorum impediant. Et quæ ipsi inuidi aut nolunt, aut non possunt in utilitatem Ecclesiæ facere, nituntur ne, & illi, quibus inuidet, faciant. Sed quo pacto bona impediunt? Certè impediunt detractionibus. Ad hoc enim de aliis detrahunt, vt eorum bonam existimationem denigrent, & homines salutis spiritualis gratia ad medicos animarum confluentes, à communicatione ipsorum auertant. Certè impediunt falsis testimoniis; vt qui boni sunt, ab hominibus mali & impuri existimati, ex sanctis laboribus suis fructus animarum in horrea Domini congregare non possint. Certè impediunt inuidi aliorum bona opera propriis laboribus, quos nullo modo susciperent, nisi vt strenuè laborantes impedirent. Antiquum satis malum, quod ipse Paulus expertus est: Quidam, inquit, propter inuidiam & contentionem: quidam autem & propter bonam voluntatem Christum prædicant. Erursus: Quidam ex contentione Christum annuntiant, non sincerè: existimantes pressuram se suscitare vinculis meis. Hæc quidem inuidi, sed hi, quibus illi inuidet, quid faciunt? Profecto quod subiungit Apostolus: Dum omnimodo sine per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Audi quales commemorat Apostolus falsos fratres, inquit Augustinus, inuidia prædicantes verbum Dei. Et quid de illis dicit? Et in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Christum enim annuntiant. Per inuidiam quidem, sed tamen Christum. Non per quid, sed quem vide. Per inuidiam prædicatur tibi Christus. Vide Christum, vita inuidiam. Noli imitari malum prædicatorem, sed imitari bonum, qui tibi prædicat Christum. Vtinam Domine auferantur ex Ecclesia tua tanta scandala ex inuidia profecta. Vtinam omnes inuicem ad bonum animarum nos iuuenimus, & non ex inuidia, sed ex charitate te Saluatorem nostrum prædicemus. Vtinam nos (sicut vere sumus) fratres agnoscamus, & dicat maior minori, quod dixerunt quidam fratres forori suæ: Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Crescat cuiusque perfectio, & in dies magis augeatur, non vt homo vanè resplendeat, sed vt Christus annuntietur: non vt homo propriam gloriam quærat, sed vt laudem & gloriam Saluatoris exquirat: non vt alios deiciat (optandum est enim vt omnes sint magni) sed vt dæmones prosterнат, & simul cum aliis omnibus Christi ministris, eorum vires & conatus effringat.

Philipp. 1. 15.
n. 17.
Ibid. 18.
Aug. in Ioan. tract. 5.

Gen. 24. 60.

De remedijs ad exterminandam inuidiam.

CAPVT XII.

INVIDIÆ morbus difficillimæ curationis est, adeò, vt aliqui ex patribus dicant, illum minimè posse sanari. Cyprianus ait: Calamitas sine remedio est odisse felicem. Et Basilius: Malum hoc est, quod satis exprimi nequit, quod medicinam spernit. Qui caput aut membrum aliquod dolent, medico morbum aperiant: at qui agrotat

Cyprian. ser. de zelo, & timore, Basiliorum. 21 de inuidia.

inui

Cassian. coll. 18. c. vii.

Ierem. 8. n. 17.

inuidia, quid dicit? Angunt me proximi bona? Veritas hæc est: Attamen hæc quisque verba fateti erubescit. Et Cassianus: Eum, quem inuidia semel veneni sui peste corrupit, pene dixerim carere remedio. Ipsa namque est lues, de qua figuratè dicitur per Prophetam: Ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio, & mordebunt vos. Et infra: Hi, qui iisdem se perecutiendos moribus tradiderunt, omnem opem sanctæ incantationis excludunt, quia cum vitæ non culpa eorum, quibus luent, sed prosperitate crucientur, erubescentes ipsam prodere veritatem, extrinsecus sibi quasdam superfluas & ineptas causas offensionis inquirunt. Quarum, quia omnimodis falsa sunt, vana curatio est, cum illud mortiferum virus, quod nolunt prodere, lateat in medullis. Hi patres non inficiantur, morbum inuidiæ esse medicabilem, sed difficile esse eius medicinam, eo quod eius causa intus in præcordiis inuidi lateat, nec exterius ad remedium postulandum prodatur, quin potius inanibus quibusdam prætextibus obueletur. At medicina est in Galaad, qua inuidus possit sibi ipsi mederi, licet nolit sæculentam plagam spiritali medico pandere (quod melius esset, sed si ad peccatum graue non accessit, haud omnino necessarium) & coram alio de vilissimo spiritu inuidentiæ erubescere. Consulto autem dixi, si ad graue peccatum non accessit, quoniam sæpe inuidi lethaler peccant, dum de aliorum bonis deliberatè tristantur, & eos illis bonis, aut sermone detractorio, aut opere spoliare contendunt. Tunc, vt se ipsos in confessione aperiant necesse est, & graue peccatum sacerdoti potestatem habenti manifestent. Cum verò lues non est vsque ad mortem progressa, si adeo imperfecti sunt, vt nolint se alij scientia vitiorum curandorum polleuti manifestare, sequentibus saltem remedijs, se ipsos curare tentabunt.

I.

Considera ergo, o inuide, quanta & quam maxima incommoda inuidentiæ tibi afferat, cum tamen nec minimum ei, cui inuides, aut rebus inuidiosis malum adducat. Hæc inuidiæ mala vnum Basilij verbum, innumeris sanctorum patrum sententijs prætermisissis, ostendat. Nihil mortalium animis, inquit, inuidiæ perturbatione perniciosius contingit, quæ ante omnia ipsi nocet auctori, alijs verò quam minimum. Quemadmodum enim venenum, ferum, sic inuidia, hos qui eam possident, consumit atque vastat. Magis autem, sicut viperæ dicunt abrupto matris ventre nasci, sic & inuidia concipientem se animam corrodere simul ac tabefacere solet. Quid hoc morbo perniciosius? Interitus vitæ, pestis naturæ, aduersa omnibus bonis ex Deo venientibus, demum ipsi Deo contraria. Fugiamus, fratres, intolerabile malum. Serpenti id est præceptum, diaboli inuentum, inimici latro, punitionis arthabo, pietatis impedimentum, via ad gehennam, regni cælorum privatio. Hæc multis interpositis, & omisissis, Basilij, & alia plurima postea scribit, quibus nunquam satis infestissimi spiritus inuidiæ iniquitatem declarat. Alia enim vitia aliquam saltem fictam voluptatem secum afferunt, qua tecta & obuelata quodammodo appetibilia videntur; at inuidiam quis appetat, quæ ipsissima tristitia & afflictio est, quæ nihil nisi mororem & rabiem affert, cuius tabes atque miseria bonorum auctione succrescit.

II.

Considera etiam, quod licet frater tuus amittat bona, quorum possessio illum nobilitat, te autem inuidiæ morore contristet, non ob id in tui possessionem transiens, neque ab illo desiliens in te descendit. Stultissimum verò est ob hunc tristem affe-

A ctum alienis bonis, quæ ex charitate tua fierent, & inuidia priuari. Etiam præ inuidia ad persecutionem fratris exarsit, & nunquam illius amplè, quibus inuidebat, bona possedit. Fratres Ioseph eodem misero affectu subiecti illum Ismaelitis vendiderunt, ne sibi superiorem ipsum aspicerent, & putantes fratrem deicere, ad magnum principatum exaltarunt. Saul gloriæ Davidis inuidit, quæ sibi in rebus bellicis præclarè gestis prælatus est, inuidia autem regnum perdidit, & amulum suum in regnum euexit. His nihil profusus profuit inuidia, vt bona aliorum sibi quærent, quæ procul dubio, etiam si possidentes perderent, ipsi inuidi nunquam acciperent. Et idem omnino euenit vniuersis huorè deuictis, quod licet fratres suos, gloria, ac dignitate, aut virtute nudarent, nunquam tamen eadem, ex eo quod inuidit, obtinerent. E contra verò si inuidi non inuiderent fratribus suis, sed fratres ex vera charitate diligerent, eorum bonis participes fierent, & aliena bona velut propria in suum dominium vendicarent. Nam hoc est opus charitatis (quod optime notauit Gregorius) vt sicut me vnum cum alijs fratribus facit, ita etiam bonorum, quibus illi diuites sunt, dominum ac possessorem efficiat. Inuidia verò inuidum ab alijs separans, pauperrimum reddit, quia à participatione aliorum bonorum excludit.

Gen. 27. n. 41. Gen. 37. n. 28.

1. Reg. 18. nu. 8.

Greg. 3. p. past. ad m. 11.

B Licet apud alios te inuidum non fatearis, quia ignominiosum est valde, tam infami vitio quempiam esse subiectum, idque in conspectu aliorum, ore testari, at apud te ipsum inuidum ac pusillanimum esse cognosce. Ne te ipsum fallas; ne te fratres tuos vituperantem, & eorum virtutes extenuantem, aut omnino damnantem, circumuenias; ne tibi persuideas id te bono zelo facere, & ex iustitia, aut alterius boni desiderio de alijs detrahere, sed magis apud te ipsum cor tuum inuidum, ac luore tabidum confitere. Si enim te decipias, & inuidum esse non sentias, semper inuidiam zeli, aut alterius boni prætextus velamine rectum defendes & angebis, & vsque ad manifestum odium protrahas, & nunquam e remediam ac curationem adhibebis. At si ingrediaris cor tuum, & recessus eius perustaueris, & latebras tuæ mentis excusseris, manifestè videbis te amore propriæ excellentiæ prostratum, aliorum bonis inuidere, quæ tu solus cuperes possidere, & de aliena prosperitate tristani. Tunc ægitudine cognita atque perspecta, dictis considerationibus & subiectis remedijs, ad cordis tranquillitatem, & ad sanitatem querendam te ipsum inclina, quam, Deo tuis desiderijs annuente, consequeris.

III.

IV.

C Cogita igitur nihil magnum esse, nihil excellens, eorum quæ mundus admiratur, solamque virtutem magnam existere atque preciosam, quam nemo à te poterit, nisi te ipso volente, surripere. Hanc autem sæpe visibilibus donis orbatus, & scientia aut plausu hominum vacuus, melius quares ac conferuabis. Nam nostra natura per peccatum corrupta, adeo misera est, vt in huiusmodi hominum laudationibus veluti in visco inhærescat, & nullo modo ad veram virtutem capessendam procedat. Melius ergo tibi erit, non iam mundi bona sed perfectionem querenti, hæc, quæ te illigat, atque compediunt, spernere, vt expeditius valeas ad maiora bona, quæ cupis, aspirare. Audi quibus verbis Basilij hoc medicamentum præscribat: Primum quidem inuidiæ remedium sit, inquit, si nihil rerum humanarum magnum, aut supra naturam existimemus: non enim in rebus fluxis bonum constituimus, sed ad sempiternorum & verorum bonorum participationem vocati sumus. Itaque nec diæ amalandus est propter diuitias, nec potens ob dignitatis ac magistratus culmen, nec for-

V.

VI.

Basil. supra.

is ob corporis robur, nec eloquens ob dicendi facultatem; instrumenta sunt hæc virtutis recte viuentibus, nihil per se veræ felicitatis habentia. Miser est, qui his abutitur, non aliter, quam qui in pugna contra inimicos ensen corripens, in se ac intantum suum conuertit.] Cum hæc ita sint, stultum est, ob res paruas ab alio possessas, quibus & se ipsum perdere valet, & tu forsitan illas habens te ipsum perdere, cor tuum mærore consumere, inuidia tabescere, & amoris gemma spoliare.

V. Excita in te desideria perfectionis, & amorem æternæ patriæ pene emortuum exsuscita, qui amorem rerum visibilibus, & cum eo inuidiam ac liuorem expellet. Qui liuoris peste plenè carere desiderat, ait Gregorius, illam hæreditatem diligit, quam coheredum numerus non angustat, quæ & omnibus vna est & singulis tota: quæ tanto largioresse ostenditur, quanto ad hanc percipientium multitudo dilatur. Nunquam tu illi inuidisti, qui calceos bene conuit, qui pulmentum bene coquit, aut aliud vile seruitium exercet, quoniam animus amori præstantiorum rerum intentus hæc vilia amare aut desiderare contemnit. Eodem modo si æterna concupisceres, si feruenti desiderio perfectionis arderes, nunquam inuidia eorum, qui magis litterati sunt, aut eloquentius concionantur, aut magis ab hominibus honorantur, te vinceret; nunquam diabolus tam vilis escæ conuitio prosterneret. Hæc enim veris virtutibus comparata, minora sunt, quam si cum regia dignitate compares mancipiorum abiecta seruitia. Quia verò magna & vera bona non diligis, ideo te parua bona admirantur, ideo in aliis conspecta te contristant, & ad sui amorem accendunt. Paruulum quidem, (vt ait Iob,) occidit inuidia.] Si tu desideris saltem magnus esses, nunquam te inuidia perimeret, nec tristi veneno, & nullo lætitiæ aut voluptatis melle circumlito, dementeret.

VI. Illud tandem maximè ad hoc pessimum vitium exterminandum confert, si ei tum interius tum exterius resistere ac reluctari coneris. Interius resistis, si motum inuidiæ comprimis, si ad gaudium de bonis fratris considerationibus aptis te adigas: si pro illo intentissimam orationem fundas, vt Dominus pro gloria sua vniuersa eius bona promoueat. Ad hoc pertinet quòd Bernardus cuidam interroganti, Quomodo posset inuidiam à se relegare, respondit: Si doles, quòd inuides, inquit, sentis, sed non consentis. Passio est quandoque sananda, non actio condemnanda. Tantum non illic relideas, iniquitatem meditans in cubili tuo, qualiter videlicet foueas morbum, satisfacias pesti, persequaris in fontem, bene ab illo gesta calumniando, deprimendo, peruerendo, atque impediendo gerenda. Alioqui non nocet ambulanti, & extendenti se ad meliora, quòd iam non ipse operatur, sed quòd habitat in eo peccatum. Non ergo damnatio illi, qui non dat membra sua, arma iniquitati: non linguam ad detrahendum, non quicquam reliqui corporis ad lædendum nocendumve aliquo modo, magis autem confunditur, sic se esse malè affectum & inolitum, ex longo vitium confitendo, flendo, orando conatur expellere. Exterius verò resistis, vt iam ex hac Bernardi sententiâ colligitur, si verbo de tuo fratre non detrahas, si manifestè bona laudes, si mala taceas, si dubia in bonam partem interpreteris. Si opere etiam pios conatus fratris adiuues, si ab aliis, qui possunt, iuuari facias, si tua auctoritate pronehas, si de bonis successibus illi gratuleris. Hæc profectò cor inuidia rigidum leniunt, tristitia consumptum exhilarant, dolore tactum ad gaudium pacemque

Greg. 5. mor. cap. 34.

Iob 5. nu. 2.

Bern. ser. 49. in Cant.

A conuertunt. Dominusque misertus laboris nostri, quo suæ gratiæ cooperamur, & morbo pestilenti resistimus, faciet vt charitatis serenitati turbo inuidiæ cedat, & nos à se liberos solutòque relinquat.

De vitio Acediæ, ac de multiplicibus eius malis.

CAPVT XIII.



CEDIA vox Græca est, tristitiam significans, eam quidem, quæ torporem, & incuriam mentis afferat, & quasi languorem quandam ad aliquid agendum inducat. Huius hanc accipe descriptionem ex Damasceno, Cassiano, & Thoma Aquinate collectam. Acedia est tristitia de bonis diuinis ac spiritualibus, quæ propter adiunctam difficultatem mala nostra censemus, & præ incuria ac negligentia ex ipsa tristitia nascente negligimus. Quam optimè depingit Augustinus, hominis conuersi ad Deum tentationes enumerans, & post immoderatum affectum cognoscendæ veritatis, ac post experimentum eius, quam in virtute experitur magnæ difficultatis tertio loco recensens. Excipitur is, inquit, tertia tentatione tædij cuiusdam in mora huius vitæ, ita vt aliquando eum nec legere nec orare delectet. Tertia tentatio prioris contraria: prius enim periclitabatur fame, postea fastidio. vnde & hoc, nisi de quodam languore animæ? Iam non te illic adulterium, nec tamen delectat Dei verbum. Iam post periculum imperitiæ & concupiscentiæ, de quibus duobus te euasisse letaris, vide ne tædium fastidiumque te necet. Acediam prohibuit Dominus dicens: Videte, vigilate, & orate; nescitis enim quando tempus sit.] Ac iterum: Contendite intrare per angustam portam, quia multi, dico vobis, querent intrare, & non poterunt.] Et Salomon: Quodeunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quòd tu properas.] Atque alio loco: Discurrere, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.]

Hæc, authore Cassiano, statum hominis animalium constituit. Cum enim Paulus tres animarum status designet, primum, carnalem, de quo ait: Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Secundum animale, de quo inquit: Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei: tertium spirituale, cuius illud est elogium: Spirituales omnia iudicet, & ipse à nemine iudicatur.] Carnalem statum peccata mortalia manifesta; animale tepiditas siue acedia innumeris peccatis obnoxia; spirituale vera ac diligens virtus stabiliunt. Licet autem status animalis medius sit inter carnalem & spirituale; est tamen quodammodo carnali deterior, quia difficiliorem curationem admittit. Quod indicauit Dominus, in hunc modum Episcopo Laodicensium scribens: Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: vtinam frigidus esses, aut calidus, sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus, incipiam te euomere ex ore meo.] Quo loco, per frigidum, authore Gregorio, & Cassiano, manifestus peccator intelligendus est lethalibus peccatis sancitatus: per calidum, iustus spiritu feruens, & calore charitatis oppletus: per tepidum, ille, qui à charitatis feruore ad peccatum regrediens, omnino à charitate vel ab eius feruore discessit, nondum tamen omnibus parentia

Damas. 2. fidei. c. 14. Cassi. lib. 6. 10. c. 1. D. Tho. 22. 7. 35. art. 1.

Aug. ad Psal. 106.

Marc. 13. 33. Lucæ 13. 7. 24. Eccles. 9. 10.

Prou. 6. nu. 3.

Cass. coll. 4. 19.

1. Corin. 3. 3.

1. Corin. 12. n. 14. 1. Corin. 2. n. 15.

Apor. 3. 15. 16.

Greg. 3. p. pastor. ad moni. 35. Cassi. coll. 4. c. 19.

delicta

delicta & crimina manifesta commisit. Is manifesto peccatore quodammodo peior est, quoniam difficilius ad feruorem redit, & spiritualem vitam iterum, quam semel est auerfatus, assumit. Quare de acidiosis & tepidis, sic ait Cassianus: Nec immerito eos Dominus, quos iam in visceribus receperat charitatis, noxiè tepefactos cum quadam conuulsione peccatoris sui euomendos esse pronunciat: qui cum salutarem quodammodo ei potuissent præbere substantiam, auelli ab eius visceribus maluerunt, tanto deteriores effecti illis, qui nunquam ori dominico illati sunt, cibis, quanto id quod nauſea compellente proicimus, odibilius detestamur. Quicquid enim frigidum est, etiam ore nostro susceptum, vertitur in calorem, & salutifera suauitate percipitur; quod autem semel vitio perniciosi teporis abiectum est, non dicam labiis admouere, sed etiam eminus intueri sine ingenti horrore non possumus. At alio modo potest hic locus intelligi, qui apertius tepidorum periculum malitiamque designet. Hunc autem modum subiuncta verba Ioachimi Abbatis explanant: Calidus, inquit, est, qui gaudet in Domino per misericordiam eius: frigidus, qui tristatur in se pro peccatis suis. Tepidus autem, qui nec tristis per penitentiam, nec lætus est ad obsequium Dei: quare tanquam is, qui non est aptus saluti, tollitur de memoria Domini, quod est deleri de libro vitæ, & si aliquando intus fuit per uocationem gratiæ, foras tamen eicitur propter inertiam vitæ. Quomodo canque ergo accipias frigidum, tepidum & acidiosum eo peior est, uilior, atque miserior, quia si frigidus tristis ob peccata sit, iam per tristitiam, peccatorum miseriam fugit; tepidus uero, qui salutari hac tristitia non tangitur, in dies nouis peccatorum nexibus illigatur. Si autem frigidus sit manifestus peccator, difficiliore morbo laborat tepidus, quia laboriosus est morbum superbi latentem aduertere, & medicamento repellere, quam manifestam ægritudinem se humiliantis & cognoscentis curare.

Ut uero acediæ gradus ad ordinem redigamus, nosse oportet, acediam esse duplicem: alteram quidem peccato mortali coniunctam; alteram uero à graui peccato secretam, sed grauius delinquendi occasionibus ac periculis oneratam. Illa est affectio animæ ex graui peccato procedens, qua quis ea, quæ sunt spiritualis profectus, abominatur, & ardentem quæcunque animæ noxia complectitur. Hæc uero est onus quoddam animæ, aut multitudine peccatorum leuilem, aut immoderantiam passionum & uitiolorum, aut distractionum & curarum nimietate languentis, quo uniuersa spiritualia exercitia tristia, & molesta, atque fugienda diiudicat, & cum fastidio & nauſea cordis admittit. Duas istas acedias in aliquo differre, & in aliquo conuenire cognoscimus. Differunt quidem: nam illa prima manifestè mors est animæ, aut quædam putredo ex morte procedens, qua miser homo, uelut lignum putrefactum, ad omne opus bonum inutile atque infructuosus efficitur. De qua intelligendum est illud Pauli: Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Qui enim inter mortuos, id est, inter peccatores, aut inter peccata, dormit, satis ostendit se non quocunque somno, sed somno mortis occupari, illius simili, quem Dominus uoluit à Lazaro quatruiduano depellere, cum dixit: Lazarus amicus noster dormit. Sed uado ut à somno excitem eum. Illud etiam Ecclesiastici: Tabitudo, & mors imminet in mandatis eius. Quoniam mandata neglecta hanc acediæ mortem, & tabem afferunt, ut homo ad uniuersa bona se non solum tardum, sed quasi impotentem in-

ueniat. Hæc uero secunda est uelut somnus, non iam sensus corporis, sed animæ uites illigans, ne ualeant actiones uirtutum præstare. Vnde Paulus ait: Hora est iam nos de somno surgere, id est, ut interpretatur Gregorius, de statu teporis. Et Salomon: Pigritudo immitit soporem, & anima dissoluta esuriet. Ac sanctus Dauid: Dormitauit anima mea præ tadio, confirma me in uerbis tuis. Propriè satis, ait Cassianus, non corpus dixit sed animam dormitasse. Verè enim ab omni contemplatione uirtutum, & intuitu spiritualium sensuum dormitat anima, quæ perturbationis huius telo fuerit sauciata.

Sed quæ in his feceruntur, in multis tamen aliis conueniunt. Vtraque enim acedia est penuria, ac mendicitas quædam spiritus, abundantiam charissimum cœlestium deustans, atque consumens. Quod significant illæ Salomonis sententiæ: Robusti habebunt diuitias. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus; qui autem seclatur ocium, stultissimus est. Vult, & non uult piger, anima autem operantium impinguabitur. Pigritudo deicit timor, animæ autem effeminatorum esurient. Cogitationes robusti semper in abundantia; omnis autem piger semper in egestate est. His, & aliis multis feruido diuitias, & tepido mendicitatem ascribit. Vtraque etiam est sterilitas animæ. Nam & Dauid ait: Anima mea sicut terra sine aqua tibi. Sicut enim terra sine aqua sterilis redditur, nec alimenta mortalibus necessaria fructificat; ita anima, spirituali feruore uelut rore pluuiaque priuata ferè nullum fructum uirtutis emitrit.

Vtraque etiam est manifestum periculum in maiora peccata labendi. Quare Salomon ait: In pigritiis humiliabitur contignatio, & in infirmitate manus, perfrillabit domus. Nam domus nostra, inquit Hieronymus, quæ cum statu hominis erecta est, & habitatio, quam habemus in cœlis, si pigri simus, & ad bona opera tardiores, humiliabitur. Et omnis contignatio, quæ debet culmen portare in sublime ad terram corruens, habitatorum suum opprimit. Cumque auxilium manuum uirtutumque torpuerit, omnes desuper tempestates, & nimborum ad nos turbo prorumpit. Ac denique utraque ista acedia atque tepiditas molestissima est, adeo ut eius inquietudo, afflictio, atque tormentum, non possit alij quam gehennæ comparari. Quod ex uerbis Bernardi manifestum fiet, quibus pulchrè feruidum torpentemque describit. Nimirum, inquit, aduertere potes, in omnibus ferè religiosis congregationibus uiros repletos consolatione, superabundantes gaudio; iucundos semper, & hilares, feruentes spiritu, die ac nocte meditantés in lege Dei, crebro suspicientes in cœlum, & puras manus in oratione leuantes, sollicitos obseruatores conscientia, & deuotos sectatores honorum operum, quibus amabilis disciplina, dulce ieiunium, uigiliæ breues, labor manuum delectabilis, & uniuersa denique conuersationis huius austeritas refrigerium uideatur. Contrà sanè inuenire est homines pusillanimes & remissos, deficientes sub onere, uirga, & calcibus indigentes, quorum remissa lætitia, pusillanimitas tristitia est; quorum breuis & rata compunctio, animalis cogitatio, tepida conuersatio; quorum obedientia sine deuotione, sermo sine circumspectione, oratio sine cordis intentione, lectio sine adificatione, quos denique (ut uidemus) uix gehennæ metus inhibet, uix pudor cohibet, uix frænatur ratio, uix disciplina coeret. Non tibi horum uita inferno penitus appropinquare uideatur, dum intellectu affectui, & affectu intellectui repugnante, necesse habent mittere manum ad opera fortium, qui cibum fortium minime sustentantur, socij planè tribula-

Cassian. supra.

Ioachim. Apoc. 3. p. 1. etc. 21.

Ephes. 5. 14.

Ioan. 11.

Ecl. 28. 7.

Roma. 13. n. 11. Gregor. 5. mor. c. 22. Prou. 19. 15. Psal. 118. 28. Cassia. li. 10. c. 4.

Prou. 11. 16. Prou. 22. 11. Prou. 13. 4. Prou. 18. 8. Prou. 21. 5.

Psal. 142. n. 6.

Ecl. 10. 18.

Hieron. ibid.

Bern. ser. 6. de ascens.



tionis, sed non consolationis.] Haecenus ille, Quae sicut indicant vitam feruidorum esse opere & delectatione celestem, ita ostendunt vitam tepidorum esse actione ac tristitia inferno simillimam, quam labores onerant, & nulla requies, nulla consolatio laetificat.

Iam gradus illius prioris accidia & nequioris, numeremus. Quorum primus est illorum qui saeculo male renuntiant, ut scilicet paupertatem fugiant, ut aliquam a se infamiam auertant, vel certe, ut inter eos, quibus maximus honor propter ipsorum integritatem a mundo defertur, non leue virtutis onus, sed mundanum honorem consequantur. Hi molliter induti spiritualis vitae cursum incipiunt, & quae in saeculo possederant, in usus suae vanitatis custodiunt, & nunquam ea ex toto relinquunt. Sunt ex illis, qui nolunt spoliari, sed superuacua: qui nimirum non cogitant hominem veterem deponere, & superfluitates ac negotia saeculi declinare, sed illis retentis spiritualis vitae donis operari. Quia verò id fieri non potest, dicente Domino: Qui non renuntiat omnibus quae possidet, non potest meus esse discipulus; nec valent non renuntiantes dona discipulorum accipere, ideo semper manent inquieti, semper tristes inveniuntur, & prioribus peccatis compediti, quibus nunquam ex toto nuntium remiserunt, ad vitam religiosae altitudinem volare non possunt. Quam statu quidem habent, sed conuersatione non habent; quia mores saeculi nunquam deserunt; & odia quibus antea fordebant, & ambitiones, & lutulentas carnis voluptates non deponunt.

Alter est illorum, qui bene quidem renuntiarunt, & ex altissimo fine assequenda perfectionis saeculum reliquerunt, tamen post tyrocinij feruorem noxiè repecti ad pristinas curas saeculi, & priora peccata redeunt. Istorum vita est, pecunias contra mandata Praelatorum querere, quibus fictis a se necessitatibus, & nunquam euenturis consulant, aut fratrum, & sororum, & cognatorum ordinatae paupertati subueniant. Quin & curias principum adeunt, & nullum lapidem non mouent, ut praelationes & mitras adipiscantur, ne religiosi pauperes in caelum euolent, sed Episcopi diuites ad inferna descendant. In istis praeter habitum nullam humilitatem, nullum paupertatis amorem, nullum compunctionis sensum, nullum fructum sanctae religionis inuenies. Immo, sicut illi senes Babylonis, euerterunt sensum suum, & declinauerunt oculos suos, ut non viderent caelum, nec recordarentur iudiciorum iustorum.] Nam superba & terrena sectantes in hoc tantum vitam religiosam amant, ut apud magnos huius saeculi doctores & concionatorum insignium illis opinionem conferat, & suae ambitioni deseruiat. Quam libenter deseruiscent, si absque ignominia & poena possent, & eam impeditrice suorum desideriorum iudicassent.

Tertius gradus illorum est, qui intra septa cenobij nunquam disciplinam admittunt, nunquam ordinem tenent, nunquam statutis & regulis se subiciunt, sed magis otiosi, & segnes in graui saepe delicta labuntur. Iam spiritu discordiae turgent, iam vitio detractionis rebus grauibz illiduntur, iam impuris luxuriae cogitationibus fordidantur. Quos non timor, non amor Dei, sed sola impossibilitas detinet, ne manifesto scelere, quod in opus prodeat, inhient in vxorem proximi sui. Quin & aliquando ementitis clauibus ad explendam libidinem Monasterij claustra aperire pertentant. Vtinam hi pauci sint, & sanè (ut credo) erunt in statu vitae religiosae paucissimi, sed tamen nonnunquam aliquem talem esse comperimus, qui omnium mortalium debet cogitari infelicissimus: nam ex molestissi-

A mo huius vitae carcere, (illi enim conuersatio religiosa carcer est,) in aeternum inferni carcerem currit; & ex ingenti mentis inquietudine, quam sanctitas status religiosi male viuenti affert, in vermem sine vlla intermissione rodentem procedit.

Ex singulis tribus gradibus, quos hucusque retulimus, ad quartum nequiores solet tepidus properare, cum iam apostasiam ab statu religioso cogitat, & a vita religiosa per abiectionem habitus manifestè discedit. Id autem duobus modis fieri solet: aut palam, & sine vilo fuce pro veste, & animo saeculari religiosum habitum commutando, aut quibusdam praetextibus nullitatis professionis eundem habitum deserendo. In hoc dolus est, quasi Deus decipi possit; in illo manifestus periculosusque contemptus. Hominis ita tepentis, & tam desperato morbo laborantis miseriam Bernardus exponat. Hoc frigus si semel animam, animam quidem (ut affolet) incuria, spiritu dormitante peruaserit, ac nemine deinde (quod ablit) inhibente, ad interiora eius peruenerit, descenderit in viscera cordis & sinum mentis, concusserit affectiones, occupauerit consilij semitas, perturbauerit iudicij lumen, libertatem addiderit spiritus, mox (ut in corpore solet euenire febricitantibus) subit quidam animi rigor, & vigor lentescit, languor fingitur virium, horror austeritatis intenditur, timor sollicitat paupertatis, contrahitur animus, subtrahitur gratia, protrahitur longitudo vitae, sopitur ratio, spiritus extinguitur, deseruescit nouitius feruor, ingrauescit tepor fastidiosus, refrigerat fraternitas, blanditur voluptas, fallit securitas, reuocat consuetudo. Quid plura? Dissimulatur lex, abdicatur ius, fas proscribitur, derelinquitur timor Domini. Dantur postremò in pudetia manus, praesumitur ille temerarius, ille pudendus, ille turpissimus, plenus ille ignominia & confusione saltus de excelso in abyssum; de pavimento, in sterquilinum, de folio, in cloacam; de caelo, in caenum; de claustro, in saeculum; de Paradiso in infernum.]

Ecce infauissimum saltus tepentis animae, cui applicare possumus illud Isaia: Quomodo cecidisti de caelo Lucifer, qui mane oriebaris? Contruisti in terram, qui vulnerabas gentes.] Lucifer ob superbiam de caelo cecidit, aut potius ab eo, qui superbis resistit, deiectus est: anima verò tepens & frigans, semetipsam tepore & pusillanimitate deiecit. Ille vulnerabat gentes, id est, apostatas Angelos ad defectionem excitabat: haec verò casu suo imperfectos, & male radicatos, in sancta uocatione subuertit, ut similes casus, licet ex dissimili causa manantes, eandem poenas, nempe in aeternum duraturas, in futura vita sustineant.

In hoc quarto gradu constituti ad quintum solent ascendere, ut dum vident se multiplicibus peccatis onustos, & ab statu religioso in saecularem lapsos, quasi de diuina misericordia desperent. Quae licet nullum quantumuis pessimum, dum est in hac vita, reiciat, tamen ipse peccator a diuina misericordia se subtrahit, qui fiduciam deserit, & remedia eius assequenda contemnit. Sic Cain post fratricidium poenitere noluit: sic Iudas post traditionem Domini, abiit, & [laqueo se suspendit;] sic isti post desertam Christi militiam, poenitentiae remedia subire detrectant, & saeculi nexibus semetipsos suffocant, & ipsa cordis duritie a Christo se extortes esse declinant. De quibus pulchre dixit Ambrosius: Considera aliquem per aliquot annos habuisse studium probitatis, castitatis custodiam, vitae attentionis affectum, pia propositum seruitutis, sedula obseruationis of-

Luc. 14. 33.

Dan. 13. 9.

Bern. ser. 63. de CE 11.

Isa. 14. 12.

Gen. 4. 13. Matt. 27. 5.

Amb. in Psal. 36.

ficiunt:

ficium: subitòque eum esse mutatum, discessisse de Monasterio, vale dixisse ieiunium, continentiae renunciaisse, indulgere deliciis, studere luxuriae. Dudum de Monasteriis exierunt, & nunc luxuriae sunt magistri, disseminatores incontinentiae, incontentores petulantiae, obrectatores pudoris. Nonne de his pulchre dixeris: [Effusi sunt gressus] eorum, quos bene vixisse poenituit. Egerunt itaque noui generis poenitentiam pro virtutibus, & non agunt pro delictis. Sed hi ex nobis exierunt, dicit Ioannes, sed non erant ex nobis. Si enim ex nobis fuissent, nobiscum perseverassent. Hi ergo viam suam condemnauerunt, quibus conuenit dici: O qui dereliquisti semitas rectas, abeundo in vias tenebrarum, & qui letamini in malis, & gaudetis in euerfione mala, quorum semitae pravae, & fluxuosi cursus eorum, sicut lubricus & flexuosus auctor ipsorum: cur odisse cepistis viam rectam, & iustum consilium deseruistis? Huc vsque Ambrosius. In hunc miserum statum finalis impoententiae solet tepiditas huius generis miserum religiosum pertrahere, nisi fictam conuersionem in veram commutet, nisi in vera perseueret, & sub habitu religioso feruorem etiam religiosum, & vitam indumento congruam, conuenientemque retineat.

Secundae aedix aut tepiditatis gradus, licet aequè mali non sint, quoniam saepe non à graui peccato profluunt, & sine illo reperuntur: non tamen sunt parum periculosi: quos idem recessus à vita religiosa, & eadem desperatio, aut saltem vita omnino inutilis solet excipere. Primus est (vt à radice aliorum incipiamus) cum quis in omnibus spiritualibus exercitiis segner atque remissè se gerit. Meditatur res diuinas sine attentione, orat sine deuotione, psallit in choro, aut recitat priuatim horas canonicas sine vlla reuerentia atque circumspectione. Nunquam, aut cursum suam conscientiam examinat: legit quae delectent, non quae moueant atque compungant. In confessione sacramentali est durus, in sacrae commanitionis perceptione, lapidibus, in exhortatione aut collatione spirituali distractus. His animae spiritualibus alimentis, quibus alij crescunt, ipse non crescit: quibus alij molliuntur, nullum ipse sensum compunctionis admittit: inter tot carbones friget, inter vestes spiritum fouentes alget, & inter delicatissimas escas, ipse famescit. Anima mea, (inquit,) nauicat super cibo isto leuissimo,] & cibos carni & sensibus dulciores auidè concupiscit.

Secundus est, cum tepidus feruidus auersatur, viros spirituales spernit, & eorum pia studia damnat, & aegre laudari, & ab alijs imitari sustinet. Hunc gradum sub nomine pessimae tentationis Laurentius Iustinianus optimè detegit in hunc modum: Est & alia tentatio ceteris periculosior, quam in cordibus feruorum Christi, in congregatione viuentium, & minus cautè conuersarium humani generis aduersarius, ad exterminandam charitatem, concordiam, & mentis tranquillitatem disseminare non desinit. Frequenter namque face amulationis & inuidiae liuore, quorundam accendit animos. contra aliquos collegij, simpliciter, humiliter, & solite conuersantes. Agiturque suis persuasionibus, vt negligentibus intolerabilis sit vita bonorum. Nam repleti huiusmodi diabolica malignitate, & inuidia sagitta, transfixi, profectum fratrum suorum, proprium iudicant detrimentum. Propterea instigante liuore detractionibus linguae habenas laxant, & vitam proximorum murmuracionibus dilaniare non cessant, obseruane gressus, verba discunt, & mores illorum, quibus inuidant, semper diuidant. Eorum derogant deuotionibus, eorum virtutibus lacessunt, eorum

A que bonis operibus affliguntur. Facile, & pro minimo aduersus eos, quos amulantur, turbantur, nec spiritu liuoris agitati suum valent cohibere vel dissimulare furorem. Non possunt pacificè loqui, sed mox, vt verba protulerint, feruete intrinsecus inchoant, forsique contumeliosa verba iaculantur. Bonum illorum malum dicunt, sed vel vtiā malum bonum. Insanabilis proflus est istorum languor, non enim placantur blanditijs, non mulcentur obsequijs, non rationibus acquiescunt. Quin potius, quemadmodum lignum accenditur additione lignorum, ita & horum passio augetur multiplicatione virtutum.] Optimè quidem pigrorum hominum inualetudo explicata est, qui & bona spiritalia veluti insuauia respiciunt, & eisdem bonis insistentes, iudicant, horrent, atque contemnunt.

B Tertius gradus hos duos manifestè subsequitur: cui enim omnia spiritalia desipiunt, conscquens vt carnalia sapiant, & visibilia delectent. Homo ergo inanibus cogitationibus pascitur, & his mente voluendis, quae veteri homini placent, libenter occupatur. In rebus creatis solatia quaerit, & mens interna consolatione destituta absque vllò timore se in exteriora diffundit. In cibo, in potu, in somno, in veste, in cella, in supellectili superfluitatem amat, & non quae necessitati, sed quae voluptati seruiant, inquit. Ad vitam ociosam aspirat, & omnem religiosum laborem intolerabilem ducit, suaeque aetati, aut suis laboribus debita esse seniorum privilegia, & omnem vacationem existimat. Quod si Praelatus aliquid faciendum iniungat, conqueritur: infirmitates & corporis imbecillitate imaginatur, quae ipsum communibus laboribus eximant, & illum omni religioso ministerio & omni cura, si illa honorem, & splendorem non habeat adiunctum, vacuum & liberum derelinquat. Disciplinam tandem religiosam intolerabilem, Praelatum imprudentem, & fratres sibi uita dissimiles, stultos & hypocritas iudicat.

C In quarto gradu huius aedix, tepidus, quia sibi probro datur, quod ociosus maneat, exteriores occupationes aucupat, & illas saeculares & inutiles, quae orationem impediunt, lectioni obstant, & e cella sine causa honesta exire compellant, non quae salutem animarum aut aedificationem proficiant. Ab his negotijs ac occupationibus saecularibus molestè, & cum difficultate se expedit, ne vanus vana deserat, & oportunitatem ad res vtilis & spirituales inueniat. Si autem conscientia ista reprehendat, statim eius dictamen proterit, eam scrupulosam, & sine causa timorem protestatur, nec illi ab eo, qui tyrocinium vitae spiritualis excessit, esse obediendum affirmat. Liberè minores arguit, aequales obiurgat, de maioribus detrahit, & ipsos Praelatos, saltem verbis honorare non curat. Id profectò vt sit ex illis, de quibus sanctus Dauid ait: Cogitauerunt & locuti sunt nequitiam, iniquitatem in excelsis locuti sunt. Posuerunt in caelum os suum, & lingua eorum transiit in terra.] An hic non popit in caelum os suum, qui Praelatis, vicem Dei gerentibus, obloquitur, qui alios tum maiores, tum minores irridet? Et quidem. Nam de omnibus personis, & de quibuscunque negotijs liberè verba facit, & vniuersa, quomodo sint disponenda, decernit, & aliter facta damnat & taxat, eo solo nomine, quod non suo iudicio & voluntari conueniant. Ac proinde merito Bernardus eum tepidum esse pronuntiat. O potes te, frater, inquit, ad quem de fabricanda, seu regenda inter vndas diluuij arca nihil spectat, aut vitum esse desideriorum, vt Daniel exauat cum Beato Iob, vitum dolorum & scientem infirmitatem. Alioquin vereor ne tepidus

E

Psal. 72. 8.
Bern. ser. 3. de Asp. sumpt.

Psal. 72. 2.
I. Ioh. 2. n. 19.

Num. 21. 5.

Iusti. do discipli. na, & perfect. monast. conuor. 13.

dum te, & nauseam prouocantem, euomat ex ore suo, qui te inuenire cupit, aut sui consideratione calidum, charitatis igne flagrantem, aut tua ipsius cognitione frigidum, & aqua compunctionis ignita diaboliacula restringentem.] Effectus itaque teporis est, & in hac nostra tractationis serie quartum locum obtinens, si quis velit de omnibus liberè loqui, & ad se nulla ratione pertinentia disporre.

In quinto gradu. Persuadet sibi tepidus, se non ad parua & ordinaria ministeria, sed ad magna & splendida fuisse vocatum. Honorem ambit; laudes & adulationes libens audit; dignitates & Prælationes concupiscit. In dignitate aliqua positus, aut sine illa adhuc manens, pauperes fugit, communes homines auersatur, & principum ac magnatorum familiaritatem exquirat. Horum uisitationibus delectatur, consalutationibus præ superbia distenditur: & si alter plus illo à magnatibus diligitur aut honoratur, vehementer affligitur. De rebus ipsorum gratanter verba facit atque frequenter; eorum negotia diligentissimè tractat, licet secularia sint penitus, & à mensura suæ professionis aliena: & qui est ad pium alicuius pusilli negotium inualidus, vel ad facile ministerium religionis impotens, ad quæque principum negotia etiam difficilia, etiam suum statum infamantia, fortis est & expeditus. Alios fratres ista damnantes ipse condemnat, & pusillanimes, viles, & ad abiecta seruitia natos vocat: Prælatum verò, illum corrigentem, & ab hac perniciofa occupatione abducentem, non patrem, sed crudelem, imprudentem, immò & inuidum, ac suæ felicitatis hostem appellat. Non grauior verba Hugonis adducere, quibus religiosum alicui, & negotiis secularibus vacantem describit. Cùm dicitur, inquit, curialis monachus, ex adiuncto designatur aliquid leuitatis. Qui enim secularium hominum libidinibus diligit, qui se consiliis principum libenter ingerunt, qui secretorum conscij sunt & internuntij, curiales possunt appellari. Consilia principum peruersa, si ea scias, & internuntius fias, timeo ne consentias. Ordo claustrij, & ordo curiæ diuersus est valde. Ibi [sedes in infidijs cum diuitibus in occultis, vt interfectias innocentem.] Hic audis: Non sedi cum consilio vanitatis,] & cum impijs non se debo. Ibi [dextera tua repleta est muneribus.] Hic [laas inter innocentes manus tuas.] Ibi pauperum res violenter auferuntur: Hic à pauperibus sponte offeruntur. Ibi [laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & iniquus benedicitur.] Hic autè benedicitur iustus. Si vis igitur esse monachus curialis, laudas quod nō debes, defendis quod non expedit, operaris quod non licet, loqueris quod non decet. Et alio loco ait: Monachi, qui curias frequentant, nō tantum suas, sed etiā alienas defendunt causas. Amant decreta consiliorum, non secreta mysteriorum. Decreta, non psalmos ruminant: sunt oratores in causis: rhetoricis vtuntur coloribus: Laudari appetunt, quia pro multis loquuntur. Sed monachus multum loquens, multis displicet. Coniugia copulant illicita, licita quoque dissolunt: quorum non nouerunt patres, atavos nominant, consanguinitatis ordinem narrant, hunc ex illo descendisse confirmant, de incertis iudicant, restantur sapissimè quod ignorant. Si verò aliquoties illicita connubia coniungunt, communem vilitatem præcedunt, Ecclesiæ quietè promittunt, pacem populi, patriæ salutem. Si verò res sic ad effectum peruenire non valeat, monachus tunc parat, vt quod alibi fieri non potuit, Romæ fiat. Pro principe igitur seculari Alpium frigus, Italiæ calorem libenter patitur, qui pro magistro spirituali multo le-

uiora forsitan inuitus pateretur.] Hac & multa alia Hugo, quæ consultò adducta sunt, vt huius grauissimi patris sermonibus occupationes religiosorum tepidorum suggillemus, quos certè non solum ob ingens periculum animæ, cui se exponunt, sed etiam ob iniquissimam & abiectissimam vitam, quam agunt, infelicissimos iudicamus. Quid enim inquietus, quàm piscis extramare, columba inter vultures, & agnus inter lupos? Sed quid infelicius quàm pro terrenis actionibus cælestes relinquere, & cæno curatum secularium erectum, maioribus & periculioribus curis sponte submergi?

In sexto demum gradu, tepidus gratanter & frequenter reuoluit animo secularia; dignitates, delicias & splendorem sæculi, vt magnam felicitatem, apprehendit. Fitque ex illis, de quibus scriptum est: Beatum dixerunt populum, cui hæc sunt.] Et quia mundana illi placent, quæ sunt periculis peccatorum plena; huiusmodi pericula nequaquam timet, immò spiritu superbiæ deceptus, in medijs ambitionis & concupiscentiæ flammis, ac de homine impecabili, sic de semetipso confidit. Corrigitur à Prælati, non audit; hortantur illum seniores, non aufcultat: amici sapientes viciniora salutem illum monent, & apud illos, quibus modestius respondere solet, mille se rationibus excusat. Post multos igitur spiritualis vitæ annos, non in aliquo; spiritu promotus, sed in eadem inhærens: salebra, semper inuenitur misera tepiditate possessus. Cui per omnia conuenit illud Basilij, quod de tepidis, & incontinentibus scribit: Hi multū serpunt, & nihil promouent. Siquidem iumentis iis assimilés sunt, quæ ad molas deligata, cùm ingredi continenter non cessent, eodem tamen vsque in spacio semper reperiuntur: & fracto laboribus corpore, ipsa tamen vltra exigui loci fines progressa non sunt: sic isti quoque cùm assidue in corporis libidinibus intricentur, in hisque depressi inhærescant, ad spiritus fastigium nunquam euadunt, sed in exhausto cursu in orbem perpetuò incitari feruntur: nempe qui vnà cùm corporis concupiscentiis voluptatibusque assidue agitati rotati que, eodem vnde mouerant, denuo referantur; & propter voluntatis prauitatem ab iniqua, in qua sunt, seruitute nunquam liberentur.] Ad hos sex gradus (vt nobis quidem videtur) præcipua huius generis acediæ mala retulimus.

In hoc misero statu (quod certè non sine magno timore esset cogitandum) sunt non pauci religiosi sacrarum litterarum studijs occupati, animarum ministerijs ligati, & Prælationibus, ac gubernationis cura detenti: qui cùm ex impurissima intentione litteris, & concionibus, & curæ aliorum vacent, & in his splendidis Ecclesiæ functionibus non diuinam gloriam, sed semetipsum querant, & supra vires se onerent, & imprudenter effundant, fit vt in via spiritus quotidie magis magisque tepescant. In hos per omnia quadrat illud Job: Calcatis torcularibus sitiunt] quia sanctis Ecclesiæ ministerijs, quibus spirituales viri profecerunt, & in dies incrementa virtutum augere non desinant, ipsi peiores: & imperfectiores fiunt. Statum suum statum ariditatis vocant, non tepiditatis: in quo à Domino desolationibus probantur, & consolationibus priuantur, vt toti (quemadmodum ipsi dicunt) lucrandis animabus intendant. Nec aduertunt miserè, se non ariditate probati, sed tepore à Domino seuerissimè permisso castigari; & in statu obscenitatis ac caliginis declinari. Nec enim seruor spiritus, & diligens virtutis studium; & castius demissa consolatio, ministeria animarum impedit, sed mirum in modum promouet, & eis efficaciam attribuit. Nam & Apostolis

Hug. li. 2. de claustro anim. c. 16.

Psal. 10. n. 8. Psal. 25. n. 4. Psal. 25. num. 10. vb. n. 6. Psal. 10. nu. 3.

cap. 17.

Job 24. n. 11.

Psal. 143. n. 15.

Basil. const. monast. c. 9.

Job 24. n. 11.

& Apostolicis viris non fuit necessaria tepiditas, vt luctandis animabus, & instruendis ignaris, & gubernandis sibi subiectis, insisterent, sed potius feruor illis opus fuit, & magnus feruor, vt sine suo periculo gubernationis, & doctrinae munus sustinerent. Abeant ergo isti, qui sapientes sunt in oculis suis, & in oculis sapientium stulti, & discant non blasphemare, & potentiae Domini derogare, quasi ipse illorum miseria & distractione, ad salutem animarum efficiendam indigeat. Immo sciunt, Dominum, [qui suauiter omnia disponit,] non gelu, sed igne calefacere, non tenebra, sed sole illuminare, & non tepidis & distractis hominibus, sed feruidis, & animo religiosis, velle animas ad feruorem & opera religionis conuocare. Ne colores suae tepiditatis inquirant, ne legitimas causas acediae & pigritiae praetexant, quas nunquam inuenient, sed vitium hoc pestilentissimum subiectis remedijs abiicere curent.

De remedijs ad extirpandam acediam.

CAPVT XIV.

RAVIDUS & difficilis morbus multis, & non facilibus medicaminibus indiget, vt in languida & ad mortem tendente anima nostra curetur: quare nemini molestum videatur, si ad destruendam acediam, grauem ac periculosam aegritudinem multa remedia assignamus: quae tamen quam breuissimè referemus.

I. Tu ergo, o tepide, o serue male, & piger, qui talentum diuinæ vocationis, quo posses sanctitatem lucrari, in sudario vae cordiae repositum habes, aduersus hunc languorem remedio assidue atque intentè orationis vtire, quo petas à gelu educi, & à tenebris ac obscuritate liberari. Agnosce te in caeno teporis inhærare, & dic: Infixus sum in limo profundi, & non est substantia:] & exclama ad Dominum, ait Augustinus, vt de necessitatibus tuis etiam hic liberet te. Agnosce te in via spiritus consedisse, & dic ad Dominum: Trahe me post te.] Propterea opus habeo trahi, inquit Bernardus, quia refriguit paulisper in me ignis amoris tui, nec valeo à facie frigoris huius currere modò, sicut heri & nudius tertius.] Hanc humilem orationem exaudiet Dominus: & educet te de lacu miseriae & de luto faecis, & statuet supra petram pedes tuos, & diriget gressus tuos. Et immittet in os tuum canticum nouum, carmen Deo nostro.

II. Meditare seridè & attentè nouissima tua, acerbam poenam signibus preparatam, fenerum iudicium negligentibus destinatum, & ineuitabilem mortem, qua gloriosa munera cessabunt, & applausus hominum euanescent. Vide an bonum sit, propter hæc cadauca & abiecta in hora mortis scrupulis agitari, & animam periculo damnationis exponi. Nam & gehenna etiam concionatores, & confessarios principum, & Praelatos capit, si hinc ministeria ambitiosè & superbè faciant, & in illis nequiter, & aduersus Domini mandata procedant. Praecipue autem magna praemia iustis diligenter vitentibus preparata considera. Hæc enim quia verè magna, & gloriosa sunt, facient te fictam mundi gloriam contemnere, & quia meritum omnis laboris excedunt, facient pro illis non oscitantè, sed feruidè laborare. Atque de huius considerationis fructu hæc scribit Bernardus: Sunt qui in studijs spiritualibus fatigati, & versi in teporem, atque in defectu quodam spiritus positi, ambulantes tristes vias Domini, corde arente & tædente acedunt ad quæque iniuncta, frequenter murmurant,

A longos dies, longas conqueruntur & noctes, loquentes cum sancto Iob: Si dormiero, dicam quando confurgam, & rursum expectabo vesperam.] Ergo vbi contingit tale aliquid pati, si miseratus Dominus appropiet nobis in via, qua ambulamus, & incipiat loqui de caelo, qui de caelo est, nec non & favorabile quippiam cantare nobis de canticis Sion, narrare etiam de ciuitate Dei, de pace ciuitatis, de aeternitate pacis, de statu aeternitatis, dico vobis erit pro vehiculo animæ dormitanti & pigritanti læta narratio, ita vt pellat omne fastidium ab animo audientis, & à corpore fatigationem.] Sic ille. His itaque meditationibus te ipsum erudi, ad cor tuum clama, mentem tuam, non tam torpentem quam dormientem excita, vt scias aeternorum desiderio terrena aspernari, & pro fuga magnorum malorum, & ingentium bonorum adeptione omnem ignauiam & torporem depellere.

B Confidera etiam maximè iniuisam esse Domino hypocrisim, quam non semel, sed sepius tam seuerà increpatione damnavit. Attendite, inquit, à fermento Phariseorum, quod est hypocrisis.] Et, Cùm oratis non eritis sicut hypocritæ. Et, Cùm ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes.] Et rursus: Væ peccatori terram ingredienti duabus viis.] Tu autem hypocrita es, in quolibet teporis gradu consistas. Si enim fictè procedis, & cor habens lupi rapacis, te ouem esse mentiris, id est, si sub habitu & in schola virtutis, lethali peccato sordescis, quis dubitet te hypocritam esse, qui bonus, & castus, & circumspectus appareas, iniquus autem, ac turpis, nec non & contaminatus existis. Si verò nec dum ad tantum malum perueneris, sed secundo gradu acediae ligaris, nullo modo te possumus ab statu hypocritæ eximere, cùm alius sis, & alius appareas, & habitu, ac professione te seculi contemptorem asseras, vitæ autem actione mundanis & ambitiosis annumeres. Quod si Dominus seruum iniquum & negligentem [diuidet,] id est, separabit à consortio famulorum suorum, [partemque eius ponet cum hypocritis,] attende tepide qualis erit pars tua, & misera conditio tua, cuius memoria terret Dominus seruos comedatores, & ebriosos, & ab iniuria seruatorum abducit.

C Confidera, quia nouitij, & idiotæ, & annis atque atate minores caelum rapiunt, virtutem obunent, ad perfectionem ascendunt, & tu senex, & litteratus, & concionator, & aliorum magister, magis in dies per socordiam & ignauiam tuam ab omni virtute, ac puritate discedis: & curis implicitus ac negotijs vanissimis dementatus, negotium salutis tuæ velut nullius momenti postponis. An non tu es ille stultus, de quo inter alia hæc dicit sanctus Iob: Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius?] Et quidem. Habes enim firmam radicem, quoniam votis religiosis in terra bona status perfectionis plantatus es, & dignus es ab aspicientibus maledici, quia nec altis radicibus, quibus sustineris, nec in qua satius es, optima terra, & bene culta, atque rigata respondes. Quin potius filij tui, hoc est, opera tua, longè sunt à salute, quæ aut proptia ipsorum malitia conterit, aut si bona sint, præpostera intentio in porta, nimirum in initio actionis interficit. Messem ergo tuam, id est scilicet spiritualis emolumentum, quod colligere deberes, famelicus, hoc est, feruidus comedit, & te præ fame pereunte, ille in mensa orationis apud Dominum epulatur. Vitam tuam rapit fortis armatus, quo diabolus signatus est, cuius monicis & iussis obtemperas. Diuitias quoque tuas, quas scilicet lucrari debueras, sitientes, id est, cupientes perfectionem, ebibunt, & dum aridus

D Considera, quia nouitij, & idiotæ, & annis atque atate minores caelum rapiunt, virtutem obunent, ad perfectionem ascendunt, & tu senex, & litteratus, & concionator, & aliorum magister, magis in dies per socordiam & ignauiam tuam ab omni virtute, ac puritate discedis: & curis implicitus ac negotijs vanissimis dementatus, negotium salutis tuæ velut nullius momenti postponis. An non tu es ille stultus, de quo inter alia hæc dicit sanctus Iob: Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius?] Et quidem. Habes enim firmam radicem, quoniam votis religiosis in terra bona status perfectionis plantatus es, & dignus es ab aspicientibus maledici, quia nec altis radicibus, quibus sustineris, nec in qua satius es, optima terra, & bene culta, atque rigata respondes. Quin potius filij tui, hoc est, opera tua, longè sunt à salute, quæ aut proptia ipsorum malitia conterit, aut si bona sint, præpostera intentio in porta, nimirum in initio actionis interficit. Messem ergo tuam, id est scilicet spiritualis emolumentum, quod colligere deberes, famelicus, hoc est, feruidus comedit, & te præ fame pereunte, ille in mensa orationis apud Dominum epulatur. Vitam tuam rapit fortis armatus, quo diabolus signatus est, cuius monicis & iussis obtemperas. Diuitias quoque tuas, quas scilicet lucrari debueras, sitientes, id est, cupientes perfectionem, ebibunt, & dum aridus

Iob. 7. n. 4.

III.

Luc. 12. 7. Matth. 6.

Ibid. nu. 16.

Matt. 24.

IV.

Iob. 5. 5.

IV

5. uerbi

Sap. 8. n. 1.

I.

Psal. 68. num. 3.

Aug. in Psal. 105. Cant. 1. 3. Bern. ser. 21. in Cant.

Psal. 39. 3.

II.

Bern. ser. 31. in Cant.

& tristis manes, illi caelesti consolatione potantur, & gaudiis spiritus perficiuntur. Si autem causam felicitatis illorum, & tuam infelicitatis aduertas, nullam aliam (præter diuinam gratiam omnibus affidentem,) nisi ipsorum in laborando diligentiam, & tuam negligentiam inuenies. Quod Salomon celebri pro uerbio præfecit, dicens: Stello manibus nititur, & moratur in ædibus regis.] O quanta, & quam pulchra ac magna animalia terræ cauernas inhabitant, & in antris horridis delitescunt, & domos regias adire non curant, at stello animalculum vile, quia manibus nititur, quia nimirum curat in alta quæque conscendere, in domo regia locum requietionis accepit. Ita multi viri graues, ob insignem doctrinam, & eloquentiam, ac gubernationis peritiam nominati, in imo iacent, & ob suam oscitantiam in quadam vitæ obscuritate, & in abyſſo quodam imperfectionum commorantur, cum tamen stello, id est, vir ignarus & contemptibilis, quia mundum despicit, & diligenter in omnem virtutem incumbit, arcem Domini, id est, perfectionem, obtineat. Hinc intellectus est Beati Gregorij, qui prædictum Salomonis locum his verbis exponit. Plerumque aues, quas ad volatum penna subleuat, in vepribus resident; & stello, qui ad volatum pennas non habet, nitens manibus, regis ædificium tenet: Quia nimirum sæpe ingeniosi quique dum negligentia torpent, in prauis actionibus remanent; & simplices, quos ingenij penna non adiuvat, ad obtinenda æterni regni præmia virtus operationis leuat.] Qui dexteritatem habet ad sæculi negotia tractanda, cur hoc negotium suæ salutis omittit; ex quo pendet, vt domus regis, id est, patriæ cælestis & puritatis vitæ sit habitator.

V. Considera pericula tepidorum, qui sæpe aut in pristina peccata cadunt, aut in maiora dilabuntur; nunquam spiritu crescunt, & eo ipso decrescunt; eos quotidie segnities magis absorbet, scrupulis angit, & inquietudine nimium affligit. Hos quidem non semel pristina iniquitates excipiunt, nam praui habitus pullulantes, in antiquos mores & assuetas actiones inducunt. Hos maiora peccata proculcant, quoniam mens non paucis annis mortificatione cohibita, si vincula rumpat, & aquæ appetituum obicem se opponentem diliciat, imperuosus in immania flagitia decurrit. Hos miserabilis paupertas in eodem statu imperfectionum tenet, & iuxta sanctorum regulam, quod qui non proficit, deficit; de qua multa superius diximus, in deteriorem semper statum impellit. Nec enim virtus in tepidis crescit, quorum vita continens quædam imperfectio est, quæ non cæteris virtutum sed vitiorum adauget. Hos acedia singulis momentis magis ac magis obruit, quia nouis malis, quæ difficiliorem faciunt exitum, & nouis miseris immergit. Hos scrupuli continuò discruciant, quia somno teporis occupati, nunquam plenè suorum peccatorum grauitatem aduertunt. Hos tandem inquietudo dilacerat; quam enim tranquillitatem habebunt, qui nulli creditori satisfaciunt, & nec Deo, nec Prælati, nec fratribus, nec sibi ipsis, ex multis, quæ debent, vel vnum exsoluunt? Nunquam hæc pericula fugies, nisi vincula tepore abrumpas.

VI. Considera vitæ tempus esse perbreue, quod tibi ad proficiendum concessum est, & occasionem se nunc ingerentem, magnam gloriam lucrandi non amittas. Nam & Dominus illos reprehendit, qui tempus sibi ad operandam salutem attributum ignorant. Milus in caelo, inquit, cognouit tempus suum, & hirundo, & ciconia custodierunt tempus aduentus sui: populus autem meus non cognouit iudicium Domini.] Quodnam est Domini iudicium, nisi lex nobis propolita, & tempus ad quærendam perfectionem datum, quod nos miluis, ac hirundinibus, & ciconiis stolidiores effecti nosse nolumus, & eum illud instar puncti breuissimum sit, longum & prolixum esse conuicimus? Vereor, ait Bernardus, ne vobis quoque, sed aliter vita ipsa simulatione longitudinis illudere velit, non consolationem hinc afferens, sed magis inferens desolationem. Vereor, inquam, ne longiorem sibi vitam superesse quis reputans, & grandem sibi restare autumnas viam, obrutur à pusillanimitate spiritus, & labores tantos, & tam diuturnos sustinere posse desperet: quasi verò non secundum multitudinem dolorum suorum in corde suo, consolationes diuinæ lætificent animas electorum.] Tæpus ergo breue est, & diuina gratia, ac cælestis cõsolatio ad labores perferendos nullo modo laboribus ipsis inferior, ne impossibilitatem præterendas, aut nimiam difficultatem esse causeris. Agnosce tempus tuum, ne illis sis annumerandus, quibus dictum est: Hypocrite faciem cæli nobis probare, hoc autem tempus quomodo non probatis?] Expende temporis breuitatem, quia fortè integer annus, aut integer mensis tibi vitæ non superest, & tam breui tempore tam longam scordiam redime; quod facies, si diligenter & seruide in curationem affectionum tuarum, & in virtutum adoptionem incumbas.

VII. Considera te acedia & tepiditate vinci, quia laborem & afflictionem virtutis metuis, quam tamen torpendo non excutis, sed pro leuiori fugienda, multo maiorem & molestiorem incurris. Homo natus est ad laborem, inquit sanctus Iob, quin ad dolorem etiam hominem esse natum posset edicere. Omnes enim laboramus, omnes dolemus, nec est à supremo rege vsque ad mancipium abiectissimum, qui valeat se ab hoc duplici onere laboris & doloris eximere. Vides, quoniam tu laborem & dolorem consideras, ait Dauid, quoniam Dominus in actionibus nostris laborem, & in passionibus dolorem agnoscit. Vnde & ipse propheta se bis paratum exhibet, dum canit: Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Paratus quidem erat ad laborandum, atque adeò dicebat: Paratus sum, & non sum turbatus, vt custodiam mandata tua. Paratus etiam ad dolorem ferendum. Nam & ego, inquit, in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.] Nemo igitur est, qui sine labore ac sine dolore viuat; sed si leuissimum virtutis laborem, & suauissimum dolorem subire detrectes, in alium molestissimum ac amarissimum vitiorum incidēs. De impiis namque dictum est: In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.] Sed num ideo sine labore, & sine dolore viuunt? Nequaquam. Imò quia in labore hominum non sunt, in labore dæmonum detinentur. Vide enim quod sequitur: Ideo tenuit eos superbia; operi sunt iniquitate & impietate sua. Tu itaque leuissimum hominum laborem fugis, qui est labor virtutis. Quid enim tibi leuius eo, quod non solus sustines, sed tecum Dominus ipse, omnipotens portat? Tu etiam suauissimum dolorem reuicis. Quid enim suauius eo, cuius extrema æternæ suauitatis sunt plena? Sed hunc laborem, & hunc dolorem fugiens, superbiæ & iniquitatis labori & dolori ceruicem submittis, qui & cum talento plumbi, & cum gemibus mortis confertur. Sarius est ergo in seruire spiritus vtiliter laborare, quam in tepiditate mentis maiore, ac proflus inutili, immo & noxio labore torqueri.

VIII. Considera quanta beneficia receperis, quantis

Prov. 30. 18.

Greg. 6. mor. c. 5.

Lib. 5. p. v. c.

Ierem. 8. 7.

Bern. ser. de nimia quadam fallacia presentis vitæ.

Luc. 12. n. 56.

VII.

Iob. 5. 7.

Psal. 10. 14.

Psal. 36. 8. Psal. 118. 60.

Psal. 37. n. 18.

Psal. 72. 5.

VIII.

debitis

debitis astringaris, pro quorum minimo nunquam poteris respondere. Omnia enim in te collata beneficia, debita tua sunt, quibus Dominus sibi te fecit debitorem. Omnia etiam beneficia aliena, debita tua sunt, quia ita aliis dantur, ut ex illis non modicum emolumentum accipias. Denique quicquid est in caelo, quicquid est in terra, quicquid est in subterram, id totum debitum tuum est, quia nihil cogitare poteris, quod non te erudiat, aut moneat, quod non te, vel ad fugam mali, vel ad boni prosecutionem instiget. Si tot tantaque debemus, & nihil perfolimus, quis, ut verbis Bernardi utar, amplius grunniet, dicens: Nimum laboramus, nimum ieiunamus, nimum vigilamus, cum nec millefima, immo nec minimae parti debitorum suorum valeat respondere? Quis non acediam & torporem excutiat, ut si non ad aequalitatem (id enim fieri non potest) saltem ad humanam possibilitatem, vel minimo debito satisfaciatur, & tantis beneficiis gratus existat?

Bern. ser. de quad. drup. de biso.

IX.

Virorum spiritualium vitam, moresque considera, eorum feruorem in rebus diuini cultus, & diligentiam in virtutibus exercendis expende, quae tibi segniter viuenti non modicum ruborem iniicient. Ad id hortatur Salomon dicens: Vade ad formicam, o piger, & considera vias eius, & discite sapientiam: quae cum non habeat ducem, nec praecceptorem, nec principem, parat in aestate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat. Formica hominibus prouidum, & in negotiis gerendis strenuum Aegyptiis significabat: & apud Hieronymum, aut Bedam, diligentem operarium significat, qui in praesentis vita, velut in aestate fructus iustitiae, quos in aeternum recipiat, sibi recondit. Iuxta quam interpretationem formica, duce, praecceptore, ac principe carens, virum mihi saecularem indicat, (& ego aliquos tales vidi) qui sine directione spiritualis magistri, & sine magnis adiumentis, quibus nos in vita religiosa proficimus, viam spiritualis conuersationis arripuit. Hic quia solerter vitiis extripandis, & virtutibus inserendis intendit, cito proficit, & non semel viros religiosos excedit. Si huiusmodi hominem apud te habes: & forte habes, & ei tanquam magister rationem procedendi praecribis, illius vitam attentè considera, & videbis quam acriter tuam segnitiam reprehendat. Ipse quidem in corde suo omnium se minimum reputat, ore tibi omnia sua interiora pandit, & te velut praecceptorem interrogat: signis ex corde profectis tibi vitam religiosam profitentem se submittit. At vita eius clamat, & te acriter increpat, & dicit: Usquequid piger dormies? Quando confurges de somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conferes manus, ut dormias, & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus.

Prou. 6. 6. 7. 8.

Beda ad c. 6. Prou.

Prou. 6. 9. 10. 11.

X.

Quare adiutorium aliorum, qui te a somno acediae suscitent, torporem tuum Praelato detege, qui te monitionibus vrgeat: patri spirituali manifesta, qui te viam feruoris doceat: fratris, qui ob suam prudentiam & probatam virtutem dignus sit, vulnus torporis aperi, qui spirituali colloquio, tanquam salubri medicamento, aliquod leuamen afferat. Super omnia verò Domini adiumentum exposece. Effunde apud illum cor tuum, & miserias tuas non sine profusione lacrymarum edicito, & suscitari te ab illo, qui suscitauit mortuos, & trahi fortiter postulat: Cum te torpore, acedia, vel tædio affici sentis, inquit Bernardus, noli propterea diffidere, aut desistere ab studio spirituali, sed iuuantis requite manum, trahi te obsecrans sponse exemplo, donec denuo suscitante gratia factus promptior alacriorque curras, & dicas:

Bern. ser. 11. m. Can.

A Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.]

Ne fugias; ne à cœpto desistas, neve studia spiritualia intermitas, sed potiùs etiam sine alacritate; immò & cum tristitia in eorum continuatione progreditor; & aliquid noui ad te magis vincendum aduicito. Ad vincendam namque luxuriam celeris fuga necessaria est, & ad proterendam acediam, nihil valet turpis fuga, sed animosa hostis aggressio. Experimento probatum est, inquit Abbas Moyses apud Cassianum, acediae impugnationem non declinando fugiendam, sed resistendo superandam. Et in hoc vitium, si in aliquo summè necessaria est illius praeccepti sancti Iacobi custodia: Resistite diabolo, & fugiet à vobis. Qui enim tristitia & torpori resistit, & se ipsum vrget, & iam sanctis meditationibus, iam Praelati monitionibus, iam vim sibi inferendo, se ad laborem adigit; post modicum spaciū acediam fugisse, & pristinum feruorem, ac mentis alacritatem venisse animaduertit.

B se ipsum vrget, & iam sanctis meditationibus, iam Praelati monitionibus, iam vim sibi inferendo, se ad laborem adigit; post modicum spaciū acediam fugisse, & pristinum feruorem, ac mentis alacritatem venisse animaduertit.

Praesentissimum tandem acediae remedium, si iam callum obduxerit, est illud Dauidis: [Ego dixi, nunc cœpi,] & vitam nouam, & ab omni tepore alienam incipere. Persuade ergo tibi non minus difficile esse ab inueterato tepore ad feruorem redire, quam à peccato ad gratiam resurgere: & quia illud opus Dei est, sicut est istud, enitere à Domino eidem omnino mediis, ac primam conuersionem, impetrare. A negotiis & occupationibus, etiam vtilibus per aliquod tempus te abstrahe, considera vias tuas in amaritudine animae tuae; causas ac initia praesentis paupertatis aduerte: fasciculum tuorum peccatorum collige, illum per sincerissimam confessionem in sanguine Christi submerge: Deinde quasi denovo lotus, ad occasiones te polluendi & maculandi ne redeas, sed studiis spiritualibus sine vlla intermissione diligenter insistas. Haec namque sunt, quae dispersiones nostras colligunt, pigritiam fugant, & ignem pristini ardoris accendunt.

Psal. 118. 32. XI.

Cassian. lib. 10. c. 25.

Iacobi 4. 7.

XII. Psal. 76. 11.

De vitio inanis gloriae, ac de ipsius gradibus.

CAPVT XV.

D **I**NANIS gloria est immoderatus appetitus laudis humanae. Nam ab appetitu laudis moderato, & rectae rationi consono, omne vitium vanitatis excluditur. Est autem appetitus laudis moderatus, cum quis ex bonis operibus laudem, & approbationem à Deo quaerit, cui soli placere studet. Hoc namque laudis desiderium tanquam nullo modo virtuti contrarium, concedit Paulus, cum ait: Qui gloriatur, in Domino gloriatur: (id est, non à se.) neque ab hominibus, sed à Deo bonorum operum approbationem exquirat. Non enim qui se ipsum commendat, ille probatus est, sed quem Deus commendat. Nec etiam laudis appetitus metas rationis excedit; si ab hominibus ob finem bonum laus quaeratur, ut scilicet ipsi laudatores in virtute proficiant, pusillus ametur, & Deus in suorum feruorum virtute laudetur. Nam & id ipse Dominus approbat dicens: Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in caelis est. Tunc ergo laudis appetitus vitiosus est, & inanis gloria vocatur, cum non vera laus, nec vera gloria, ac manifestatio coram proximis, sed vana quaeritur. Quam reprehendit sanctus Dauid illo versu: Ut quid diligitis vanitatem, & quaeritis

2. Corin. 10. n. 17.

num. 18.

Matth. 5. n. 16.

Psal. 4. 11. 3.

mendacium:

mendacium?] Est autem laus inanis & gloria vana, quam de re, quæ non est, vt de virtute, quam non habes, aut de rebus vanis nec laude dignis, aut à solis hominibus, prout fallibiles sunt, aut propter se ipsam, & non propter Dei gloriam, aut proximorum salutem captare contendis. Atque hoc vitium prohibet Dominus ore Pauli, cum inquit: Nolite fieri inanis gloriæ cupidi.] Et in Pharisæis vehementer reprehendit: Quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis, & gloriam, quæ à solo Deo est, non queritis? Et Psalmographus eius impietatem expressit illis verbis: Quoniam Deus dissipauit ossa eorum, qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.] Inanis gloria facit, vt immoderatè hominibus placere cupiamus; vt toti ab eorum ore ac sententia pendamus: vt nominari & laudari appetamus: vt ultra vires & talentum nobis datum nos extendamus, & sic in mille inquietudines, & inconuenientia præcipitemur. Hæc bonam opinionem ultra meritum amat, virtutem necdum adeptam ostendit; zelum honoris diuini, & sanctam ad reprehendendum libertatem fingit; de nobilitate se iactat; humilia ministeria licet necessaria respuit, honorabilia munera, & familiaritatem nobilium concupiscit. Hæc hominem vanum impellit, vt curer subtilis lector, feruidus concionator, sollicitus prælator, & orationi, ac rebus spiritualibus addictus apparere, & vt non in veritate ac rerum substantia, sed in vmbra, & simulatione suam felicitatem constituat. Hæc denique laudem, quam appetit, etiam cum spiritualis vitæ detrimento, cum religionis damno, cum fratrum scandalo, & cum animæ periculo manifestè conquirat. Quare Basilius rem fœditissimam pulchris & accommodatis epithetis voluit depingere. Fugiamus, inquit, inanem gloriam, dulcem spiritualium opum spoliatricem, iucundum animarum nostrarum hostem, tineam virtutum, blandissimam bonorum nostrorum deprædatricem, eandemque mellis illitu, fraudis suæ veneni coloratricem, & mortiferi hominum mentibus poculi porrectricem: quod opinorea de causa facit, vt vitio se illi auidius ingurgitent, nec vlla illius expleantur satietate.] Si hac peste te sinas illudi, pro certo scias te mundanum esse, & sæculi amatorem existere. Quicumque autem voluerit amicus esse sæculi huius, inimicus Dei constituitur.] Paulatim iste se à Domini obsequio subducit, dicente Paulo: Si adhuc hominibus placere (id est, placere studerem,) Christi seruus non essem. Qui verò Christo seruire renuit, consequens est vt mundo seruiat, & præmium mundi, nempe confusionem, accipiat.

Inanis gloria non vnam tantum causam nanciscitur, sed ex multis, arque interdum contrariis (quod mirum est) nascitur. Aliquando enim ex prauis operibus, aut ex vanis actionibus, quod proprium iniquorum est: aliquando verò ex bonis virtutum studiis, quod est proprium bonorum, vanam laudem & gloriam querimus. Illorum imaginem gessit Absalon, de quo hæc legimus: Porro Absalon crexerat sibi, cum adhuc viueret, ritulum, qui est in valle regis; dixerat enim: Non habeo filium, & hoc erit monumentum nominis mei. Vocauitque ritulum nomine suo, & appellatur Manus Absalon vsque ad hanc diem.] Superbus adolescens, ritulum, id est, statuam marmoream, crexit, quæ ipsum illustrem faceret, & memoriam suam apud homines custodiret. Sic multi in operibus mortuis, inutilibusque laborant, primogenia ex bonis per furram ablatis institunt, & amplas domos ædificant, vt se apud homines celebres reddant. Istorum verò mores induunt

ieiuantes, orantes, elemosynas facientes, & prædicantes propter hominum laudes, de quibus dictum est: Amen dico vobis, receperunt mercedem suam.] Utrosque autè monet Cassianus, sic scribens: Ideoque per sapientissimum Salomonem monemur: [ne diuertaris ad dexteram, neque ad sinistram,] id est, ne tibi de virtutibus blandiaris, & dextris successibus ac spiritualibus extollaris, nec despectens ad sinistram tramitem vitiorum, secundum Apostolum gloriam tibi ex eis in tua confusione conquiras. Nam cui sub specie succinctorum vestis, & nitida cenodoxia, id est, inanem gloriam, non potuit diabolus generare, pro qualida, & inculca, ac viliore, conatur inferre.] Sed ex quibus bonis operibus inanis gloriæ pestis emergere? Profectò ex omnibus, quæ aliquam speciem virtutis habent, solet ob nostram cecitatem generari. Et sicut omnia virtutis opera licet valde inter se diuersa, in boni ratione conueniunt, ita vniuersa huic vermiculo, qui edacius bonitatem corrodit, exposita esse noscuntur. Nascitur inanis gloria ex ipsa victoria atque extinctione vitiorum. Nam à sex prioribus vitiis cenodoxia, & superbia penitus dissident, ait Cassianus, nec simili cum eis societate fœderantur. Siquidem non solum nullam ex illis occasionem suæ generationis accipiunt, sed etiam contrario modo atque ordine suscitantur. Nam illis euulsis hæc vehementius fructificant, & illorum morte viuacius pululant, atque succrescunt. Vnde etiam diuerso modo ab his duobus vitiis impugnamur. In vnumquodque enim illorum sex vitiorum tunc incidimus, cum à præcedentibus eorum fuerimus elisi: in hæc verò duo victores, & vel maximè post triumphos periclitamur incurere.] Nascitur inanis gloria ex omni exercitatione virtutum. Vnde pulchrè Climacus ait: Vidi plurima, variæque virtutum germina ab aliquibus plantari, & ex inani gloria, tanquam ex cloaca & cæno irrigari, & ex ostentatione circumfodi, atque ex laudibus humanis stercoreari, quæ tamen translata postmodum in desertum solum, id est, in locum laudationibus vacuum, confestim exciccata sunt.] Nascitur tandem inanis gloria, & quidem præcipua ex his operibus, quæ apud homines splendorem habent, & vilia ac fructuosa iudicantur, vt ex ministerio prædicationis, ex munere prælationis, atque ex functione proponendæ doctrinæ. Sicut enim arbor (vt simili Gregorij vtar) quò altius ad superiora surrexerit, eò ventorum vim vehementius sentit, sic quò plus quis maioribus operibus attollitur, eò ampliori ab ore laudantium flatu fatigatur. Et Cyprianus ait: Si opera virtutum foras exierint, rarus est qui hominum iudicia conspuat, & laudes humanas contemnat.] Vide igitur magnum malum, ac summopere cauendum, quod bonis operibus roboratur, & nisi circumspecti sumus, ipsa perfectionis acquisitione succrescit.

At vestigemus quem inanis gloria assensionis ordinem teneat. Mentem principio sub velamine alicuius boni prætextus aggreditur: quia nimirum oportet placere hominibus, vt eos Domino lucrermur: neque enim si nos contempserint, quam illis proponimus, doctrinam suscipient. Itèrque gloriam Domini non parum ex nostra pendere, quem bonæ vitæ ostensione laudamus, & alios, qui nos vident, aut audiunt, ad eius laudationem accendimus. Hoc colore mentem ingressa, personam deponit, & palam falsam dulcedinem obicit, ac pulchrum esse, & homine dignum apud alios nomen, & auctoritatem habere, suadet. Nam honos, inquit, & laus virtutem sequitur. Æquum est ergo, vt tu, qui virtute, & litteris polles, honoribus & laudibus cumuleris.

Nemo

Galat. 5.
num. 26.
Ioh. 5. n.
44.Psal. 52.
6.Basili.
conf. mor.
nasc. 11.Iacob. 4.
4.Galat. 1.
10.2. Reg. 18.
18.Mat. 6.
16.
Cassian.
li. 11. c. 4.
Prou. 4.
nu. 27.Philipp.
37.Cassian.
coll. 5. c. 10.Clim. ca.
9 grad. 2.Greg. 22.
mor. c. 5.

Matth. 5. 15.

Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt.] Et Dominus te lucernam suam igne zeli animarum inflammavit, talentis naturalibus illustravit, & aptum ad proficiendum aliis effecit. Quis credat id factum esse ut in obscuro lateas, & non magis ut apud alios nominis celebritate clarescas? His & similibus dictis gloria vana animam ad sui amorem allicit, quam animadvertens sibi devinctam, hoc ordine, & subiunctis gradibus ab omni decore virtutis evertit.

Ose. 8. 7.

Primò, opera bona, & studia spiritualia ad captandam hominum laudationem inhectit. Et ex oratione, ex silentio, ex amore cella, ex ieiunio, ex inculta veste, & ex aliis huiusmodi miser homo auctoritatem apud homines, & viri spiritualis existimationem venerari curat. Scit enim in hac communitate, cuius institutum professus est, solos spirituales viros diligere & honorari, alios verò haberi contemptui. Honor ergo mihi apud istos virtute comparandus est, quam si prius non consequar, aut saltem externa actione non praeferam, honorem concupitum habere non potero. Est hic vnus ex illis, de quibus inquit Oseas: Quia ventum seminabunt, & turbinem metent.] Quid enim nisi ventum seminant, qui in bonis operibus, ob ventum, id est, ob inanem honorem, factis, elaborant? Et quid nisi turbinem metent, qui non aliquid solidum, sed humanas laudes, id est, occasiorem superbiendi, recondunt? Irridet eos Dominus per Amos, dicens: Et sacrificare de fermento laudem, & vocare voluntarias oblationes, & annuntiare, sicut enim voluistis filij Israhel.] Nam, ut Gregorius meditat, panem fermentatum aduersus legem offert, qui virtutis opus ob laudem humanam exercet. Putat se oblationem pacificam, ac Deo placentem obtulisse, & de eo superbe se iactat, cum tamen huiusmodi oblatio inani gloria corrupta, Domino, cui offertur, inueniatur iniusta.

Amos 4. 1. 5.

Greg. 10. 22. in euang.

Secundò, isti inani gloria possessi, ad aliquem gradum honoris euecti, mirum est quantum in eo sibi complacent, & quanta inepta & praeordinem faciant, ut nominati sint apud alios, & famam ac gloriam acquirant. Si doctores, & litterarum professores sunt, novas opiniones excogitant, & peregrinas doctrinas inueniunt, quas suos auditores doceant, & à via sentiendi trita & probata ab antiquis auertant. Si concionatores res curiosas auribus mundanorum placentes, non corda compungentes, loquuntur, pro diuinis Scripturis fabulas poetarum, pro dictis sanctorum, nescio quas sententias philosophorum, pro rationibus, quae vitia destruant, curiositates, quae vitis conuincant, exponunt. Si Praelati, propria domus deserunt, ut aliena curent, omnibus negotiis ciuitatis se ingerunt, magnates iniungere, & ab eis visitari appetunt, ampla & paupertatem oppugnancia aedificia aggrediuntur: videnturque illos imitari, qui dicebant: Venite, & faciamus ciuitatem & turrim, cuius culmen pertingat ad caelum, & celebremus nomen nostrum antequam diuidamur in vniuersas terras.] His, & aliis huiusmodi, quae splendorem apud homines habent, laudem & famam sibi aggregare nituntur, quod si virtus fordeat, si profectus damnus sentiat, si tepor irumpat, si diuina communicatio se subtrahat, dummodo non desit illis aita popularis, nihili curant.

Gen. 11. 4.

Tertiò, hi saepe inuiti personam auctoritatis deponunt, aut successore ad munus praelationis instante, aut aetate, aut aduentu doctioris, aut eloquentioris, cui cedendum est, omnino poscent. Tunc quis explicet, quanta tristitia abforbeantur, quanto dolo-

te obruantur, quam implacabilibus indignationis stimulis crucientur? Putant, alium, qui in munere illis successit, sibi gloriam praecipuisse: illum ergo animo auersantur, illum temerarie iudicant, illum toruis oculis intuentur. Eius facta verbis dilacerant, bona in malam partem interpretantur; mala, si quae sint, exaggerant, & dum aliud non conceditur, ex fratris dedecore sibi metipsis honorem aliquem & gloriam decerpunt. Quid si ad ordinem redactis obedientia ordinarias illis aliorum subditorum occupationes indicat? Quid si ad humiles, aut non nimis honoratas functiones applicet? Tunc cum indignatione illas omnino respuunt, de praelatis talia praecipientibus conqueruntur, ea sibi ob inuidiam, aut odium, vel ad contemptum demandata vociferantur. Eligunt omnino potius otiosi & desides manere, quam rebus humilibus, sed vtilibus, & sibi quam maxime ad vincendam superbiam necessariis occupari.

Quartò demum, Qui iam in hypocrisim, iactantiam, & nouitatum praesumptionem antea corruerunt, ab honorifico manere, aut dignitate deiecti, labuntur in alias deteriores inanis gloriae progenies, quas simul cum praedictis Gregorius enumerat. Fiunt enim inobedientes, qui suorum praelatorum iussa contemnant, contentiosi, qui verbis se excusent, & ea ineptè sibi mandari defendant: pertinaces, qui nullo modo amicis bona suadentibus credant: discordes, qui ab aliorum sensu & voluntate se separent, & in domo charitatis rixas & inimicitias seminare non metuunt. Ex his omnibus apparet, inanem gloriam Prosper Aquitanicus quam pulchre descripsit. Est, inquit, vanitas, inflata quaedam circa delectationes varias animi languentis affectio, potiendi honoris auida, simul & nescia morbo excellentiae inanis inflata, caua, morbida, turbulenta, animorum leuium domina, male fundatis omnibus blanda, repugnantibus fumea, capiendis seductoria, captis iniusta, simulatio quaedam virtutum, anima vitiorum, fomes carnalium delectationum, labes morum, appetitio dignitatum, dulcis miseris, amara perfectis, periculosa dubiis, imperiosa subiectis, infirma fundatis, facile captiuat incautos, captiuatos oblectat, ambitiosos vexat, angustos inflat, inflatos humiliat: cui seruiunt tumidi, sub qua iacent elati, quam inueniunt perdit, ad quam currunt lapsuri, in qua sibi videntur stare iam lapsi.] Ecce vanitatis elogia à Prospero copiose descripta, quae nulli alij vsui vtilis inuenitur, nisi ut quaesita perdat, & hominem sterilem & infrugiferum reddat. Ponite corda vestra super vias vestras,] dicit Dominus per Aggaeum prophetam. Semina stis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti, & qui mercedes congregauit, misit eas in sacculum pertusum.] Ecce quomodo inanis gloria quaesita perdat: sacculus enim pertusum est cor intentionis prauitate diruptum, quod ex labore suscipit, sed ex vanitate meritum quod susceperat, statim amittit. Et Oseas ait: Radix eorum exsiccata est; fructum nequaquam facient.] Vide etiam quomodo eadem pestis vanitatis cor infrugiferum reddat. Nam quia radix bonae intentionis arescit, consequens est, ut utilitas ex labore bene viuendi, fructusque deficiat. Hoc ergo vitium, quod nos bonis spoliat, omnino fugiamus, & rationem pugnandi aduersus ipsum nunc legentibus demon-

Greg. 9. mor. 6. 13.

Prosper 3. de vita contem. c. 10.

Aggai 1. 5. 6.

Ose 9. 16.



De remedijs aduersus inanem gloriam.

CAPVT XVI.



ADVERSUS inanem gloriam, ardentem meditationem, qua intellectus caelesti lumine illustratus, eius vilitatem considerat, multum putamus habere roboris atque virtutis. Sicut enim qui in introitu portae subito leonem in se irruentem aspiceret, primo quidem aspectu paueret, & timore prosterneretur, at statim facili negotio contemneret, quem videret non esse vitium, sed peritissimi statuarij arte confectum: ita qui laudem humanam statura magnam, atque mirabilem conspiciat, eam primo intuitu, amore & pretio dignam conicit, sed si introrsus inspiciat, eam vt verè fictam, & sola figura laudis constantem spernit. Quid ergo inanis gloria sit, & quae mala pariat, penitus meditemur, & facile erit cum diuina gratia eius ostentationem irridere, & falsum splendorem aspernari.

I. Considera igitur, qui huius vitij impugnatione torqueris, quid sit inanis gloria, quoniam non vera sed vana & picta gloria est. Si autem aurum pictum, aut sceptrum regis delineatum, aut diadema imperatoris, arte pictoris effectum nullius pretij esse cogitas; quare gloriam pictam, & vmbrailem, & omni substantia vacuum tuo amore ac tuis laboribus dignam existimas? Quod autem ista gloria sit vana, ipsum eius nomen significat. Neque enim absolute gloria vocatur, neque vera, sed inanis & vana gloria dicitur: At si ipsa vana est, & seipsam inanem & fictam praedicat, vide tu, si sapiens eris, dum vanitatem non se occultantem sub tegmine veritatis, sed palam se ostentantem, insequeris? Quasi qui apprehendit vmbraem, & persequitur ventum, (inquit Ecclesiasticus) sic & qui attendit ad vana mendacia. Si ergo stultus est, qui nititur vmbraem & ventum comprehendere, tu sapiens eris, qui meritis tuis gloriam mendacem niteris comparare? Hanc inanis gloriae vanitatem Chryostomus duobus similibus pulchre depinxit. Nihil, ait, hominum gloria vilis. Dic enim mihi, si paruorū videas puerorum multitudinem, lactetium dico, numquid ab eis gloriam concupisces? Sic erga cunctos homines disponaris propter gloriam. Idcirco cenodoxia dicitur. Nonne vides personas, quas in scena versantes induuntur, quam sint pulchrae quidem, quam verò splendida, quam ad extremam pulchritudinis perfectionem effictae? Potes mihi talem aspectum in veritate monstrare? Nequaquam. Numquid vnquam eorum amore captus es? Non. Quare? Quia vacuae sunt, & imitantur pulchritudinem, pulchritudo tamen non sunt. Similiter & gloria inanis est, & gloriam quidem imitatur, non est tamen gloria. Illa sola manet, quae naturalis est, quae intrinsecus. Haec autem quae exterius superinducitur, occultat quidem saepe deformitatem, occultat autem apud homines, & vsque ad vesperam, dimisso autem in theatro, sublatiſque personis, vnusquisque quod est, hoc apparet. Itaque ne tanquam in scena, & simulatione veritatem obeamus. Haec ille. Inanis ergo est, qui inanitatem sequitur, & qui pro vanitate veritatem derelinquit.

II. Considera vanam gloriam vanam esse, sed non vana, imò vera, & maxima mala in eam diligentem inducere. Ipsa namque fur est, qui hominem omnibus diuitijs, id est, meritis, spoliat. O quanti hinc emigrant, putantes merita secum multa porta-

Ate, qui eo quod in suis ieiunijs, & concionibus, & alijs laboribus hominum laudem quaesierunt, se apud Dominum mendicos & vacuos inuenient. Quibus dicitur: Filij receperitis bona in vita vestra, quia humanas laudes affecuti estis, quas tanta auiditate quarebatis. Haec vestra praemia rapuerunt, & instar latronum opibus vniuersis spoliarunt. Quasi latrunculus quippe est, ait Gregorius, appetitus laudis humanae, qui recto itinere gradientibus ex latere iungitur, vt ex occultis, educto gladio, gradientium vita trucidetur. Cùmque propositae vilitatis intentio ad studia priuata deducitur, horrendo modo vnum idemque opus culpa petagit, quod virtus inchoauit. Dicit autem idem opus à virtute vitiòque prodire, quoniam eadem materialis actio secundum vnā partem malitia inficitur, & secundum aliam virtute decoratur. Quae licet secundum esse naturae vna sit, at ad mores nostros relata duplex actio est, quarum vna à veritate bonitatem, altera verò à veritate malitiam participat. Ipsa etiam inanis gloria vermis est, qui radici arboris, id est, intentioni nostrae actionis applicitus, eam destruit atque corrodit. Et quemadmodum vermiculus ille paratus à Domino [ascensu diluculi percussit hederam] Ionā, quae humanam felicitatem significat, & statim exaruit: ita vermiculus iste gloriae vanae, non à Domino, sed ab hoste humani generis aduectus percussit studia hominum, vt, quod ad meritum attinet, statim areſcat, & pereant. Ipsa denique est velut enorme aduerſium, quo audax homo non iam sponſam alterius hominis, sed Dei sponſam constuprare contendit. Gloria enim quasi sponſa Dei est, quam ipse sibi seruat, cùm tamen omnia alia nobis misericorditer ac largè concedat. Gloriam meam, inquit, alteri non dabo, & laudem meam sculptilibus. Sed quid dicit homo scelestus & omnium procacissimus? Et ego eam mihi contra Domini voluntatem usurpabo? Non ita sit, nemo tam immane scelus aggrediar, quoniam Dominus zelauit gloriam suam, & eam à manu superborum eripiet, eos verò in sempiternam ignominiam deiicit. Pacem ipse nobis concedit, nam & Angeli cecinerunt: Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonae voluntatis. Pax itaque sufficiat nobis, quae ipse est. Nam & ipse est pax nostra, qui fecit vtraque vnum: ipsi autem, qui solus dignus est gloria, omnis laus, omnis gratiarum actio, & vniuersa gloria relinquatur. Gloria prostrato, inquit Bernardus, laetatus est populus, pace recepta: sed David singulariter extitit gloriosus. Iosue, Iephthe, Gedeon, Samson, Iudith quoque quamquam femina, gloriosè in diebus suis triumphauerunt de hostibus: sed pace cum gaudio fruuentibus ceteris, nemo eis communicauit in gloria. Iudas Machabeus multis & ipse inclutus victorijs, cùm frequenter exultanti populo pacem fortiter pugnando tribuisset, nunquid gloriam quandoque est partitus alicui? Denique & facta est, inquit, non gloria, sed laetitia magna in populo. Quid minus ab his omnibus conditor omnium fecit, quominus & ipse debeat gloriarī singulariter: Solus cuncta creauit, solus de hoste triumphauit: solus captiuos liberauit, & locum habebit in gloria? Et brachium, inquit, meam auxiliatum est mihi. Item: Torcular calcaui solus, & de gentibus non est vir mecum. Quid ergo mihi cum victoria, si nec in praelio fui? Impudentissimè mihi arrogo vel gloriam absque victoria, vel victoriam sine pugna. Sed [suscipite montes pacem populo,] pacem suscipite nobis, non gloriam, ipsi soli eam seruantes, qui solus & pugnauit, & viciit. Haec & multa alia pulchre Bernardus, ex quibus perspicuè elucet intolerandum

malum

Luc. 16.
25.Greg. 9.
mor. c. 13.

Iona 4-7.

Ista. 42. 8.

Eccle. 34.
2.Chrysoſt.
hom. 43.
ad popu.
Antio.
che. 10. 5.

Luc. 2. 14.

Ephes. 2.
14.Bern. ser.
13. in
Cant.1. Mach.
4. n.
58.Ista. 63. 5.
Ibid. n. 3.Psal. 71.
n. 3.

malum esse non nobis debitam gloria appetere: quae homini data omnino vana est, Deo autē applicita, qui est author omnis boni, & vera inuenitur & debita.

III. Considera tuam miseriam, ac vilitatem, & quod nihil ex te boni habeas, sed si aliquid bonitatis, aut virtutis in te est, id omne ex Deo quasi mutuatum possideas. Sicut autem ridiculum esset, si homo pauper de veste sibi ad horam mutuata gloriaretur: ita omnino vanum & stultum est, si de bonis tibi mutuo & quasi precario concessis, gloriam & laudem datori debitam enitaris acquirere. Quod ad te pertinet, frater, vas vacuum es, aut vas contumeliaz, quod tot ac tanta impleure peccata, si verò Deus euacuat is delictis te suis donis repleuit, & vas in honorem effecit, quid de alieno bono te iactas, & non benefactori tuo omnem gloriam ac laudem ascribis? Inanis gloria est illa sagitta, cuius meminit Dauid, [volans in die] cui, auctore Bernardo, consideratione nostrae vilitatis, ac opposito scuto veritatis, resistimus. Difficile profus, ait, homo verbis laudantium abduci poterit, altum sapere, si se intus ad lucem veritatis sollicita consideratione discutiatur. Nonne si propriam cogitat conditionem, dicturus est sibi: Quid superbis terra, & cinis? Nonne si propriam consideret corruptionem, fateatur necesse est, quoniam non in eo bonum? Sed & si forte aliquid habere videtur, non inueniet puto quod respondeat Apostolo dicenti: Quid habes, quod non accepisti? Et alibi: Qui stat, videat ne cadat. Postremo si fideliter computet, facile illi erit aduertere, quod nec cum decem millibus possit occurrere ei, qui cum viginti millibus venit ad se, & omnes iustitias suas tanquam pannum menstruatæ reputari. Veritate itaque vanitas defruatur, qua homo conuictus illi soli gloriam velit, cui dictum est: Tu es Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria: & tibi laus: cuncta enim, quæ in cælo sunt, & in terra tua sunt: tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes.]

Psal. 90. 7. 6.

Bern. ser. 6. in 2. sal. qui habuit.

1. Cor. 4. 7. 1. Cor. 10. 11. Luc. 14. n. 31. 1. ai. 64. n. 6.

1. Paral. 29. 11.

IV. Communia solum oculis aliorum ostende, specialia verò dona, aut exercitia libenter absconde: his enim præcipue vermis inanis gloriae pascitur, his seletioribus cibis, nisi occultentur, saepe reficitur. Nesciat, inquit Dominus, sinistra tua, quid faciat dextera tua. Non de corpore loquitur, inquit Ambrosius, sed etiam vnanimus tuus frater tuus, quod facis, nesciat, ne dum hic mercedem quæris iactantia, illic remunerationis fructum amittas. Et Chrysostomus: Si possibile est te ipsum quoque ignorare quod facis: sit tibi hoc profus in studio: non vt opinantur quidam ab iniustis tantum hominibus misericordiae opus voluit abscondi; cunctos enim iussit omnino celari. Quod autem Dominus ore docuit, etiam actione compleuit. Curato namque leproso, dixit ei: Vide nemini dixeris, sed vade: ostende te sacerdoti. Et mysterium transfigurationis celari præcepit. Nemini, inquit, dixeris visionem, donec filius hominis à mortuis resurgat. Et non semel aliàs se ipsum abscondit, non quod in seipso, sed quod in nobis membris suis, inanem gloriam timeret. Timeamus & nos, quod ipse ad nostram eruditionem vitauit, & prout fieri poterit, enitatur abscondi. Dum enim diligenter curamus nesciri ab hominibus, paulatim concupiscentia laudis euanescit, & animus conscientia testimonio gaudens, à solo Deo suorum operum approbationem requirit.

Matth. 6. 3. Ambros. 1. officio, c. 30.

Chrysost. hom. 19. in Mat.

Matth. 8. 4.

Matth. 17. n. 9.

V. Occasiones inanis gloriae ac laudum humanarum declina, & quicquid apud homines speciosum est, si poteris, fuge, vt vtilioribus ministeriis intendas. Mirum multis etiam spiritalibus tibi dicturus sum,

Matth. 23. 12.

A sed tamen verum, cuiusque, conscientias ipsorum, qui admittantur, testes adduco. Fuge Prelationis munera; si verò absque nota inobedientiae aut pertinacia non poteris, cæteris paribus Prelationem minoris honoris, minoris cœnobij, pauciorum subditorum tibi elige, in qua minus sit quod plausus hominum & vana gloria furtiuiat. Saluator noster cum gloria actriumpho Ierosolymam ingressurus, vt se victorem mortis & peccati, ac spontaneum passionis susceptorem ostenderet, vide quem triumphum, quam gloriam elegerit. Non curram superbe paratum, non equum pulchre phaleratum, sed vile iumentum Apostolorum vestibus coopertum ascendit: non reges aut principes saeculi, sed pauperes piscatores sibi comites sociavit: non Scribarum, & Phariseorum, ac nobilium copiam, sed puerorum, & vilium hominum turbam sibi obuiam venire præcepit: non aula ex auro, ac tapetia ex serico, quibus parietes, & pauimenta obtenderentur, sed ramos palmarum & oliuarum, qui omnibus ad manum erant, requisivit. Denique talis ingreditur, vt vaticinatus sit Isaias: Dicite filiaz Sion: Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam, & pullum filium subiugalis. Triumphus quidem illi necessarius erat, vt amorem eius, quo voluntarie ibat ad mortem, & fructum suae passionis disceremus. At attende quam modestum triumphum, quam humilem gloriam assumpsit. Ita & tu, si omnino aliis imperaturus es, obedientia ac maiorum iussione poscente, quod in te fuerit, humiliorem prelacionem, & quam alij litterati, & graues viri forsitan erubescerent, libentius admittes. Idem de aliis huiusmodi sit iudicium. Concionaturus es? ea loca, & conciones acceptius suscipe, quæ non maiorem honorem & laudem nobilium, sed maiorem animarum vtilitatem promittant. Docturus es? Eam cathedram tibi accommodatorem habe, quam non tam illustrissimæ academiæ splendor, & Scholasticorum frequentia, quam humilitas, & modestia nobilitet. Sic gloriam in gloria fugiens, & ex occasionibus vanitatis humilitatem, & tui despectum aucupans, te ad despiciendam laudem humanam, & diuinam solum voluntatem explendâ aptabis. Quares in sublimi positus locum infimum, & inter laudes humanas, solam diuinam laudem concupisces. Dicisque fiducialiter ad Dominum illud Esther: Tu scis Domine necessitatem meam, quod abominer signum superbiae & gloriae meae, quod est super caput meum in diebus ostentationis meae, & detester illud quasi pannum menstruatæ. Si hæc poteris in veritate dicere, magnâ victoriâ ex inani gloria reportasti.

Matth. 21. n. 7.

Isaia 62. 11. Zach. 9. 9.

B Omnia quæcunque feceris, siue magna, siue parua, actuali intentione propter diuinam gloriam & laudem exequere, & non tuum nomen celebrari, sed diuinum laudari ac glorificari constitue. Nam hæc rectissimorum desideriorum iteratio, & intentionis rectificatio plurimum valet ad inanem gloriam in occasionibus irridendam. In Leuitico Dominus quinque sibi præcepit offerri, panem, & vinum, quibus vescimur, & potamus: sal & oleum, quibus alimenta condimus: thus, quo non semel ad medicinam vimur. Quod præceptum magnam habet animæ nostræ eruditionem, vt scilicet omnia in honorem Domini offerenda esse designet. Medicina mortificationis, balsamentum remissionis, cibus sanctæ ac studiosæ actionis soli omnium creatori consecratur, & non ob laudem nostram, sed ob eius laudem exerceatur. Non sufficit autem ista intellectu apprehendere, nisi etiam voluntas amplectatur, & omnem à se humanam laudationem excutiat. Nam Nabuchodonosor ore dixit Danieli: Verè Deus ve-

C

Esther 14. 16.

D

VI.

E

Leuit. 2. n. 1.

Daniel. 2. 47.

Ibid. 46.

Exod. 24. 13. Exod. 32. 1.

Psal. 05. 10. 21.

ster Deus Deorum est, & Dominus regum, & reuelans mysteria.] Opere autem Daniele ipsum, non Dominum adoravit. Tunc, inquit, rex Nabuchodonosor cecidit in facie suam, & Daniel adoravit, & hostias, & incensum precepit vt sacrificarent ei.] Moses quoque in monte ad diuina cōtemplanda sublimatur; plebs verò sibi commissa in valle ad scelus idololatriæ deiicitur. Sic multi probè cognoscunt vniversa propter Dei gloriam esse faciendā, quia tamen opus cognitioni non congruit, vitio se vanitatis inficiunt. Quibus non ineptè conuenit illud Davidis: Mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. Obliti sunt Deum, qui saluauit eos.] Voluntas ergo tua ductum intelligentie sequatur, & sicut omnia propter Deum faciendā esse cognoscis, ita eadem propter eius gloriam exequere. Discèque auram popularem contemnere, & ventum ac inanitatem aspernari, quam si adhuc ex tuis operibus decerpere cupis, satis es pusillus spiritu, & nec dum ad verum profectum accessisti.

De vitio Superbiæ ac de gradibus ipsius.

CAPVT XVII.



SUPERBIA est immoderatus appetitus excellentiæ, seu altioris gradus quàm personæ congruat, si cum diuinæ prouidentie lege, aut cum ipsius personæ meritis conferatur. Homo quidem absque humilitatis detrimento, & absque superbiæ vulnere accepto, bene potest cognoscere dona sibi ab omnium authore donata: ea debito in gradu magni pendere, & noua bona propter finem debitum concupiscere, & excellentiam, aut dignitatem sibi oblatam minimè respicere. Potest inquam hæc absque vilo peccato superbiæ, si tamen bona, quæ habet, à Deo gratis donata sciat, si non maiora putet esse quàm sunt, si non supra eorum dignitatem ea æstimet, si non se ipsorum possessione inflet, si bonum excellentiæ, quod cupit, ob Dei gloriam, aut alium bonum finem, & non excedens talentum sibi datum cupiat; si diuinū auxilium ad illud obeundum omnino necessarium agnoscat, si denique nec se maioribus æquet, nec æqualibus præferat, nec indebitè minoribus anteponat. At si quis bona, quæ habet, tanquam propria, nec à Domino data, in eorum vsu, respiciat, si maiora putet, si supra meritum magnipendat, si ex illis se inflet & iactet, si dignitatem, & excellentiam sua dona superantem affectet, aut à lege diuinæ prouidentie negatam desideret, si propriæ industriæ & viribus fidat, si maioribus quasi ex latere adhæreat, si æquales proterat, si minores spernat; nouerit se vitio superbiæ suffocari. Cuius indicia non obscure scripsit Prosper in hunc modum:

Prosper 3. de vitia contemp. c. 8.

Inde est, quòd hi, quos superbiæ mentis nubes purulenta corruerit, seniorum suorum non obseruant imperata, sed iudicant, de suis negligentis obiurgari, aut rebellant insolenter, aut murmurant: de loco superiori disceptant, præferri se etiam melioribus impudenter affectant, simplicitatem spiritualium fratrum irridenter exagitant, suas sententias procaciter iactant, obsequia delata fastidiunt, negata pertinaciter quarunt: natales moribus anteponunt, iuniores suos elati despiciunt, conferri sibi aliquos posse non credunt: æquari senioribus dedignantur, super eos se solo animi tumore constituunt. Non seruant in obsequio reuerentiam, in sermone modestiā, in moribus disciplinam. Habent in intentione pertinaciā, in corde duritiā, in sermone iactantiā, in humilitate fallaces, in iocatione mordaces, in odio pertinaces, subiectionis impatientes, potentie sectatores, omni-

A bus bonis odibiles: ad opus bonum pigri, ad communionem feri, ad obsequium duri, ad loquendū quod nesciunt prompti, ad supplantandū parati, ad omnia quibus subsistit fraterna societas inhumani. Temerarij in audiendo, clamosi in loquendo, fastidiosi in videndo, præsumptuosi in docendo, effertati deformiter in cachinno, onerosi amicis, infesti quietis, ingrati beneficiis, inflati obsequiis, & imperiosi subiectis. Hæc sunt superbiæ grassantis indicia, quibus Deus offenditur & recedit, ac superba corda destituit.] Pestilentissimum superbiæ vitium prohibitū est à Domino, non solā verbis sed etiam operibus. Verbis quidem, quoniā per Tobiam ait: Superbiā nunquā in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas.] Et per Salomonē: Sex sunt, quæ odit Dominus: & primo loco ponit oculos sublimes, id est, per superbiā erectos. Et per Ecclesiasticū: Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus; ne fortè elidatur virtus tua per stultitiā.] Opere verò: Quoniam Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.]

B Superbia autē magnis conatibus fugienda est, cum non tantū per se ipsam immane peccatum sit, verum etiam sit omnium peccatorum origo. Quoniam initium, inquit, Ecclesiasticus, omnis peccati est superbia: qui tenuerit illā, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finē.] Ideo autem fons omnium peccatorum constituitur, quia, vt inquit Thomas Aquinas, immoderatus amor propriæ excellentiæ, finis est, què bonorum visibilibus adeptione conquirimus, in qua omnis turba peccatorū includitur. Finis autē humanarum actionū, principium etiā est ad illas inclinandas; quare immoderata excellētia, quæ vt finis appetitur, delictorum omnium reputatur exordium. Ideoq; Gregorius ait: Ipsa vitiorū regina superbia, cum deuidū plene cor ceperit, mox illad septem principalibus vitiiis, quasi quibusdā suis ducibus deustandum tradit. Quos videlicet duces exercitus sequitur, quia ex eis proculdubio importunæ vitiorū multitudines oriuntur. Et Fulgentius: Superbia ideo initium omnis peccati dicitur, vt omne peccatum de ipsa, tanquā de radice pullulare monstraretur, quæ multiplici modo miseris inferēs mortē, publico certamine carnales deicit; spirituales verò si quos in cautos inuenierit, occultiore conflictu prostermit. Et Prosper: Initium non alicuius, sed omnis peccati superbia. Vt euidenter ostēderet, quòd ipsa sit peccatorū omnium causa: quoniam non solū peccati est ipsa, sed etiā nullū peccatum fieri potuit, potest, aut poterit sine ipsa. Siquidem nihil aliud omne peccatū, nisi Dei contemptum est, quo eius præcepta calcantur. Quem contemptum Dei nulla res alia persuadet hominibus, nisi superbia.] Vitium igitur hoc, quò occultius est, eò grauius & nocentius inuenitur, quod Gregorius vocat euidentissimum reprobatorum signum; quamobrem gradus ac partes eius attentius & diligentius audiamus.

C Superbiæ gradus diuersimodè à patribus numerantur. Nam Gregorius quatuor tantum refert; Bernardus verò vsque ad duodecim protrahit: nos verò superbiā nec tam angusto, nec tam lato numero mentientes, non è ei gradus assignauimus. Primus gradus est, quo quis bonū quod habet, à semetipso se habere præsumit. Non quidem quia intellectu sentiat se esse propriorum bonorū authorem: hoc enim ad infidelitatem pertineret, non ad superbiā; quæ non intellectu afficit, sed appetitū inuertit: sed quia homo ita se gerit, ac si bona quæ habet, sua essent, & non à Deo, sed à semetipso prodiret. Talis fuisse videtur superbia Nabuchodonosor, cum ita cogitabat, & externo sermone dicebat. Nonne hæc est Babylō magna, quam ego ædificauim in domū regni, in robore fortitu-

D dinis

E

Tobia 4. n. 14. Prov. 6. nu. 16.

Ecclesi. 6. 2.

Iacob. 4. nu. 6.

Ecclesi. 15.

D. Tho. 1. 2. q. 84. art. 2.

Greg. 31. mor. c. 13. post med.

Fulg. epist. 3. ad Probam.

Prosper. 3. de vitia contemp. c. 2.

Greg. 34. mor. c. 25.

Daniel. 4. 27.

dinis meæ, & in gloria decoris mei:] Et eadem quoque delinquunt, qui dona sibi data nolunt ad Domini ac prelatorum voluntate occupare, sed ea tanquam propria & à se profecta, in ministeriis sibi placitis exercere. Hi Domino subici, & prelati obedire detrectant, & talento docendi, prædicandi, aut gubernandi, non in loco sibi designato, nec ordine sibi præscripto ministrare sustinent, sed alio loco, in quo magis splendean, maioremque plausum habeant, & alia ratione, quæ sibi magis placeat, illud tractare & occupare cõtendunt. Quare hoc? nisi quia donum illud ut proprium, & à nullo dari usurpat? Si enim alienum esse animaduertent, sine vlla difficultate in loco sibi à Domino per prelatos significato collocarent, & mensuram operandi sibi præscriptam non excederent. Nam si tu calamum alterius apud te habeas, iuxta voluntatem eius, aut intactum retines, aut ad scribendum paras, aut minutatim discindis, & in sterquilinum coniciis, quia alienus est, & eius bonus status, aut malus nihil ad te pertinet. Si ergo scientiam, quæ polles, aut prudentiam, aut rerum gerendarum peritiam, nõ sterili tantum cognitione, sed sapida scientia, Domini esse cognosceres, nec tristareris, nec repugnares, si eam ipse ut rem suam vellet despiceret, aut in modio humilitatis abscondere. At è contrario facis: nam si in loco humili relinqueris, cõquereris; si despiciaris, obmurmuras; & prelati reluctanter vis ostentare te ipsum loco & tempore, quo non conuenit, & tuam scientiam, aut prudentiam, vel simile aliud donum, quasi venale exponere. Donum igitur illud ipso opere non alienum sed proprium reputas, ut hoc grauissimo superbiæ gradu aduersus omnium creatorem te erigas.

Alter superbiæ gradus est, quo aliquis bona sua à Deo quidè profecta cognoscit, non tamè gratis data, sed propriis meritis empta & acquisita sentit, quia licet intellectus speculatione nõ erret (qui error etiam infidelitas esset) ac affectus ita se habere, ac si vniuersa bona ex meritis habuisset, minime pertimescit. Huius gradus meminit Ambrosius, dicens: Tertium genus est peccati quidem minoris (duo enim antea ingratorum peccata retulerat) sed superparis arrogantia, eorum scilicet, qui datorem bonorum Deum non negat, sed quæ acciderint, ea sibi propter prudentiam suam, ceterarumque merita virtutum, iure delata arbitrantur. Propterea etiã diuina dignos habitos gratia, quod nequaquam viderentur indigni quibus talia diuinis beneficiis prouenerent. Hi autem qui sunt: illi sanè qui diuinis beneficiis inueniuntur ingrati. Nemo enim gratias agit ob illud, quod propriis laboribus meruit, ac dato pretio cõparauit. Dum ergo ingrati sunt, & nec Deum ob bona sibi data collaudat, nec illi gratiarum actionibus, nec bonorum operum fructu respondet, opere clamant, se bona accepta, ex propriis meritis accepisse, & quasi dato pretio fuisse mercatos. De his ingratis hominibus conqueritur Dominus: Nonne, inquit, decem mundati sunt, & nouem ubi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Omnes quippe ille mundat, omnes illuminat, omnes inflammat, omnes donis & beneficiis multiplicat. Non tamen omnes dicit: Quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus sicut omnes patres mei. Immo potius se ciues, & filios putant, quibus omnia bona, quæ habent, quasi ex iustitia & iure hereditario debeantur. Merito quidè Dominus eos sepe bonis iã concessis spoliat, & noua dona ab ipsis postulata denegat, ut in paupertate discat diuinam misericordiam agnoscere, & se ipsos omni dono indignos cõfiteri. Sequitur tertius gradus, in quo homo bona habita à Deo quidè processisse fatetur, & sine meritis data libenter intelligit, ac maiora esse quam sint, & multo

A potiora diiudicat: & se solum, aut suam familiã diuitem putat, alios homines, aut alias Ecclesiæ cõgregationes pauperes cõferet, & ut nulli à Deo bonis cumulatitas spernit. Audi quàm pulchrè Gregorius similibus hominũ mores exponat: Sunt, inquit, nonnulli, qui cum parua agunt, de semetipsis magna sentiunt: in altum mentem subleuãt, & præire se ceteros virtutum meritis putant. Hi nimirum apud se introrsus humilitatis sterquilinum deserunt, & elationis fastigia ascendunt: illi videlicet imitantes, qui se primus apud se extulit, sed eleuando prostrauit: illi imitantes, qui accepta cognitionis dignitate, contentus non fuit, dicēs: In cælum conscendam, super altra cæli exaltabo solium meum. Vnde & ei malè coniuncta Babylonia, id est, confusa multitudo peccatorum, dicit: Sedeo regina, & vidua nõ sum. O quantos nunc isto superbiæ laqueo illigatos inuenias, qui se tantum spirituales viros, se tantum sapientes ac literatos, se omnium magistros putant, & alios omnes spiritu rudes, & sapietia, ac literis vacuos existimant! In quos optimè quadrat illa irrisio patientissimi patriarchæ: Ergo vos soli estis homines, & vobiscum morietur sapientia? An non stultissimus esset, qui putaret sibi tantum solem exoriri, & suam tantum domũ illuminare? Sed non minus stulti sunt isti, qui putant, Deum omnium promissorem sibi solis, & suæ familiæ dona scientiæ ac spiritus impertiri. Dicit hi inflati illa verba Pharisæi: [Nõ sumus sicut ceteri homines:] cum tamen nihil habeat speciale præ ceteris: & quisque possit illis dicere: Secundum scientiam vestram & ego noui, nec inferior vestri sum.]

C Quartum superbiæ gradum illi occupant, qui licet sua bona maiora non estimant, tamen ob ea quæ agunt, aut quæ habent, se inaniter effert. Qui propriè elati dici possunt, quoniam bona sua considerantes, intra præcordia semetipsos eleuant, & aliis præiudici se non indigere coniectat. Cognosces eos, quia audacter loquuntur, pöpatice incedunt, habitu & gestu se honore dignos prædicat, se aliis maiores putant, quibus ceteri merito se subiciat. Sed quia scriptum est: Qui se exaltat, humiliabitur, hæpe ob suam elationem ab aliis conculcatur, & suis bonis quasi inæquali onere deprimuntur. Quod Gregorius figuratum putat in Eleazaro, qui elephantem feriens, sub ipso quem occidit, occubuit. Quos, inquit, iste significat, quæ sua victoria oppressit, nisi eos, qui vitia superant, sed sub ipsa quæ subiciunt, superbiendo succumbunt: Quasi enim sub hoste, quem prostermit, moritur, qui de culpa, quam superat, elenatur. Satis angusti cordis est, qui bona sibi data continere non valens, ea per externa elationis signa quasi per rimas effundit, & tanta arrogantia loqui, tanto fastu ambulare, & tanta procacitate se & sua laudare non erubescit.

E At quantum superbiæ gradum qui obtinet: Illi certè, qui nihil magnũ, nihil dignum laude moluntur, sed tamen eo ipso quod non peccant, instantur, & quia magnos peccatores, umbra quadã virtutis excedant. Quorum nõ est oblitus Gregorius, dũ ait: Sunt nonnulli, qui nihil quidè virtutis studet agere, sed tamen cum alios peccare conspiciunt, iustos se in eorũ cõparatione suspicantur. Neque enim corda omnium, vna vel similis culpa transigit. Hunc namque superbia illaqueat, illum forsitan ira supplantat; hunc autem auaritia cruciat, illum verò luxuria inflammat. Et plerumque contingit, ut is quem superbia deprimat, alium respiciat, qualiter ira succendat, & quia se non citius ira instigat, meliorem se iracundo iam reputat: atque apud semetipsum quasi de iustitia extollitur, quia pensare vitium negligit, quo grauius tenetur. Hi si scirent oportere bona agere, & non tantum mala cauere, nequaquam de aliorum malitia super-

Gregor. 3.
mor. c. 18.

Isa. 14. n.
13.
Ipsa. 47.

Iob 12. 2.

Luc. 18. n.
11.

Iob 13. 2.

Luc. 14.
n. 11.

Greg. 19.
mor. c. 13.
1. Machab. 6. n.
46.

Gregor. 3.
mor. c. 18.

Ambros. li.
1. de Cain
c. 7.

Ipsa. 17.
17.

Psal. 38.
n. 13.

birent, sed de sua se paupertate deicerent. Nec putarent magnum esse quod malum non faciunt, sed miserum valde esse, quod sublimi statui, in quo sunt, minimè satisfaciunt. Potius timeret, quam superbirent, dum aliena mala considerant, quomiam qui bonum debitum non agit, proximus est malum indebitum operari.

Ad sextum superbiae gradum pertinent, qui peccata sua defendunt, & correctionem subire detrectant, & quasi impeccabiles haberi volunt. Nam quoddam genus impeccabilitatis affectant, qui minimos quoque defectus à se patratos negant, & in omnibus se iustitiae regulam seruasse praesumunt. Si aliquis istorum de malo quod fecit, corrigatur, perfusa fronte dicit: Non feci. Aut (quod peius est) ait: Bene feci. Vel si de malo conuincatur, respondet: Bona intentione feci. Quid si nec intentionem excusare possit? Tunc ait exemplo aliorum, qui aliquid esse videntur, aut consilio prudentium motus feci. Sic non inuenies rationem, qua ei aliquod peccatum imputes, quod ipse non à se procaci excusatione reiiciat. Vnde declinat in verba malitiae ad excusandas excusationes in peccatis. Aliqua verò peccata ita manifesta sunt, ut nulla possit excusatione aut tergiversatione celare. Tunc quid facit superbus? Profecto, ut Bernardus sapienter aduertit, suam culpam exaggerat, & ei aliquid addit incredibile, ut dum tantum facinus audis, quod verè gestum est, dicere detere possis. Interdum salubrius iudicat honori suo, peccatum simpliciter & humiliter confiteri; sed simplicitas haec deceptorum est, & humilitas ficta, ut se emendatum fateatur, & poenam sibi irrogandam effugiat. Nec difficile est dolum palliatum agnoscere, dum iste miser oblata occasione iterum inuerecundius peccat, aut si aliqua poena multeretur, ei collum subiicere omnino detrectat.

Septimus gradus est praesumptio, quo superbus, qui se ceteris meliorem, doctiorem, & digniorem putat, maiora, & suas vires superantia praesumit. Cuius ingenium graphicè describit Bernardus, dicens: Primus in conuentibus residet, in consiliis primus respondet, non vocatus accedit, non missus se intromittit, reordinat ordinata, reficit facta. Quicquid ipse non fecerit aut ordinauerit, nec rectè factum, nec pulchrè existimat ordinatum. Sed ille, qui praesumentes de se, & de sua virtute gloriantes humiliat, huius conatus impedit, structuram deiicit, effectus illidit, ut nihil peragat, nihil ad umbilicum vsque perducatur. Hinc videmus non nunquam; quia partiuunt montes, & nascitur ridiculus mus, quoniam videlicet superbus dum magna supra vires sibi datas aggreditur, & in eis summis laboribus occupatur, sine fructu se cruciat; nam quod perficit, tamen vile est, ut illud, vel modestus irrideat. Ad hoc etiam genus praesumptionis pertinet, si quis suum talentum moderatum, aut modicum esse cognoscens, illud abscondat, & eo ipso, quod non summum est, cum eo negotiari & aliquid lucrari erubescat. Non concionatur, verbi gratia, quia aliis eloquentioribus se in munere concionandi aequare non potest, nec simile cum illis populi plausum adipisci. Non docet, quia prima cathedra, & supremus locus inter magistros non sibi cõceditur. Non vult gubernare, quia suprema praefectura sibi negatur, nec cura potioris cõnobij, aut collegij sibi committitur. O superbia mater omnium malorum, in his quantam ociositatem inferis, quantam tristitiam exaggeras, quantam inuidiam, quam amarum spiritum detractionis, & quam terribiles dolores cordis infundis! I superbe, ne comedas, quia regia fercula manducare non vales; ne vestem accipias, sed nudus incedito, quia te serico, auro, & gemmis operire non potes. Quod si hoc consilium stultum existimas (sicut te vera est) cur te sapientem praedicas, qui ea-

dem opere praestas? nam mediocria merita, & moderatos virtutis labores refugis, quia ad supremos (Domino ita disponente) aditus tibi interclusus est.

In octauo gradu superbiae homo de rectè factis se iactat, & dum sibi deesse iustos laudatores existimat, personam assentatoris assumens, se ipsum immoderatè collaudat. Scientiam acquisitam sine vlla causa utilitatis ostentat, virtutem, quam non habet, aut verbis, aut signis praedicat; de rebus spiritualibus, ac de intimis cõtemplationis arcanis quasi expertus disputat; & breuiter in omnibus vult exaltari, & magnus atque excellens apparere. Aliquos certè noui hoc superbiae telo vulneratos, qui magna sui opinione, quam apud alios seminarunt, se pascunt, & ea quasi baculo, & sustinaculo se ad labores perferendos, & ad quietè in congregatione viuendū fulciunt. Quae si aliquid casu deficiat, (& saepe deficit, quia fictio, & hypocrisis difficulter perpetua esse potest) mirum quam inquieti, quam desidiōsi reddantur, quam pertinaciter loci, aut status mutationem affectent, & quantam iram ac tristitiam concipiant.

Nonus denique superbiae gradus ambitio est, quam Bernardus diaboli adorationè appellat. Videmus, inquit, quod ambitionis via adoratio diaboli est, quia videlicet ad honores, & gloria mundi perueniendum suis ille adoratoribus pollicetur? Est autem ambitio immoderatus honoris appetitus, quo quis vel honorè suae excellentiae non debitum, vel non propter Deum, vel ardentius quam debet, vel sine subiectione ad diuinam prouidentiam concupiscit. Ille appetit honorem sibi non debitum, qui cum modicus sit, aut scientia, aut gubernandi pericia, aut sanctitate honorem sapientissimorum, & locum magnorum, ac opinionem, & reuerentiam perfectiorum appetit. Ille non vult honorem propter Deum, qui illum ob suam vanitatem querit, & non ob veram utilitatem propriam, aut aliorum (est autem vera utilitas, quae ad virtutis augmentum refertur) aut ille quoque, qui cum diuinorum praceptorum iactura honorem inquiri. Ille immoderatè honorem ambit, qui honorum aut dignitatum cogitatione irretitur, desiderio distrahitur, absentia tristatur, & praesentia atque aduentu praeter ordinem gaudet. Ille sine subiectione ad diuinam prouidentiam honorè cupit, qui non vocatus ad honores, se ingerit, repulsius irrumpt, & precibus, adulationibus, donis, negotiationibus, & fauoribus ad apicem alicuius honoris venire contendit. Nam si Paulus dixit: Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron: id transgredi nihil reputat, dummodo se aut iure, aut iniuria supra verticem aliorum constituat. Non quiescit in his malis pessima superbia, sed, ut Bernardus ait, incipit in contemptu fratrum, procedit ad contemptum praetorum, & desinit in contemptu Dei. Nec potest humana malitia ultra progredi, nisi ut supra omne creatum se efferat, & Deum superbiendo contemnat.

De remedijs ad pellendam superbiā.

CAPVT XVIII.

MNES quidē homines debent magnis conatibus superbiā vitare, si nolunt in barathrum vniuersorum malorum decidere. Hęc enim immanis bestia corda stultorum exaltat, ut miserabili ruina deiiciat. At nos, qui religiosam vitam, & humilitatis statum professi sumus, multo maiori curam nitamur à pestilentissimi vitij nos nexibus expedire, quod si nostri dominetur, statum ipsum sanctissimum, quem tenemus, & cum eo arham à Domino datam salutis eripiet. Non veniat mihi pes superbiae, inquit sanctus Dauid, & manus peccatoris non

Psalm. 140.
4.

Bern. de gradibus humilit. grad. 9.

Bern. supra grad. 7.

Bern. ser. 6. in Psalm. Qui habitat.

Heb. 5. 4.

Bern. de grad. hu. grad. 10.

Psalm. 57.
11. 13.

moueat me. Ibi ceciderunt, qui operantur iniquitatem, expulsi sunt, nec poterunt stare. Idem & nos postulemus. Non dominetur nobis, o pater benignissime, affectus superbiae, & nequaquam nos diaboli potestas a loco, ac domicilio sanctae humilitatis abducat. In superbia namque, aut per superbiam omnes iniqui ceciderunt, & a sede iustitiae, in qua superbiae adherentes stare non poterunt, in pessima flagitia declinarunt. Ad id autem, quod hac oratione postulamus, id est, ad victoriam superbiae, haec, quae subiungimus documenta iuuabunt.

I. Considera mala a superbia procreata, quae vnico verbo referenda sunt, quoniam non haec, aut illa, sed in vniuersum omnia sunt. Contritionem, inquit Salomon, praecedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus. Quamnam contritionem, & quam ruinam superbia praecedit? Certè omnem ruinam. Nunquam enim in peccatum cadimus, nisi aduersus Deum per superbiam erigamur. Superbia Deo ipsi aduersatur, proximis intolerabilis, & ipsi superbo supra modum nocua reperitur. Aduersatur certè Domino, cui superbus gratias agere renuit, tanquam suorum bonorum auctori. Vnde de quodam rege scriptum est: Non iuxta beneficia, quae acceperat, retribuit, quia eleuatum est cor eius: & facta est contra eum ira, & contra Iudam & Ierusalem. Et quia Dominus aduersantibus sibi aduersatur, ideo aduersatur superbis: Nam Deus superbis resistit. Abominatur eos: Quia abominatio Domini est omnis arrogans. Immo & superbos protegit, atque conculcat, quare canit Dauid: [In mari via tua, & semitae tuae in aquis multis.] Quod ita interpretatur Bernardus: Conculcas corda tumentia superborum, & fluxa desideria carnalium comprimis, iustificans impios, & superbos humilians. Quam verò proximis sit intoleranda superbia inde perspicitur, quod homines eos despiciunt, & abominantur, quos vident suae excellentiae praeripere, & sua bona pellundare, & aspernari. Tales autè sunt omnes superbi, quos Lucas quadam circuitione id denotate describit. Dixit, inquit, ad quosdam, qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur ceteros, parabolam & cetera. Non mirum ergo si superbi a proximis non tolerantur. Profectò sanctus Danid homo satis mitis, & secudum cor Dei, eos sustinere non potuit: Non habitabit, inquit, in medio domus meae, qui facit superbiam; qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum. Si verò mites, & humiles qui despici cupiunt, superbos non sustinent, alij superbi nullatenus tolerabunt, qui in animum nequaquam inducunt excellentiae habere confortè. At ipsi superbo nimis est noxia superbia, quae illum donis diuinis euacuat. Eleemosynam enim non diuitibus, sed pauperibus erogamus; at superbi se diuites putant, se omnibus abundantiores proficentur; merito ergo stipe magni patrisfamilias, id est bonis caelestibus, vacuantur. Quis superbiam non fugiat, quam pessimum malum, & plane diabolicum videt (nam superbia fuit peccatum Luciferi) quod omnium malorum originem esse non dubitet?

II. Nosce te ipsum, & omnium rerum, quibus affluis vilitatem, & sic elationem & superbiam comprimes. Huic considerationi saluberrimè ianuam aperit Chrysostomus in hunc modum: Cogita gehennam: cogita multo meliores te: cogita quod Deo penas debeas. Sed non potes ista facere, es imbecillior: cogita presentia, ipsam humanam naturam, quam nihil sit homo. Cum videris in foro mortuum offerri, orphanos sequentes filios, vxorè viduam plangentem, presentium rerum vilitatè cogita, & quod ab vmbra somnifque nihil differat. Sed non vis hoc cogita praediuites in

Prov. 16. 18.

2. Paral. 36. 25.

Jacob. 4. 6. Prov. 16. 5. Esal. 76. n. 20. Bern. ser. 6. in Cant.

Luca 18. n. 9.

Psal. 100. 7.

I. I.

Chrysost. hom. 43. ad Rom. tit. 5.

A bellis temerè pereuntes: magnatum, & illustrium domos considera nunc solo prostratas. Considera quantum poterit, & nunc nec corum quidem memoria remanet. Per singulos enim dies, si velis, horum exempla reperies. magistra tuum successiones, praescriptiones diuitum. Cogita cum dormis, quo sis dignus: nonne vel minima bestia te potest interimere? Multis enim a te ceto frequenter illata brevis bestiola vel oculi eruit, vel alicuius alterius periculi causam attulit. Haec tenus Chrysostomus. Haec igitur vtilis humane vilitatis meditatio saepissime repetenda est, vt superbiae turrim deiciamus. Cogita enim quid fueris, quia nihil fuisti, quia ex foetida materia coagulatus, & dic putredini: Pater meus es; mater mea, & soror mea, vermibus.] Cogita quid sis, [quia pulvis es.] Cogita quid futurus sis, quia [in puluerem reuerteris.] Cogita corporis imbecillitatem, carnis putredinem, vitae breuitatem, animae ignorantiam, cordis ad malum pronitatem, & obstupescas quod vilitas tanta superbiat, excellentiam quaerit, & non se infra omnium pedes constituat.

B Luciferi, & superbientium Angelorum ruinam pertimesce, quos vniuersi superbi certissime in deiectione sequuntur: & Christi, Dei, & hominis, regis & pontificis tui humilitatem meditare, quae te ad sui exemplum, & ad omnem modestiam, ac humilitatem inuitent. Huius capitis nostri humilitatè eximiam, Luciferi Apostatae superbiae oppositam, Ioannes Cassianus solertissime ex diuinis Scripturis elicit, cuius sententiam licet longiore exscribimus, vt eam attentè meditates ad superbiae odiu moueamur. Ideo, inquit, vniuersitatis creator, & medicus Deus, causam principiumque motorum superbiae esse cognoscens, contrariis sanare contraria procurauit, vt ea scilicet, quae per superbia corruerant, per humilitatem resurgerent. Ille namque dicit: In caelum conscendam. Hic dicit: Humiliata est in terra anima mea. Ille dicit: Et ero similis Altissimo. Hic cum esset in forma Dei, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, humiliatusque se factus obediens vsque ad mortem. Ille dicit: Super astra Dei exaltabo solum meum. Ille dicit: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Ille dicit: Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Ille dicit: Si dixerò quia non noui eum, ero similis vobis mendax, sed noui eum, & mandata eius seruo. Ille dicit: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Ille dicit: Non possum ego à me ipso facere quicquam, sed Pater meus in me manens ipse facit opera. Ille dicit: Mea sunt omnia regna mundi, & gloria eorum, & cui voluero do ea. Ille, cum diues esset pauper effectus est, vt eius inopia nos diuites redderemur. Ille dicit: Sicut colligitur ova, quae derelicta sunt, sic vniuersam terram congregaui ego, & non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Ille dicit: Similis factus sum Pelicano solitario, vigilanti, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ille dicit: Exsiccaui vestigio pedum meorum omnes riuos aggerum. Hic dicit: Nunquid non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum? Si principalis ruinae causam, & salutis nostrae fundamenta perspeximus, à quo, & qualiter, vel ista iacta sunt, vel illa emerferint, quemadmodum deuitate tam atrocè mortè superbiae debeamus, vel illius ruina, vel huius doctamur exemplo. Haec omnia Cassianus. Vide itaque quanta sit illius principis superbiae superbia, & huius Regis humilitatis humilitas, quanta illius poena, & huius premiū, quod corpori suo nobisq; promeruit, quanta illius ignominia, & huius gloria, & non dubito quin velis potius cum hoc Domino, & Principe tuo ad dignitatem humiliari, quam cum illo hoste teterrimo ad aeternum supplicium per elationem offerri.

C In caelum conscendam. Hic dicit: Humiliata est in terra anima mea. Ille dicit: Et ero similis Altissimo. Hic cum esset in forma Dei, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, humiliatusque se factus obediens vsque ad mortem. Ille dicit: Super astra Dei exaltabo solum meum. Ille dicit: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Ille dicit: Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Ille dicit: Si dixerò quia non noui eum, ero similis vobis mendax, sed noui eum, & mandata eius seruo. Ille dicit: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Ille dicit: Non possum ego à me ipso facere quicquam, sed Pater meus in me manens ipse facit opera. Ille dicit: Mea sunt omnia regna mundi, & gloria eorum, & cui voluero do ea. Ille, cum diues esset pauper effectus est, vt eius inopia nos diuites redderemur. Ille dicit: Sicut colligitur ova, quae derelicta sunt, sic vniuersam terram congregaui ego, & non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Ille dicit: Similis factus sum Pelicano solitario, vigilanti, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ille dicit: Exsiccaui vestigio pedum meorum omnes riuos aggerum. Hic dicit: Nunquid non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum? Si principalis ruinae causam, & salutis nostrae fundamenta perspeximus, à quo, & qualiter, vel ista iacta sunt, vel illa emerferint, quemadmodum deuitate tam atrocè mortè superbiae debeamus, vel illius ruina, vel huius doctamur exemplo. Haec omnia Cassianus. Vide itaque quanta sit illius principis superbiae superbia, & huius Regis humilitatis humilitas, quanta illius poena, & huius premiū, quod corpori suo nobisq; promeruit, quanta illius ignominia, & huius gloria, & non dubito quin velis potius cum hoc Domino, & Principe tuo ad dignitatem humiliari, quam cum illo hoste teterrimo ad aeternum supplicium per elationem offerri.

D Mea sunt omnia regna mundi, & gloria eorum, & cui voluero do ea. Ille, cum diues esset pauper effectus est, vt eius inopia nos diuites redderemur. Ille dicit: Sicut colligitur ova, quae derelicta sunt, sic vniuersam terram congregaui ego, & non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Ille dicit: Similis factus sum Pelicano solitario, vigilanti, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ille dicit: Exsiccaui vestigio pedum meorum omnes riuos aggerum. Hic dicit: Nunquid non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum? Si principalis ruinae causam, & salutis nostrae fundamenta perspeximus, à quo, & qualiter, vel ista iacta sunt, vel illa emerferint, quemadmodum deuitate tam atrocè mortè superbiae debeamus, vel illius ruina, vel huius doctamur exemplo. Haec omnia Cassianus. Vide itaque quanta sit illius principis superbiae superbia, & huius Regis humilitatis humilitas, quanta illius poena, & huius premiū, quod corpori suo nobisq; promeruit, quanta illius ignominia, & huius gloria, & non dubito quin velis potius cum hoc Domino, & Principe tuo ad dignitatem humiliari, quam cum illo hoste teterrimo ad aeternum supplicium per elationem offerri.

E Luciferi, & superbientium Angelorum ruinam pertimesce, quos vniuersi superbi certissime in deiectione sequuntur: & Christi, Dei, & hominis, regis & pontificis tui humilitatem meditare, quae te ad sui exemplum, & ad omnem modestiam, ac humilitatem inuitent. Huius capitis nostri humilitatè eximiam, Luciferi Apostatae superbiae oppositam, Ioannes Cassianus solertissime ex diuinis Scripturis elicit, cuius sententiam licet longiore exscribimus, vt eam attentè meditates ad superbiae odiu moueamur. Ideo, inquit, vniuersitatis creator, & medicus Deus, causam principiumque motorum superbiae esse cognoscens, contrariis sanare contraria procurauit, vt ea scilicet, quae per superbia corruerant, per humilitatem resurgerent. Ille namque dicit: In caelum conscendam. Hic dicit: Humiliata est in terra anima mea. Ille dicit: Et ero similis Altissimo. Hic cum esset in forma Dei, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, humiliatusque se factus obediens vsque ad mortem. Ille dicit: Super astra Dei exaltabo solum meum. Ille dicit: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Ille dicit: Nescio Dominum, & Israel non dimittam. Ille dicit: Si dixerò quia non noui eum, ero similis vobis mendax, sed noui eum, & mandata eius seruo. Ille dicit: Mea sunt flumina, & ego feci ea. Ille dicit: Non possum ego à me ipso facere quicquam, sed Pater meus in me manens ipse facit opera. Ille dicit: Mea sunt omnia regna mundi, & gloria eorum, & cui voluero do ea. Ille, cum diues esset pauper effectus est, vt eius inopia nos diuites redderemur. Ille dicit: Sicut colligitur ova, quae derelicta sunt, sic vniuersam terram congregaui ego, & non fuit, qui moueret pennam, & aperiret os, & ganniret. Ille dicit: Similis factus sum Pelicano solitario, vigilanti, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Ille dicit: Exsiccaui vestigio pedum meorum omnes riuos aggerum. Hic dicit: Nunquid non possum rogare Patrem meum, & exhibebit mihi modò plusquam duodecim legiones Angelorum? Si principalis ruinae causam, & salutis nostrae fundamenta perspeximus, à quo, & qualiter, vel ista iacta sunt, vel illa emerferint, quemadmodum deuitate tam atrocè mortè superbiae debeamus, vel illius ruina, vel huius doctamur exemplo. Haec omnia Cassianus. Vide itaque quanta sit illius principis superbiae superbia, & huius Regis humilitatis humilitas, quanta illius poena, & huius premiū, quod corpori suo nobisq; promeruit, quanta illius ignominia, & huius gloria, & non dubito quin velis potius cum hoc Domino, & Principe tuo ad dignitatem humiliari, quam cum illo hoste teterrimo ad aeternum supplicium per elationem offerri.

Iob 17. 14. Gen. 3. 19.

III.

Cassi. lib. 12. c. 8.

Isaia 14. 13. Psal. 43. 25. Isaia 14. 14. Phil. 2. 7. Isaia 14. 13. Matt. 11. 29. Exodi 6. 2. Ican. 8. 55. Ezech. 23. Ican. 5. n. 30. Lnc. 4. n. 6. 1. Cor. 8. n. 9. Ican. 10. n. 14. Psal. 101. 7. Isaia 37. 25. Matt. 26. 53.

IV.

Si vis superbiam vincere, occasiones omnes superbie deuita. Amorem dignitatum depone, desiderium lassidationum desere, obliuioni te trade, & nec cognosca praesertim à magnatibus, nec nominari concupisce. Libenter admittit humiles socios, humilia ministeria, pauperem cibum, detritam vestem, incommodam habitationem, & quicquid tuo despectui proficit, tuae humiliationi, ac vili pensioni subferuit. Frustra inter pulchras feminas castitas quaeritur, & inter occasiones superbie, eius victoria, & humilitatis affectio conquiritur.

V.

Postremo decem illa remedia aduersus spiritum superbie ad manum habenda sunt, duobus locis à Bernardo sapienter exposita: quorum quinque homo gratia Dei fultus velut quinque lapidibus, quibus Dauid contra Goliath vsus est contra superbiam pugnat: quinque verò Dominus, superbie spiritum in nobis expugnat. De illis doctor beatissimus hæc ait: Arbitror non in eògruè quinque lapidibus istis quinque petritum verbum intelligi comminationis, promissionis, dilectionis, imitationis, & orationis. Iam verò collectos istos lapides contra superbie spiritum dimicaturus Dauid in vase memoriae suae reponat, considerans quanta nobis comminetur Deus, quanta promittat, quantam nobis exhibeat charitatem, & quam multa nobis sanctitatis exempla proponat: quemadmodum denique orationum nobis vbique commendat instantiam. Quoties ergo vanitatis cogitatio mentem pulsar, si intimo cordis affectu diuinas expauescere ceperis comminationes, seu promissiones eius desiderare, non sustinet Goliath vtriuslibet lapidis iactum, sed reprimitur illico tumor omnium. Quòd si venerit in mentem dilectio illa tam ineffabilis, quam tibi Deus maiestatis exhibuit, an non illico inardescens ad charitatem, prorsus abominari incipis, & abicere vanitatem? Sic & exempla Sanctorum si diligenti tibi consideratione proponas, erit sine dubio ad reprimendam elationem cogitatio ista perutilis. Iam verò si insurgente subito elatione, nihil ex his, quæ diximus, apprehendere quiverit manus tua, toto seruore ad eam conuerrere, quæ sola restat, orationem, & continuo, quem eleuatum videras, & exaltatum sicut cedros Libani, subuersus impietiam non erit. Hæc quodam loco multis omisissis. Alio verò loco de quinque aliis remediis, quæ Dominus ad cor nostrum applicat, sic ait: Sunt autem quinque, quæ ad remedium tam mortiferae pestis, à Domino rationali animæ sunt posita: locus, corpus, tentatio diaboli, prædicatio Christi, & eius conuersatio. Locus, quia exilium: corpus, quia onerosum: tentatio, quia inquietat: Christi prædicatio, quia edificat: & eius conuersatio, quia informat. His quasi quinque sensibus Deus humilitatem operatur in anima. His igitur tanquam sensibus vtamur, & superbiam deiciemus. Meditemur, inquam, & sentiamus, quoniam exules sumus, & à consortio ciuium celestium alieni: quoniam velut mancipia vilissima onus putridæ carnis circumferimus: quoniam captiuorum more exactorem semper instantem, & à nobis illicita postulantem sentimus. Consideremus etiam Saluatoris nostri prædicationem, omnem superbiam, factum, & arrogantiam damnantem, eiusque conuersationem, illustrissimis & creberrimis humilitatis exemplis tumoris odium deposcentem, & ita ambitio cadet, præsumptio corruet, & immoderatus excellentiæ appetitus abscedet.

1. Reg.
17 40.Bern. ser.
de Dauid,
& Golia.Ser. 3. ex
partis.

A

De fine belli aduersus vitia, ac de victoria signis.

CAPVT XIX.

B

INIS cuiusque belli pax est, nec quicquam bellum vt bellum, id est vt bonum, aggreditur, nisi vt tandem post belli discrimina amabili pace potiatur. Pacis intentione, inquit Augustinus, geruntur & bella, ac his etiam qui virtutem bellicam student exercere imperando atque pugnando. Vnde pacem constat belli esse optabilem finem. Omnis enim homo etiam belligerando pacem requirit, nemo autem bellum pacificando. Si autem pugna aduersus vitia bellum est; constat illam obtentu pacis esse quaerendam; neque ideo pugnamus cum vitiis, vt pugnemus, sed vt pugna atque discordia aliquando pacem habeamus. Tribus autem modis solet lux pacis post belli tenebras exoriri. Primo quidem, quia hostes mutata voluntate inimicitias simulatæque depouunt, & in mutua pace consentiunt: Secundo, quia altera belligerantium pars subiicitur imperio victorum, & ab annis & contentione cessare compellitur: Tertio, quia victoribus in nullo parentibus populus victus, non sine magna ostensione feueritatis extinguitur. Amicitiam cum vitiis inire non licet; nam de gentibus, quibus illa significata esse didicimus, dictum est à Domino: Non inibis cum eis fœdus, nec cum diis eorum. Non habitent in terra tua, ne forte peccare te faciant in me.] Et rursus: Ne in eas pactum cum hominibus illarum regionum: ne cum fornicatis fuerint cum diis suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam vt comedas de immolatis.] Omnes affectus vitiosi, hostes sunt Dei; quomodo summi regis ferui ac milites, eos in amicitiam vocabimus, & repulsis à Deo, amore iungemur? Nunquam non illi malum nostrum tractant, & in excidium necemque conspirant, quomodo illos pacatos habebimus? Nunquam illi nobiscum in bona voluntate consentient; ergo si cum eis amicitiam inimus, restat vt in ipsorum voluntate pessima consentiamus. Quare amicitia hæc & falsa, atque noxia amicitia erit, & minimè pacem operatam efficiet; necesse est enim vitiis implicitum, à Deo, ab Angelis, à iustis hominibus dissidere, immò secum ipso discordare. At vitia in nostram ditionem subiiciemus? Id quidem cum passionibus, & affectibus nostris à natura datis optimè fieri potest, vt postea dicemus, quos nitetur mortificatione componere, at cum vitiis & prauis habitibus fieri omnino non potest. Duri namque, & ferrei sunt valde, & nullo pacto patiuntur subici, sed omnibus modis volunt dominari. Quibus verissimè conuenit quod præter ius de Israëlitis dictum est: Gens illa à diebus antiquis aduersum reges rebellet, & seditiones & prælia concitantur in ea.] An tu regulum in sinu reconditum subiicies, ne te mordeat? An immanem leonem tecum in tuo lectulo positum placabis, ne te morsibus & vngulis feriat? An morbum te conficientem, sine eius curatione ita vincies, vt non pulchritudinis florem depascat, & carnes exedat? Sed multo difficilius est & impossibilius, vitiosum affectum subiicere, & integrum vt seruiat, custodire. Philisthai quidem ab Israëlitis bello petiti, his verbis se ad prælium roborabant: Confortamini, & estote viri, Philisthim, ne seruiatis Hebraeis, sicut & illi seruerunt vobis: confortamini, & bellate.] Hoc decretum etiam vitiorum est, quod apud illos non licet immutari. Nun-

Aug. lib.
19. de ci-
uit. c. 12.
com. 7.

C

quam

Exod. 29.
32. 33.
Exod. 34.
15.

D

quam

Infrà
lib. 7.

E

quam

1. Esdra
4. 19.1. Reg. 4.
9.

quam

quam enim in animum inducent feruire nobis, qui illis in vita carnali feruimus, sed si apud nos manent, dominorum more volunt nos ad sua obsequia pertrahere.

Vna ergo superest via assequenda pacis, si hostes istos infestissimos penitus extinguamus. In hoc itaque omnis pugna, & omne bellum aduersus vitia dirigendum est, ut omne vitium destruat, & ut omnis gula, omnis luxuria, omnis auaritia, omnis ira, omnis inuidia, omnis accidia, omnis inanis gloria, & omnis superbia funditus pereat. Nec solum hæc, sed reliqua minora vitia, quæ ex his, tanquam ex fonte procedunt, euulsa, excissa, & dissipata nos deserant. Hanc vniuersorum extinctionem vitiorum oratio postulet, hanc inuocatio Sanctorum efflagitet; hanc omne opus, & omnis nostra exercitatio quaerat; hanc omnes gemitus & desideria suspirent. Dirumpamus vincula eorum, (quæ sunt delicta à vitiiis progenita) & proiciamus à nobis inquam ipsorum, quod est pœnæ reatus à delictis ac peccatis enatus. Nec solum id, sed & ipsamet vitia persequamur, vsque ad intertrecionem, ita ut iam nos non inquietent, neque in pristinas miseras inducant. Quod in Numeris à Domino inuenimus fuisse præceptum, dum ait: Quando transieritis Iordanem intrantes terram Chanaan, disperdit omnes habitatores terræ illius: constringite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate. Sin autem nolueritis interficere habitatores terræ, qui remanserunt, erunt vobis quasi clavi in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ. Optimè sanè Laurentius Iustinianus hanc esse viam obrinenda pacis, hac, quam subiungam, oratione docet: Terreni reges & gentium principes, dum vrbium suarum possessores pacifici fieri appetunt, hac prudentia, & humilissimi ingenij calliditate vniuntur, ut videlicet de ciuitatibus amoueant, & conuenient quotquot sui principatus suspectos habent, ac suæ dominationi aduersarios effici posse formidant; quatenus ablatis seditionis fautoribus tutè, & absque metu valeant dominari. Consecuit quoque doctus agricola vomere radicibus fentes ex agro diuellere, ne fortè si reuiuiscerent, & denuo germinarent, seminata segetis immaturum præfocarent fructum. Sic quilibet Christi seruus, sic quisquis animi sui inordinatis motibus pacificè principari desiderat, & spiritualem fructum Deo amabilem ex agro exterioris interiorisque hominis proferte cupit, agere non desistat. Studeat namque solerter abdicare à se omnem cordis sui fictam & inordinatam intentionem & affectionem, atque suppressere perniciosum & inordinatum vsum membrorum corporalium, ut segregata & sopita per virtutis habitum, & continentia magistrum, vtriusque hominis carnali & vitiosa consuetudine, Deo pacificè, & suauiter vacare queat dominatrix anima, atque per laudabilia spiritualis exercitacionis opera fructum ex se valeat vberem producere iustitiæ. Extinctis ergo vitiiis statim vera pax (qualem hæc misera vita secum admittit) ut pugnae finis optatus nobis adueniet, adeo ut possimus secundum consuetudinem eorum, qui pace fruuntur, de promouendis bonis cogitare, quæ virtutes sunt, & curam nostram non iam in euellendis sentibus vitiorum, sed in virtutibus plantandis, & promouendis, & perficiendis, imponere. Huiusmodi autem pacem victoria de vniuersis vitiiis reportata præcedit. Victoria enim, qua vitia pugnando superamus, illa ipsa non solum vincit atque prostermit, sed etiam in cordibus nostris, vbi morabantur, extinguit. Quia verò hæc victoria inuisibilis est, quam non de carne & sanguini-

ne, sed de inuisibilibus hostibus ferimus, non est facile illam aduertere, & nos victores pronuntiare. Quare nonnulla indicia designanda sunt partæ victoriae, & agminis vitiorum prostrati, quæ nos in Domino confidentes consolentur, & ad agendas immensas Domino gratias, pro data nobis victoria, permoueant. Et ista quidem breuissimè prælibabimus, & ordine vitiorum seruato, quem hic vsque tenuimus, in hoc postremo istius tractationis capitulo referemus.

Indicia victæ gulæ sunt. 1. Si vinci à gula, vel extra metas necessitatis rapi metuas: ut Augustinus timebat, cuius sententia est: Non ego immunditiam obsonij timeo, sed immunditiam cupiditatis. Cibis enim bonus est, sed à voluptate superari malum est. 2. Si pugnare aduersus gulæ vitium statuas, & quemadmodum medicamenta, ut idem Augustinus ait, sic alimenta sumpturus accedas. 3. Si voluptatem inter edendum insurgentem aduertas, & orans Dominum illis verbis Ecclesiastici: Aufer à me ventris concupiscentias, illi, quatenus non necessaria petit, contradicas. 4. Si clamorem exactoris, id est, ventris, ut Gregorius interpretatur, superflua postulantis, non audias, & eius voces ac querimonias, petita negando cohibeas. 5. Si iuxta Cassiani doctrinam, non sine gemitu atque molestia præter consuetam restrictionem aliquid lautius aut suauius proleniendi corporis necessitate percipias. 6. Si te sentias dono castitatis affectum, & carnis æstibus liberum. Probatio enim veræ abstinentiæ, teste Gregorio, non est in attenuacione corporis, sed in perfectione castitatis: nam bene serpens atteritur, si sic gula restringitur, ut libidinosi motus corporis omnis violentia minuatur. 7. Sim lautioribus conuiuuiis, & cum magnatibus ad mensam recumbens, scias appositas tibi delicias contemnere, & absconditè, ac prudenter omnem excessum in quantitate cibi & potus, & omnem nimiam voluptatem respue. Quod dices ex Daniele & eius sociis, qui noluerunt cibis regis pollui, & simplicia legumina, ac potum aquæ frigida præ regis alimentis, ac vinis pretiosis adamarunt.

Indicia victæ luxuriæ sunt. 1. Si stimulos carnis sine culpa patiaris, & de ipsorum importunitate doleas: dicens: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius. 2. Si huiusmodi stimulos, ac motus quotidie magis remissos ac debilitatos experiaris, ita ut caro admodum infirmi canis oblatret aliquando, non tamen accedat, & mordeat. 3. Si impuras cogitationes faciliè vincas, & respuas, aut etiam, nescio qua ratione præcognitas, ante earum accessum ipsas præuenias, atque reicias. 4. Si castitatem ut sponsam dilectissimam ames, & zeles, & nec in minimo lædi peruitas. 5. Si portas sensuum, præsertim tactus & visus custodias, & omnem aut impurum, aut minùs necessarium contactum, aut alienæ vel propriæ pulchritudinis aspectum auertas. 6. Si non tantum aliorum corpora, sed & temetipsum erubescas. 7. Si circumspicere sis, & in hac parte te infirmum & imbecillum agnoscens, quamlibet etiam minimam turpitudinis occasionem vel à longè se ostentantem diligenter aufugias.

Indicia extinctæ auaritiæ sunt. 1. Si diuitias in sæculo habitas, libenter in pauperes distribuas: adeo ut possis dicere alacriter cum Apostolis: Ecce reliqui omnia, & secutus sum te Domine. 2. Si nec obolum ad proprias necessitates subleuandas custodias, sed in benigna prælatorum cura, ac in Domini prouidentia confidas. 3. Si superflua omnino respuas, & necessaria sine anxietate concupiscas. 4. Si

Aug. 10.
conf. 3.

ibid.

Ecc. 23.
6.
Job. 39.
n. 10.
Greg. lib.
30. mor. c.
13.
Cassia. li.
5. c. 14.

Greg. li. 5.
in 1. reg.
ad c. 11.

Dan. 1. n.
8.

Rom. 7. n.
24.

Matt. 19.
n. 17.

occurrentes indigentias ac necessitates hilari, aut saltem æquanimi mente sustineas. 5. Si nec pro necessitatibus tuarum personarum, nec pro necessitatibus cœnobii ultra mensuram sollicitus. 6. Si gratis des quod gratis accepisti, & libenter absque ulla mercede in vinea Domini elaboras. 7. Si tui ordinis instituta ad pauperum pertinentia nullo prætextu labefactari sustineas.

*Psal. 76.
5.
Psal. 142.
4.*

Indicia prostrata ira sunt. 1. Si externos motus, externa verba, & externa signa indignationis cohibeas; iuxta illud: Turbatus sum, & non sum locutus. Et rursus: In me, (id est, non extra me,) turbatum est cor meum. 2. Si internos iræ motus comprimis, & eos sedos, atque prudenti homine indignos agnoscas. 3. Si mala in te verbis, aut factis admittas bonis dictis & factis sopire contendis, & in bono malum vincis. 4. Si cum irascendum est, (nam id aliquando necessarium esse diximus) motum iræ ratione præuenias, & lege Dei moderatum admittas. 5. Si motum dilectionis in illum, qui te lacessit iniuria, imminutum, ac frigescentem non sentias. 6. Si apud te ipsum, & apud alios, eum qui deliquit excuses. 7. Si pro eo, & pro reditu pacis Dominum feruenter exores, dicens: Da pacem Domine in diebus nostris.]

Psal.

Indicia extinctæ inuidiæ sunt. 1. Si de aliorum bonis & prosperitatibus non doleas. 2. Si de illis gaudeas, & verè, ac ex animo bona possidentibus fratribus gratuleris. 3. Si libenti animo fratrum bonos successus ac laudationes auscultas. 4. Si tu ipse collaudes, & spiritu dulcedinis illectus prædicas. 5. Si è contrâ aduersariorum proximorum agreferas, & ad eorum consolationem accurras. 6. Si defectus, aut quæ denigrare eorum famam possunt, ab eorum oculis qui remedium afferre non valent, prudenter abscondas. 7. Si sola æterna, & semper duratura concupiscas. Mors enim inuidiæ perfecta, secundum Gregorium, est amor æternitatis, quo quis cœlestia appetens, terrena, ut sibi inutilia contemnit.

Greg.

Indicia victæ acediæ sunt. 1. Si peccata etiam leuissima timeas, & imperfectiones exhorreas. 2. Si confucta tuarum professionis opera debitis temporibus, & cum omni perfectione facias. 3. Si te agilem & promptum ad opera supererogationis inuenias; signum enim feruoris est debitis non onerari, & maiora supra obligationem audere. 4. Si regulam, & statuta status tui diligenter obserues. 5. Si consortia tepidorum tibi non placeant, & tu ab illis, illique à te, tanquam ab osore suarum imperfectionum fugiant. 6. Si virtutem non ordinariam, sed eximiam, & heroicam suspicias, atque eam pro tua possibilitate imiteris. 7. Si te semper ut tepidum, & tuo muneri minimè satisficientem respicias, te semper reprehendas, & ad altiora & sublimiora perfectionis opera vehementer aspiras.

Indicia explosæ inanis gloriæ sunt. 1. Si defectuosus, dum ædificatio fratrum aliud non petit, constanter & animosè deregis. 2. Si bona opera, quantum possibile fuerit, ab oculis humanis abscondas. 3. Si inter laudes erubescis, & cum sensu doloris aliquid ad tuam laudem pertinens audis. 4. Si laudari non appetis, & sermonem de tua laude contextum prudenter abscondis. 5. Si in exercitiis, aut studiis vtilibus, & modicum plausum habentibus, libenter occuparis. 6. Si dum Deo places, homi-

num opiniones, & dicta pro nihilo habes. 7. Si dum alios supra modum laudari, & ab omnibus honorari conspicias, talem laudem, aut famam non appetis, imò eam ut rem vilem & abiectam irrides.

*Jacob. 2.
n. 17.*

Indicia exclusæ superbiæ sunt. 1. Si à te nihil nisi mala & peccata, habere cognoscas, & omnia bona à Deo, à quo [omne datum optimum, & omne donum perfectum] emanat, prouenire scias. 2. Si te Deo, intimo deuotionis sensu subdas, & pro reuerentia eius omni etiam te humane creaturæ subicias. 3. Si locum sublimem, munus honorificum, & dignitates huius vitæ non appetas. 4. Si te relinquere, vilipendi, & in abiectissimo loco protici patiaris. 5. Si nesciri ames, & non humilis, sed vilis haberi, & pro nihilo reputari. 6. Si absque mentis contradictione, aduersa & abiecta sufferas. 7. Si te omni honore & omni bono, imò & ipsa vitæ indignum existimes.

B

Si his iudiciis victa in te ac prostrata vitia apprehenderis, nequaquam in temetipso, ut supra dictum est, sed in Domino gloriaberis. Ipse enim est qui fecit victoriam: ipse qui hostes fugauit: ipse qui aduersarios nostros virtuti contradicentes deiecit. Ac proinde dic in corde tuo, gratiarum actionem tuo liberatori decantans: Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius: Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare, electi principes eius submersi sunt in mari rubro. Nec tamen parta semel victoria securus dormias, & à bello ac pugna cessare constituas; quia vitia aliquando mortua se simulant, cum re vera mortua non sint; aliquando verò licet mortua, nobis talia non opinantibus repente sup-

*Exod. 15.
2-4.*

C

pullulant. Credite mihi, inquit Bernardus, & putata repullulant, & effugata redeunt, & reaccenduntur extincta, & sopita denuo excitantur. Parum est ergo semel putasse, sæpe putandum est, imò, (si fieri possit) semper, quia semper quod putari oporteat, (si non dissimulas) inuenis. Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras si vitia putas emortua, & non magis suppressa. Velis, nolis, intra tuos fines habitat Iehusæus, subiugari potest, sed non exterminari. Quod postremum non dicit beatissimus pater, quasi putet vitiorum habitus contrariis virtutibus non extingui, sed quia in affectibus nostris quasi semina vitiorum iam extinctorum latent, ex quibus facile reuiuiscant. Idque vel hoc exemplo manifestè cognoscas. Licet enim vitium iræ per mansuetudinem extinguas, at manet affectus naturalis iræ, & passio irascibilis nunquam extincta, ex qua, si cautus non sis, vitium iræ & indignationis emerget. Semper ergo nobis pugnandum est, semper circumspicere incedendum, ne gaudium commutetur in luctum, & victoria nostra in aduersariorum victoriam conuertatur. Sic post primam victoriam de hostibus reportatam semper pugnantem, semper (Deo adiutore) vincemus, semper hostes nostros timidores reddemus, & longius à finibus nostris fugabimus. Ex hac autem victoria in campo vitæ præsentis obtenta, quæ nunquam omnino perfecta est, ad illam victoriam perfectam futuri sæculi venie-

*Bern. ser.
58. in
Cant.*

D

mus, qua apud Dominum in cœlis per omnem æternitatem coronabimur.

E



P A R S T E R T I A

De victoria tentationum.

QUAE de fuga peccatorum, & de extinctione vitiorum, dicta sunt, nemo est, qui ad incipientes pertinere non videat. Quibus Ecclesiasticus dicit: Fili, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia & timore, & prepara animam tuam ad tentationem. Et breuius exemplaria Graeca: Fili, si accesseris ad seruiendum Deo, para animam tuam ad tentationem. Id enim maxime viam Dei inchoantibus proficuum est, vt se sciant esse tentandos, ne, si praeter spem, belli molestias experiantur, timore perculsi retrocedant. Aduersarij autem nostri non multum se continent, sed simulac quis peccata fugere, vitia perimere, ac iustitiam sectari curat, ipso etiam conuersionis initio tentationibus & bellis impetitur. In cuius figura Pharaon Aegyptiorum rex cum vniuerso exercitu suo filios Israel terram suam deserentes insequitur: quia videlicet diabolus, adiunctis sibi mundo & carne, animas per nouam vitam a se fugientes, ad pristinam criminum seruitutem assiduis tentationibus reuocare conatur. Qui sane est Pharaone pertinacior: nam hic persequutus est filios Israel usque ad mare, diabolus vero, qui nec aquis obruitur, nec vi agritudinis, nec imbecillitate senectutis emoritur, homines vsque ad extremum halitum ac finem vita, persequitur. Quod fortassis considerauit Iob, cum dixit: [Militia, (sive tentatio, vt Septuaginta transtulerunt) est vita hominis super terram:] quia quandiu haec mortalis vita durat, & anima carne conclusa corruptibiles in suaditione continet artus, cum diabolo, cum mundo, & carne pugnare non cessat. Si peccata declinamus, si vitia conscindimus, si affectus cobibemus, si virtutes inquirimus, si mente ad Deum contemplandum ascendimus, si charitate cogente ad proximos inuandos eximus, nunquam deest aliquis Satan, aliquis aduersarius, qui bono se opponat, & pro sua possibilitate nostros conatus impediatur. Merito ergo hoc loco in ratione praeliandi tyronem instruimus, & postquam illi hostes, scilicet peccata & vitia, monstrauimus, ad bellum excitamus, & ad victoriam de hoste reportandam accendimus. Nam quid proderit, hostes scire, & remedia, id est, arma ad pugnandum agnoscere, si pugnaturis militaris disciplina desit, & mentis robur, ac virtus bellandi non subsit? Dicamus itaque quid tentatio sit, quae nos ad vincendum incitent, quae adiumenta diuinitus data ad fiduciam assequenda victoria nos prouocent, quae tentationum genera mentem undiquaque circudent, quae arma illis potenter obsistant. Exponamus inquam haec, vt mens luce necessariae cognitionis erudita, & tantis auxiliis gratia roborata, ignominiosum putet ab aduersario vinci; facile autem, ipsum deicere, & leonem draconemque calcare.

Eccles. 2. n. 1.

Exod. 14. nu. 8.

Iob 7. n. 1.

Quid tentatio sit, & an tentari sit malum.

C A P. I.

AD tentationes superandas, & gloriosas de hoste victorias assequendas, legendum animos excitaturus, vnde nisi a cantico feminae vetricis exordiar? vt quae victoriam cecinit, & eam non viribus humanis, sed diuinis attribuit, pugnaturis victoriae desiderium ingerat, & pro adpta victoria

non sibi metipsis, sed Deo victoriarum authori laudes concinere doceat? Noua, inquit, bella elegit Dominus, & potas hostium ipse subuertit: clypeus & hasta si apparuerint in quadraginta millibus Israel. Prorsus noua bella in Ecclesia sua elegit Dominus, vt qui antea aduersus hostes visibiles pro Israelitici populi defensione pugnauerat, nunc pro animarum gloria aduersus inuisibiles hostes in fidelium congregatione deceret. Noua quidem bella elegit Dominus, non solum quia nunc pro salute nostra nouos hostes aggreditur, sed quia nouo ac mirabili modo eos superat atque profernit. Milites quippe ad ge-

Iudic. 5. 8.

rendum

rendum hoc bellum eligit, nec clypeo nec hasta munitos, id est armis, (quod ad ipsos attinet, spiritualibus) vacuos, & imbecillitati subiectos, quibus tamen carnem frangit, mundum eludit, & diaboli hostis fortissimi potentiam evertit. Huius bellum per se, aut per suos adversus animas initum tentatio dicitur. Nam si tentare, ut Thomas Aquinas, Guilielmus Parisiensis, & Dionysius Richelius aiunt, est experimentum de aliquo capere, ut ipsi tentato, vel tentanti, vel alius innotescat quantus sit, diabolus bello adversus animam gesto experiri cupit, quas vires ipsa anima diuinitus datas habeat, & quam fidelitatem in Deum legemque custodiat. Si vero tentatio, ut iidem asserunt, pugna est, vel impugnatio quadam, qua quis ad malum parandum allicitur; quid aliud pugnando facit diabolus, nisi animas ad malum incitare, & ad legem Domini frangendam permouere? Eius ergo pugna adversus animas tentatio est, non solum quatenus ab ipso progreditur, sed etiam quatenus a humanis mentibus sustinetur, licet diuersimodè: nam illa potest dici tentatio illata, hæc verò tentatio suscepta. Suscepta, inquam, non quia semper illi consentiamus, sed quia licet serpentis verbis repugnemus, ictum tamen aduersarij sentimus. Vnde Gregorius ait: Quid nisi pugna contra malignos spiritus nomine tentationis exprimitur? Et quid appellatione militiæ, nisi contra hostes exercitium designatur? Tentatio itaque ipsa militia est, quia dum contra malignorum spirituum insidias vigilat, in bellorum prociuctu proculdubio exsultat. Ad hanc militiam exercendam, & ad gloriosam de hoste victoriam comparandam, tum fortes tum alacres esse nos conuenit, ut per fortitudinem aduersarios superemus, per latitiam verò ac mentis alacritatem laborem pugnae sine villo tædio suscipiamus. Neque enim sine fortitudine pugnantis animæ aduersarius vincitur; nec sine latitia perseuerandi desiderium omnino perfectum esse cognoscitur.

Ut autem ea quæ ad victoriam tentationum nos mouent, non sine aliquo ordine proponamus; illud in primis discutendum est, an tentati sit malum? Cognita enim tentationis qualitate, facile quisque percipiet quantum bonum sit, tentationi resistere, & quantum malum tentatione vinci atque percelli. Tentatio duas habet origines: alteram externam, siue extra nos positam, alteram internam, siue studio aut natura intra nosmetipsos innatam. Causa externa tentationis est diabolus, qui nos innumeris decipiendi artibus infestare curat: causa externa est mundus, id est mundani homines, qui exemplis, suasionibus, & minis ad malum prouocant; causa externa est turba creaturarum, quæ sua pulchritudine, aut suauitate ad malum impellunt. De diabolo dictum est: Quia tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret. De mundo verò: Mundus totus in maligno positus est. De cæteris autem rebus creatis scribitur: Quoniam creaturæ Dei in odium factæ sunt, & in tentationem animabus hominum, & in musculam pedibus insipientium. Causa interna tentationis est caro nostra, quo nomine sensualitas, aut appetitus tum concupiscibilis, tum irascibilis exprimitur: causa interna, sunt sensus omnes, quibus ad delectabilia inclinamur, etiam si rationi & virtuti contradicant: causa interna sunt vitia, & prauis habitibus malè viuendi licentia conquiriti, qui nos ad similes sibi actiones inclinant. De carne dicitur: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. De sensibus dicitur: Sensus & cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescen-

tia sua. De prauis autem moribus dictum est: Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuam me in lege peccati, quæ est in membris meis. Si enim verba hæc ad hominem peccatorem referantur, ut Augustinus aliquando retulit, manifestum est, legem carnis, aut legem membrorum, non solum fomitem, sed etiam vitiosas consuetudines designare, quibus peccator ad malum trahitur, & quasi captiuus seruituti iniquitatis addicitur. Si verò de viro iusto hanc sententiam interpretemur, qui condelectatur lege Dei secundum interiorem hominem, ut idem Augustinus alio loco probabilius existimat, membrorum lex fomitem quidem significat, aut non omnino vitiosum, aut saltem ad actiones vitiosas semper anhelantem, & prauis habitibus quasi superuolanti cupientem. Ecce vniuersarum tentationum causas: nullam enim tentationem inuenies, quam non ex aliquo prædictorum fontium, aut ex multis simul, originari cognoscas. Videamus igitur, an aliqua tentatio in quantum solum est impugnatio quadam nostræ virtutis, peccatum sit. Nam si peccatum est, & culpa qua Deum offendimus, miserum sanè erit tentari, si eum miserum est, Domini mandata transgredi, & diuinis oculis displicere. Si autem tentatio culpa non est, modò ei fortiter resistamus, non est cur quis se infelicem existimet ex eo solo quòd tentatur, quin potius se felicem appellet, ex eo quòd tentatione probatur, & esca verita inuitatus non vincitur.

Tentari, impugnari, & ad nequitiam etiam inauditam impelli, peccatum non est, à quacunque causa tentatio procedat, dummodo tentationis sensum nulla sequatur in resistendo væcordia, nec minimus voluntatis assensus. In hac enim tentatione, quæ à Theologis vocatur motus primo primus, quia in nobis ante omnem mentis considerationem subito & inopinanter insurgit, culpa etiam leuis esse non potest, eo ipso quòd nec voluntas villo modo assentitur, nec valet communi & ordinaria diligentia istos motus sine tentationis præuenire, & ne tangatur insurgentibus cogitationibus, euitare. Et certum est, peccatum non esse vbi nec voluntas consentit, nec negligenter se habet, & vbi quod nequiuit præuenire, non præuenit. Vnde Augustinus optime ait: Quòd si illa concupiscentialis inobedientia, quæ adhuc in membris moribundis habitat, præter nostræ voluntatis legem, quasi lege sua mouetur, quanto magis est absque culpa in corpore non consentiente, si absque culpa est in corpore dormiente? Et Gregorius, per bestias terræ, quas Dominus nobis pacificat, motiones carnis intelligens, ait: Redactæ namque intra claustra continentur, & si adhuc tentando rugiunt, vique ad mortuum tamen actionis illicitæ non excedunt. Atque alio loco: Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulsatur, sed cum hanc sibi per delectationem subiugar. Sanè si in huiusmodi impugnationibus peccatum intercederet, docuisset nos Dominus petere ne tentarem ut, & ne impugnationibus tangeremur; quòd tamen non fecit. Nam illis verbis: Et ne nos inducas in tentationem, non petimus ne tentemur, sed ne tentatione vincamur. Si enim oramus, ne permittamur tentari (ut ait Cassianus) vnde erit in nobis virtus constantiæ comprobanda, secundum illam sententiam: Omnis vir qui non est tentatus, non est probatus? Et iterum: Beatus vir, qui suffert tentationem, id est, non permittas nos aliquando tentari, sed ne permittas in tentatione positos superari. Sanctus quoque David, quasi hanc petitionem à

Domino

D. Tho. 22. q. 79. art. 1. Guil. de tentationibus, & resistens, c. 1. Dionys. de remedio tentatio. art. 1.

Greg. 8. mor. c. 3.

1. Petr. 5. n. 8. 1. Ioan. 5. 19. Sapi. 14. 11.

Sapient. 9. 15. Genes. 8. 21.

Rem. 7. 23.

Aug. lib. in loca quadam epist. ad Rom. nu. 45.

Aug. li. 1. contra duas epist. Pelagii. n. c. 10.

Aug. 1. de ciuit. c. 25.

Job 5. nu. 23.

Greg. 6. mor. c. 10.

Matth. 6. n. 13.

Cassian. col. 9. n. 22.

Incob. 1. n. 12.

Psal. 118.
8.

1. Cor. 10.
13.

Iust. li. de
discipl. &
perfec.
monast. c.
22.

Matth. 4.

1. Petr. 2.
11.

Hebr. 4.
15.

Domino nobis docendam praevidisset, ei se euidenter accommodans, postulat, dicens: Ne me derelinquas vsque ad mortem. Quod Graeca magis expresse- runt, dum sic habent: Ne me derelinquas vsque ad nimeritatem. Quasi diceret: Non peto, Domine, vt nunquam teneris: scio enim vtile mihi esse tentari, vt me ipsum tentatione cognoscam, & tua dona in me collata, tuamque solertissimam protectionem expe- riar, sed postulo, ne tentatio vires a te concessas supe- rans, aut mortem afferat, aut vulnus ac plagam infligat. Annuuit Dominus desideriis animae ita postulan- tis, & in hoc, quod tentationem viribus nostris ac- commodat, suam fidelitatem ostendit. Fidelis enim Deus est, inquit Paulus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione pro- ventum, vt possitis sustinere. Quem namque fructum ex tentatione decerpimus, & quam euadendi facul- tatem accipimus (vtrumque enim proventus signifi- cat) si in qualibet tentatione detrimentum peccati saltem leuis patimur, & vsque ad casum & vulnus tentamur? Firmissime ergo homines, inquit Lauren- tius Iustinianus, in hac veritatis sententia roboren- tur, & confidant, quod nunquam potest animae in- ferre mortem infestatio tentationis, nisi in vno se- cum consensu conueniat deliberatio voluntatis. Pa- cem quidem mentis perturbare tentationes possunt, gratiam vero Dei auferre non possunt. Impugnando labores ingerunt, & coronas immortalitatis parant. Tentatio itaque repulsa mortem non infert, sed co- ronam parat. Si mortem non infert, dum tentamur & resistimus, grauius non delinquimus: quia graue peccatum mors est. Si coronam parat, dum tenta- mur, & aduersariorum tentamenta repellimus, nec leuiter peccamus, quia leuia peccata coronam non preparant, sed preparatam impediunt.

Quod vero generaliter diximus, ad leuamen af- flictorum specialiter exponamus. Tentatio à cau- sa extrinseca, vt à diabolo, vel ab haereticis, vel à ma- lis, aut inuidis profecta, peccatum tentati non est, immò signum est habitae ab eo, qui tentatur, ac pos- sessae virtutis. Nullum quidem peccatum est, mo- dō debita resistentia non desit, quoniam si tu nullam ignominiam notam contrahis, dum iter faciens à ra- ptoribus inuaderis, volentibus te spoliare, quos ta- men animosè fugasti, grauius vulnerasti, & à te ce- leriter repulisti, quare peccati turpitudinem contra- hes, si nulla à te data occasione, à diabolo vel à suis affeclis petitus, & ad malum prouocatus, suasiones iudeis, & capiti tentationis resistis. Dominus noster Iesus Christus ab externa causa, nempe à diabolo tentatus est, & ad hoc in desertum ab Spiritu san- cto ductus, vt insultus aduersarij pateretur. Qui au- tem peccatum non fecit, id est, facere non potuit, nequaquam, tentationem sentiendo & vincendo, peccauit, sed magis robur ad vincendum, membris suis, id est, nobis, promeruit. Vnde Paulus ait: Non enim habemus Pontificem, qui nō possit com- pari infirmitatibus nostris, tentatū autem per omnia, pro similitudine absque peccato. Si ergo ille in na- tura simili natura nostra tentatus, non peccauit, quia resistit, & tentatorem irritat; quam ob causam nos peccabimus, si ab eo artem bellandi addiscentes, & gratiam mutuantes, dum tentamur, non prosterni- mur, non dimouemur, sed potius aduersarium deu- ticimus? Est autem haec tentatio signum posse vir- tutis: sicut enim rex ambitiosus & dominandi pereu- pidus, coacta militum manu, non domum alicuius pauperuli, sed opulentissimum regnum alterius reg- nis inuadit, quod armis captum sibi comparat, & ob- tentis à se regnis adiciat: ita diabolus superbiae rex

A non multum curat peccatores tentare, quos haber suae voluntati subiectos; nec multum laborat in ex- pugnandis hominibus imperfectis, quos quotidie inordinatae passionis, & inoluta vitia conculeant, sed in eos crudeliter irruit, quos videt virtutibus diuites, quorum casu caelestes thesauros opesque diripiunt. Id- que dictum memorabile Abbatis Apollo manifestè confirmat, qui cum vidisset Monachum quendam fenera, sed tepidum vna diaboli tentatione superat- um ad saeculum properare, vt carnis concupiscenciam expleret, dixit illi, vt refert Cassianus: Reuertere ad cellam, tandemque te intellige, vel ignoratum ha- ctenus à diabolo vel despectum, nec in eorum nu- mero reputatum, quibus ille quotidie confligere, & colluctari profectibus eorum, ac studiis instigatur; qui vnum eius in te directum iaculum post tantam annorum seriem, non dicam respicere, sed ne vno quidem die differre quiuisti. Quosdam ergo diabolus vt viles & ignavos despicit, quos autem assidue & importunè impetit, vt magnos & illustres metuit, & eo ipso eos homines non mediocri virtutis esse dicit. Quod & in patricissimi Iobi molestis opere ipso test- atus est, quem ideo vehementer tentauit, quia ois Domini laudatum audivit, & perfectum vitam esse cognouit. Et vt Gregorius ait: Ciuitatem, quam expugnare appetiuit, nimis munitam vidit, & idcirco exterius tot plagas inferens, quasi foris exercitum ad- mouit: animum vero vxoris in verbis male persuasio- nis accendens, quasi intus ciuium corda corripit. Aduerte quam non miserum est à diabolo tentatio- nibus vrgeri: siquidem ipse adeo acrius tentat (si per- mittatur) quo in tentato maiorem perfectionem esse coniectat. Antiochus audiuit esse ciuitatem Elimai- dem in Perside nobilissimam, & copiosam in argento & auro: & venit, & quarebat capere ciuitatem, & depraedari eam. O quantae erant ciuitates in Perside captae faciliores! at rex cupidus eas omnino contem- pit, & ad solam Elimaidem inhiauit, vt eius thesau- ros opesque diriperet. Sic profus multa sunt in Ec- clesia animae etiam iustae, & suae conscientiae curam habentes; at diabolus perfectissimas acrius aggredi- tur, vt eas diuinitis perfectionis spoliet. Habet enim fiduciam (inquit Iob) quod influat Iordanis in os eius: id est, habet fiduciam quod iustos deuoret, & in stomachum inferni traiciat. Plurimi erant Mo- nachi in illo aureo saeculo, quando in fidelibus re- centi sanguine Christi conspersis Dei charitas am- plius seruebat, at diabolus vniuersos tentans, Anto- nium tamen monachorum verticem acrius impu- gnat. Dicitque ad suos, vt refert Athanasius: Omnia arma corripite: acrius vobis impugnandus est. Sen- tiat, sentiat, debet scire quos pronocet. Plurima erant Antiochia virgines, quae corporis & mentis integri- tatem seruabant, ac vnam Iustinam sanctissimam ve- hementius adoritur, cuius conatus illa illaesa, & ab omni labe impolluta manens, signo crucis, & aliis medijs potenter eludit. Nec potuit improbus ille suam ignominiam filere, quod à virguncula supera- tur. Semel enim dixit ad Cyprianum Antiochenum prius incantatorem, postea martyrem Iustinae amore insaniemem: Vidi quoddam signum, quod valde horui, & vires illius non sustiaui. Et iterum: Si- gnum crucis ne dum figuratur quidem, videre omni- no sustinemus; sed totis viribus nos prius in fugam coniecimus, quam id perfecte figuretur. Si ergo ten- tatio à demone exorta, & sine vlla negligentia repul- sa, non solum peccatum non est, verum etiam signum non contemnenda virtutis, quare non gloriosum ducimus tentari & vincere, & ex medio ignis illaefos exire?

Cassian.
coll. 2. c.
13.

Gregor. in
progno.
64.

1. Ma-
chab. 1. 3.

Iob 40.
18.

In vita
Anto.

Meta-
phrasae
in vita.

At tentatio non à diabolo solo, sed etiam à fomite & à sensualitate procedit, bonum quidem delectabile procurante, & boni rationis, ac legis Dei nullam prorius rationem habente. Hæc quidem signum est hominis originalis peccati pœnis affecti, attamen nullum omnino est peccatum, si ei voluntas reluctetur, & motus carnis aut sensuum nolens, & inuita patiatur. Quod sanè Paulus apertissimè docuit. Quodam enim loco ait: Non quod volo bonum hoc facio; sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.] Aduerte duas in homine esse partes, alteram spirituales ad rationem pertinentem, alteram carnalem ad sensualitatem spectantem. Hæc non ut manus, aut pes rationi subicitur, qui statim ea imperante mouetur, sed ut ancilla rationi subest, cuius potest imperium detrectare. Ego igitur infelix, quia Adæ filius, & pœnis originalis culpæ subiectus, quod nolo malum hoc ago, quia caro mea, quæ pars est mei, malum meditatur, & illicitum concupiscit. Si autem contra voluntatem motum illicitum sentio, iam non ego voluntate operor illud, sed pronitas ad concupiscendum, quod est habitans in me peccatum. Quomodo ergo ad culpam mihi imputabitur, quod ego non operor, sed nolens inuitusque sustineo. Et alio loco: Nihil nunc damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu, qui non secundum carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mortis.] Qui sunt in Christo Iesu, nisi qui per fidem viam, & charitatem, & bona opera Christo capiti copulantur? Et qui sunt, qui non secundum carnem ambulant, nisi iidem ipsi? Hi non peccant, quamuis carne tententur, & ex carne aduersus motum mentis concupiscant; quia non pugnatore, ut inquit Anselmus, sed victi damnantur. Lex enim gratiæ data à Christo Iesu liberat à lege peccati & mortis, quæ peccatum consequitur. Et licet insit in membris lex illa peccati menti repugnans, sed iam reos non facit, quia per legem spiritus liberi pugnant contra illam. An tu peccas, si dolorem capitis sentias, si stomachi imbecillitate affligaris, aut cordis tristitia & afflictione pulseris? Nullo modo: quia hæc infirmitates sunt carnis, quas non voluntas intulit, sed conditio naturalis inuexit. Ita prorius si appetitus concupiscibilis voluptates petat, si irascibilis vindictam efflagitet, si cor nostrum aut superflua, aut curiosa, aut excelsa nobis non debita concupiscat, dum his moribus resistimus, non peccamus, quia hæc ex voluntate non patimur, sed ex naturæ conditione sentimus. Natura autem sola non est culpæ alicuius exordium, si voluntas illicitum motum improbet, & illum pro sua libertate auxilio gratiæ munita cohibeat. Frequenter, ait Ambrosius, irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offusio mentem occupat, ut quod studeas vitare, hoc cogites, animòque voluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autem impossibile.] Si verò impossibile est hos motus exuere, has tentationes non experiri, quomodo imputabuntur ad peccatum, quod vitare possumus & omnino declinare? Et certè nemo qui amator esset Dei, ac perfectionis cupidus aueretur spandanonum confessiones excipere, munus concionatoris obire, & alia pietatis munera exercere, in quibus sæpe motus carnis, & motus vanitatis insurgunt, si hæc delicta existimaret. At sancti, & perfecti hæc munera passim pro Dei gloria obtinent, quia putant se resistentia, & compressione horum affectuum labe peccatorum immunes.

Demus tamen tentationem non solùm à fomite,

sed etiam à prauis moribus, quod sæpissimè accidit, & à malis habitibus exoriri, quos in veteri conuersione contraximus, an hæc imputabitur ad peccatum? Profectò si verè conuersi sumus ad Dominum, & vitia ac distortos habitus contraxisse nos pœnitet, & tentationi ab ipsis mananti repugnamus, non magis delinquimus, quàm si inuiti, dæmones blasphemias in Deum iactantes audiremus. Vitia enim (eo ipso quòd ea contraxisse & fouisse dolemus) inuoluntaria sunt, & in sensibus, & affectibus nostris eum morbi in corpore manè: vnde sicut sensus morbi, quem inuiti sustinemus, mentem non inficit, ita nec sensus vitij nos polluit, si ei denegemus omnino consensum. Et hæc maxime locum habet Pauli sententia: Quòd [diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum.] Quoniam hi motus à vitiis pristinis emanantes, & à nobis diligenter repulsi, meritum afferunt, non sibi delicti alicuius lucrum extorquent. Hostes quidem intra nos sunt, id est, prauis moribus, quos sæculo seruientes, admisisimus, in qua admisione sine dubio peccatum, & non vnum, sed multiplex intercessit. At iam illis dedisse hospitium retractamus, & eos intra septa cordis nostri habere dolemus, & pro eorum expulsionone non segniter laboramus, & laborantes ingemiscimus. Si interim dum non expelluntur, ipsi clamant, si pristinas voluptates ostentant, si trahere ad malum nituntur, quid officium mundiciæ nostræ, si validè repugnamus, & primæ ipsorum suggestioni resistimus? Hi ergo motus à vitiis progredientes, signa sunt mentis necdum perfectæ, quæ aliquando mundo seruiuit, nec omnino se à sæculi vitiis emundauit, non tamen peccata sunt, nec iam aliquo modo voluntaria, si eis ipsa mens solerter resistat. Si autem tentationes intra genus tantum tentationis, & impugnationis manentes peccata non sunt, non est cur tentationibus nomine terreamur, sed potius animæ quiores effecti aduersus afflictionem omnibus notam remedia quaramus, & ad nostra merita cumulanda, ei diligenter reluctemur.

Tentationes appeti posse, & qua ratione ex illis fructum decerpimus.

CAPVT II.



I tentationes peccata nostra non sunt, ut offensum est, constat eas quemque posse ob honestum aliquem ac bonum finem appetere. Omne enim quod malum culpæ non est, possumus concupiscere, licet illud sit maxime amarum & nobis aduersum, quatenus ad salutem animæ nostræ, ac virtutis profectum aliquo modo conducit. Tentatio igitur quatenus tendit in malum culpæ, & in nocuummentum eius, qui tentationem patitur, ut inquit Dionysius Richelius, non est appetibilis, cum nemo (teste Philosopho) respiciens ad malum operetur: ac ut tentatus potest tentatione vti in bonum, & eius laborem ad augmentum virtutis accipere, appetibilis est. Nam si, ut ait Paulus: Non coronabitur, nisi qui legitime certauerit,] coronam appetens, certamen etiam instrumentum adipiscendæ coronæ potest concupiscere, ut vincat, ut triumphet, & ut aliquando tandem coronam accipiat. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.] An non vasa figuli bene temperata possent, si cognitionis & desiderij

essent

Rom. 7.
19.

Rom. 8.1

Ansel. lib.

Amb. lib.
de fuga
sæculi c.
1.

Rom 8.
28.

Diony. li.
de remed.
tentat. ar.
7.

2. Timot.
2. n. 5.

Ecol. 27.
6.

essent capacia, ignem fornacis appetere, quo apta fierent humanis vitiis deseruire: Ita proflus iusti diuina gratia suffulti, & virtute bene dispositi, possunt flammam tentationis cupere, quæ in eis quicquid impurum est, excoquat, & illos ad mensam summi Regis aptos efficiat. David sanè hæc doctrinam imberberat, cum se tentari & examinari poscebat.

Psal. 25. 2.
Proba me Domine, inquit, & tenta me: vr̄e tenes meos & cor meum. Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & complacui in veritate tua. Formido, ait vir secundum cor Dei, alius esse, & alius putari. Ob id proba Domine in me dona tua, an sint vsquequaque perfecta: tenta in me virtutem tuam, qua scilicet me dignatus es decorare, an sit vsque ad sustinendas tribulationes robusta. Id autem peto, quoniam perfectam habeo misericordiam tuam, qua me proteges, & cordi est mihi veritas tua, cuius scuto me defendes. Si verò ex rei concupitæ præsentia gaudium generatur, Iacobus Apostolus monet, vt gaudeamus ex tentationum ac probationum aduentu. Omne gaudium existimare fratres, cum in tentationes varias incidieris: scientes quòd probatio fidei vestræ patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habet, vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. In tentatione quidem gaudendum est, sicut fortis dux lætatur in bello; & cuius victoriam magnam apud regem gloriam, magnam status & dignitatis augmentum sperat. Nam tentatio est fidei probatio, quæ intus in corde latet, & dum tentationem superat, se viam & firmam fidem esse patenter ostendat. Tentatio patientiam generat, quæ à patiando denominata, non quiescendo & oscitando, sed sustinendo & laborando gignitur, roboratur, atque perficitur. Patientia autem tentatum tentationem superantem, ad perfectionem euahit, & cum facit virtutibus integrum, & vitæ sanctitate perfectum. An non literati tentari & probari cupiunt, vt appareat eos esse doctores & magistrorum nuncupatione dignos, & gestent in pileo aliquid honoris insigne? Nonne medici examinari appetunt, vt à magistratibus medendi facultatem obtineant? Nonne & equites tentari concupiscunt, & suam generis nobilitatem probari, vt crucem rubeam in pectore gestent, & signum illud nobilitatis accipiant? Tandem nullum in bene gubernata republica alicui commendatur, nisi prius tentatio præcedat, & an sit idoneus ad illud munus exercendum, aliquo modo probetur. Cur igitur tu non poteris appetere tentari à Domino atque probari, vt honorem serui fidelis & gloriam eorum, qui permanserunt in tentationibus, consequaris? Gregorius sanè de iusto ita loquitur: Sed sæpe cum surrexerit, ipsa se extolli virtutum magnitudine sentit, vnde & tentari se præsentis vitæ aduersitatibus post virtutes desiderat, ne peius ex virtutum confidentia cadat. Si enim seruari se melius per tentationem non cognosceret, nequaquam Psalmista diceret: Proba me Domine & tenta me. Non itaque indecens est viro iusto tentationem expetere, non solum quidem vt præmium obtineat, sed vt virtutum altitudinem magis securè possideat.

Iacobi 1. 2. 3. 4.

At ordinem huius spiritualis belli ponamus, quod in tentatione consistit, vt sciamus quid ad tentationem ex parte hostis, & quid ad nos aut resistentes, aut non resistentes pertineat. Id autem, vt vestigijs Augustini & Thomæ inhaeremus, illa prima tentatio, quæ orbem spoliavit, exponet, & primos parentes nostros in tot, tantisque miserias ex innocentia deiecit. Quatuor ergo in illa tentatione reperies, serpentem suggerentem, mulierem audientem, virum

Greg. 8. mor. c. 6.

Psal. 25. 2.
At ordinem huius spiritualis belli ponamus, quod in tentatione consistit, vt sciamus quid ad tentationem ex parte hostis, & quid ad nos aut resistentes, aut non resistentes pertineat. Id autem, vt vestigijs Augustini & Thomæ inhaeremus, illa prima tentatio, quæ orbem spoliavit, exponet, & primos parentes nostros in tot, tantisque miserias ex innocentia deiecit. Quatuor ergo in illa tentatione reperies, serpentem suggerentem, mulierem audientem, virum

Aug. 12. de Trinit. à principio vsque ad c. 13. D. Tho. 1. 2. q. 74. art. 1.

A comedentem, & lignum pulchritudine sua tam mulierem, quàm virum inescantem. Lignum bonum illud temporale significat, quod aduersus præceptum & legem impostam nobis appetimus. Serpens diabolum signet per seipsum, aut per carnem nostram, aut mundum, cogitationes & desideria mali propositi suscitantem. Neque enim ictus eius aliud est quàm cogitatio aut appetitio nostra, quæ repente tangimur, neque est in potestate nostra huiusmodi tactum effugere, aut illam primam cibi vetiti, & mali oblati propositionem subitanam declinare. Mulier est sensualitas opus peccati appetens, aut delectationem præsentem, quam cogitando experitur, sine opere concupiscens. Vir est ratio motus illos sensualitatis reprimens aut permittens, & peccatum delectationis vel operis, aut omnino refutans, aut in eo victus prostratusque consentiens. Sicut ergo in hac tentatione primorum parentum prima illa serpentis alloquutio, quæ dixit mulieri: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi? Peccatum mulieris non fuit: at fuit peccati inchoatum, quod nos gratia & iustitia originali priuauit, cum serpente verba consulto miscere, pomum aspicere, tangere, & ori admouere: & fuit peccatum consummatum, Adamum caput mulieris, pomum comedere, & Deo contempto, situationi mulieris ac eius precibus obedire: ita omnino de qualibet tentatione sentiendum est. Nam primò est locutio dæmonis, aut sæculi, aut carnis, quæ mihi aut vindictam, aut voluptatem prohibitam, aut quoduis aliud malum proponit, & hæc vocatur suggestio. Quæ non tantum extra manet, sed intra me quoque est: de qua dicit Paulus: Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. In me enim sentio ego etiam repugnans, luxuriæ, vindictæ, aut ambitionis motus, quos non libenter audio, sed tristis & contra voluntatem experior. Hæc autem suggestio tentatio dicitur, & si ex me nihil aliud extorqueat, peccatum mihi non est. Nam quare mihi ad peccatum imputabitur, quòd clamores & minas hostis audio, quas non audire & declinare non potui? Vnde & Christus Dominus pro consolatione & instructione suorum, tentationem ac suggestionem passus est: Tentatus, inquit Paulus, per omnia, pro similitudine absque peccato. Accessit enim tentator, & dixit ei: Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: & mitte te deorsum: & hæc omnia tibi dabo, si cadens adoreris me. Quin & duxit eum in sanctam ciuitatem, & in montem excelsum, & seorsum, vt intelligamus motiones etiam carnis nostræ, & motus iræ, arque tristitiæ sine vilo peccato esse posse, quando voluntas diligenter repugnat, & ignem iniectum extinguit & consopire non cessat. Si autem hanc suggestionem dæmonis sensualitas non solum inuoluntariè recipiat, sed etiam libenter audiat, ratione non statim contradicente, sed aut motum illum permittente, cum debuerit compefcere, aut negligenter repugnante, tunc quasi Heua arborem aspicit, & pomum tangit, & peccatum veniale maius aut minus, pro maiori aut minori negligentia committit. Si tandem ratio consentiat in opus peccati, aut in delectationem peccati, vel dissimulanter se habeat, & quasi non videret rebellionem carnis & ignem suscitatum, cum tamen videat, illum grassari & dominari permittat, iam quasi Adam precibus Heuæ victus comedit, & lethale peccatum admittit.

B comedentem, & lignum pulchritudine sua tam mulierem, quàm virum inescantem. Lignum bonum illud temporale significat, quod aduersus præceptum & legem impostam nobis appetimus. Serpens diabolum signet per seipsum, aut per carnem nostram, aut mundum, cogitationes & desideria mali propositi suscitantem. Neque enim ictus eius aliud est quàm cogitatio aut appetitio nostra, quæ repente tangimur, neque est in potestate nostra huiusmodi tactum effugere, aut illam primam cibi vetiti, & mali oblati propositionem subitanam declinare. Mulier est sensualitas opus peccati appetens, aut delectationem præsentem, quam cogitando experitur, sine opere concupiscens. Vir est ratio motus illos sensualitatis reprimens aut permittens, & peccatum delectationis vel operis, aut omnino refutans, aut in eo victus prostratusque consentiens. Sicut ergo in hac tentatione primorum parentum prima illa serpentis alloquutio, quæ dixit mulieri: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi? Peccatum mulieris non fuit: at fuit peccati inchoatum, quod nos gratia & iustitia originali priuauit, cum serpente verba consulto miscere, pomum aspicere, tangere, & ori admouere: & fuit peccatum consummatum, Adamum caput mulieris, pomum comedere, & Deo contempto, situationi mulieris ac eius precibus obedire: ita omnino de qualibet tentatione sentiendum est. Nam primò est locutio dæmonis, aut sæculi, aut carnis, quæ mihi aut vindictam, aut voluptatem prohibitam, aut quoduis aliud malum proponit, & hæc vocatur suggestio. Quæ non tantum extra manet, sed intra me quoque est: de qua dicit Paulus: Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. In me enim sentio ego etiam repugnans, luxuriæ, vindictæ, aut ambitionis motus, quos non libenter audio, sed tristis & contra voluntatem experior. Hæc autem suggestio tentatio dicitur, & si ex me nihil aliud extorqueat, peccatum mihi non est. Nam quare mihi ad peccatum imputabitur, quòd clamores & minas hostis audio, quas non audire & declinare non potui? Vnde & Christus Dominus pro consolatione & instructione suorum, tentationem ac suggestionem passus est: Tentatus, inquit Paulus, per omnia, pro similitudine absque peccato. Accessit enim tentator, & dixit ei: Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: & mitte te deorsum: & hæc omnia tibi dabo, si cadens adoreris me. Quin & duxit eum in sanctam ciuitatem, & in montem excelsum, & seorsum, vt intelligamus motiones etiam carnis nostræ, & motus iræ, arque tristitiæ sine vilo peccato esse posse, quando voluntas diligenter repugnat, & ignem iniectum extinguit & consopire non cessat. Si autem hanc suggestionem dæmonis sensualitas non solum inuoluntariè recipiat, sed etiam libenter audiat, ratione non statim contradicente, sed aut motum illum permittente, cum debuerit compefcere, aut negligenter repugnante, tunc quasi Heua arborem aspicit, & pomum tangit, & peccatum veniale maius aut minus, pro maiori aut minori negligentia committit. Si tandem ratio consentiat in opus peccati, aut in delectationem peccati, vel dissimulanter se habeat, & quasi non videret rebellionem carnis & ignem suscitatum, cum tamen videat, illum grassari & dominari permittat, iam quasi Adam precibus Heuæ victus comedit, & lethale peccatum admittit.

C comedentem, & lignum pulchritudine sua tam mulierem, quàm virum inescantem. Lignum bonum illud temporale significat, quod aduersus præceptum & legem impostam nobis appetimus. Serpens diabolum signet per seipsum, aut per carnem nostram, aut mundum, cogitationes & desideria mali propositi suscitantem. Neque enim ictus eius aliud est quàm cogitatio aut appetitio nostra, quæ repente tangimur, neque est in potestate nostra huiusmodi tactum effugere, aut illam primam cibi vetiti, & mali oblati propositionem subitanam declinare. Mulier est sensualitas opus peccati appetens, aut delectationem præsentem, quam cogitando experitur, sine opere concupiscens. Vir est ratio motus illos sensualitatis reprimens aut permittens, & peccatum delectationis vel operis, aut omnino refutans, aut in eo victus prostratusque consentiens. Sicut ergo in hac tentatione primorum parentum prima illa serpentis alloquutio, quæ dixit mulieri: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi? Peccatum mulieris non fuit: at fuit peccati inchoatum, quod nos gratia & iustitia originali priuauit, cum serpente verba consulto miscere, pomum aspicere, tangere, & ori admouere: & fuit peccatum consummatum, Adamum caput mulieris, pomum comedere, & Deo contempto, situationi mulieris ac eius precibus obedire: ita omnino de qualibet tentatione sentiendum est. Nam primò est locutio dæmonis, aut sæculi, aut carnis, quæ mihi aut vindictam, aut voluptatem prohibitam, aut quoduis aliud malum proponit, & hæc vocatur suggestio. Quæ non tantum extra manet, sed intra me quoque est: de qua dicit Paulus: Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. In me enim sentio ego etiam repugnans, luxuriæ, vindictæ, aut ambitionis motus, quos non libenter audio, sed tristis & contra voluntatem experior. Hæc autem suggestio tentatio dicitur, & si ex me nihil aliud extorqueat, peccatum mihi non est. Nam quare mihi ad peccatum imputabitur, quòd clamores & minas hostis audio, quas non audire & declinare non potui? Vnde & Christus Dominus pro consolatione & instructione suorum, tentationem ac suggestionem passus est: Tentatus, inquit Paulus, per omnia, pro similitudine absque peccato. Accessit enim tentator, & dixit ei: Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: & mitte te deorsum: & hæc omnia tibi dabo, si cadens adoreris me. Quin & duxit eum in sanctam ciuitatem, & in montem excelsum, & seorsum, vt intelligamus motiones etiam carnis nostræ, & motus iræ, arque tristitiæ sine vilo peccato esse posse, quando voluntas diligenter repugnat, & ignem iniectum extinguit & consopire non cessat. Si autem hanc suggestionem dæmonis sensualitas non solum inuoluntariè recipiat, sed etiam libenter audiat, ratione non statim contradicente, sed aut motum illum permittente, cum debuerit compefcere, aut negligenter repugnante, tunc quasi Heua arborem aspicit, & pomum tangit, & peccatum veniale maius aut minus, pro maiori aut minori negligentia committit. Si tandem ratio consentiat in opus peccati, aut in delectationem peccati, vel dissimulanter se habeat, & quasi non videret rebellionem carnis & ignem suscitatum, cum tamen videat, illum grassari & dominari permittat, iam quasi Adam precibus Heuæ victus comedit, & lethale peccatum admittit.

D comedentem, & lignum pulchritudine sua tam mulierem, quàm virum inescantem. Lignum bonum illud temporale significat, quod aduersus præceptum & legem impostam nobis appetimus. Serpens diabolum signet per seipsum, aut per carnem nostram, aut mundum, cogitationes & desideria mali propositi suscitantem. Neque enim ictus eius aliud est quàm cogitatio aut appetitio nostra, quæ repente tangimur, neque est in potestate nostra huiusmodi tactum effugere, aut illam primam cibi vetiti, & mali oblati propositionem subitanam declinare. Mulier est sensualitas opus peccati appetens, aut delectationem præsentem, quam cogitando experitur, sine opere concupiscens. Vir est ratio motus illos sensualitatis reprimens aut permittens, & peccatum delectationis vel operis, aut omnino refutans, aut in eo victus prostratusque consentiens. Sicut ergo in hac tentatione primorum parentum prima illa serpentis alloquutio, quæ dixit mulieri: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi? Peccatum mulieris non fuit: at fuit peccati inchoatum, quod nos gratia & iustitia originali priuauit, cum serpente verba consulto miscere, pomum aspicere, tangere, & ori admouere: & fuit peccatum consummatum, Adamum caput mulieris, pomum comedere, & Deo contempto, situationi mulieris ac eius precibus obedire: ita omnino de qualibet tentatione sentiendum est. Nam primò est locutio dæmonis, aut sæculi, aut carnis, quæ mihi aut vindictam, aut voluptatem prohibitam, aut quoduis aliud malum proponit, & hæc vocatur suggestio. Quæ non tantum extra manet, sed intra me quoque est: de qua dicit Paulus: Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. In me enim sentio ego etiam repugnans, luxuriæ, vindictæ, aut ambitionis motus, quos non libenter audio, sed tristis & contra voluntatem experior. Hæc autem suggestio tentatio dicitur, & si ex me nihil aliud extorqueat, peccatum mihi non est. Nam quare mihi ad peccatum imputabitur, quòd clamores & minas hostis audio, quas non audire & declinare non potui? Vnde & Christus Dominus pro consolatione & instructione suorum, tentationem ac suggestionem passus est: Tentatus, inquit Paulus, per omnia, pro similitudine absque peccato. Accessit enim tentator, & dixit ei: Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: & mitte te deorsum: & hæc omnia tibi dabo, si cadens adoreris me. Quin & duxit eum in sanctam ciuitatem, & in montem excelsum, & seorsum, vt intelligamus motiones etiam carnis nostræ, & motus iræ, arque tristitiæ sine vilo peccato esse posse, quando voluntas diligenter repugnat, & ignem iniectum extinguit & consopire non cessat. Si autem hanc suggestionem dæmonis sensualitas non solum inuoluntariè recipiat, sed etiam libenter audiat, ratione non statim contradicente, sed aut motum illum permittente, cum debuerit compefcere, aut negligenter repugnante, tunc quasi Heua arborem aspicit, & pomum tangit, & peccatum veniale maius aut minus, pro maiori aut minori negligentia committit. Si tandem ratio consentiat in opus peccati, aut in delectationem peccati, vel dissimulanter se habeat, & quasi non videret rebellionem carnis & ignem suscitatum, cum tamen videat, illum grassari & dominari permittat, iam quasi Adam precibus Heuæ victus comedit, & lethale peccatum admittit.

E comedentem, & lignum pulchritudine sua tam mulierem, quàm virum inescantem. Lignum bonum illud temporale significat, quod aduersus præceptum & legem impostam nobis appetimus. Serpens diabolum signet per seipsum, aut per carnem nostram, aut mundum, cogitationes & desideria mali propositi suscitantem. Neque enim ictus eius aliud est quàm cogitatio aut appetitio nostra, quæ repente tangimur, neque est in potestate nostra huiusmodi tactum effugere, aut illam primam cibi vetiti, & mali oblati propositionem subitanam declinare. Mulier est sensualitas opus peccati appetens, aut delectationem præsentem, quam cogitando experitur, sine opere concupiscens. Vir est ratio motus illos sensualitatis reprimens aut permittens, & peccatum delectationis vel operis, aut omnino refutans, aut in eo victus prostratusque consentiens. Sicut ergo in hac tentatione primorum parentum prima illa serpentis alloquutio, quæ dixit mulieri: Cur præcepit vobis Deus, vt non comederetis de omni ligno Paradisi? Peccatum mulieris non fuit: at fuit peccati inchoatum, quod nos gratia & iustitia originali priuauit, cum serpente verba consulto miscere, pomum aspicere, tangere, & ori admouere: & fuit peccatum consummatum, Adamum caput mulieris, pomum comedere, & Deo contempto, situationi mulieris ac eius precibus obedire: ita omnino de qualibet tentatione sentiendum est. Nam primò est locutio dæmonis, aut sæculi, aut carnis, quæ mihi aut vindictam, aut voluptatem prohibitam, aut quoduis aliud malum proponit, & hæc vocatur suggestio. Quæ non tantum extra manet, sed intra me quoque est: de qua dicit Paulus: Scio quia non habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. In me enim sentio ego etiam repugnans, luxuriæ, vindictæ, aut ambitionis motus, quos non libenter audio, sed tristis & contra voluntatem experior. Hæc autem suggestio tentatio dicitur, & si ex me nihil aliud extorqueat, peccatum mihi non est. Nam quare mihi ad peccatum imputabitur, quòd clamores & minas hostis audio, quas non audire & declinare non potui? Vnde & Christus Dominus pro consolatione & instructione suorum, tentationem ac suggestionem passus est: Tentatus, inquit Paulus, per omnia, pro similitudine absque peccato. Accessit enim tentator, & dixit ei: Si Filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant: & mitte te deorsum: & hæc omnia tibi dabo, si cadens adoreris me. Quin & duxit eum in sanctam ciuitatem, & in montem excelsum, & seorsum, vt intelligamus motiones etiam carnis nostræ, & motus iræ, arque tristitiæ sine vilo peccato esse posse, quando voluntas diligenter repugnat, & ignem iniectum extinguit & consopire non cessat. Si autem hanc suggestionem dæmonis sensualitas non solum inuoluntariè recipiat, sed etiam libenter audiat, ratione non statim contradicente, sed aut motum illum permittente, cum debuerit compefcere, aut negligenter repugnante, tunc quasi Heua arborem aspicit, & pomum tangit, & peccatum veniale maius aut minus, pro maiori aut minori negligentia committit. Si tandem ratio consentiat in opus peccati, aut in delectationem peccati, vel dissimulanter se habeat, & quasi non videret rebellionem carnis & ignem suscitatum, cum tamen videat, illum grassari & dominari permittat, iam quasi Adam precibus Heuæ victus comedit, & lethale peccatum admittit.

Cum igitur in nobis, secundum Augustinum & omnes doctores, duplex sit portio partis intellectus, quæ dicitur ratio superior & inferior, quarum illa rationibus æternis conspiciendis & consulendis inra-

Iob 1. 18.

Aug. su. p. 1.

Greg. 21. mor. c. 3.

1. Cor. 10. n. 13.

dit; quales sunt lex diuina, naturalis vel humana, vel etiam ipsa virtutis honestas: hæc verò, quæ temporaria vt voluptatem, aut commoditatem considerat, fit omne peccatum tam mortale, quàm veniale sine ratione superiore, aut rationes æternas contemnente, aut earum vsu præmittente non esse. In cuius signum filij Iob in domo maioris cum ipso pereunt; quia donec filius maior hominis, id est, liberum arbitrium aliquo modo consentiat, aut negligenter se habeat, sensus, & inferiores vires in peccatum non incidunt. Si enim culpa leuis, vt mendacium officiosum nobis offeratur, tunc venialiter peccamus, cum ratio superior videns, aut videre debens illud esse peccatum assentit: si autem necdum videre potuit ob temporis breuitatem, aut incogitantiam, aut ob aliam causam, non peccabimus, licet homo voluptate, aut commoditate illectus in illud mendacium aliquo modo propendeat. Si autem grauis culpa proponatur, & ratio superior negligenter se habeat, nec citò sensui, aut appetitui, ac portioni inferiori subueniat, tunc in peccatum veniale prolabitur, quod pro ratione negligentiz maius aut minus existet. Si verò ratio superior non tantum sit aliquantulum negligens, sed etiam in suggestionem manifestè consentiat, aut saltem incendium tentationis excitatum in appetitu dissimulat, & hostibus irruentibus sileat, & nullo modo ingressui eorum se opponat, nec deceptori noxia suggerenti contradicat, tunc per consensum, aut fictam dissimulationem est lethale peccatum admissum. Audi verba Augustini, quibus istam doctrinam docet: Si cupiditas, inquit, nostra non moueatur ad peccandum, excluditur serpentis astutia; si autem mora fuerit, quasi mulieri persuasum erit: sed aliquando ratio viriliter etiam commotam cupiditatem refranat atque compefcit, quod cum fit, non labimur in peccatum, sed cum aliquantula luctatione coronamur. Si autem ratio consentiat, & quod libido commouerit, faciendum esse decernat, ab omni vita beata, tanquam paradiso expellitur homo.] Et in eandem sententiam Gregorius ait: Sciendum est, aliud esse quod animus detestatione carnis patitur, aliud verò cum per consensum delectationibus obligatur. Plerumque enim cogitatione praua pullatur, sed renititur, plerumque autem cum peruersum quid concipit, hoc intra semetipsum etiam per desiderium voluit. Et nimirum mentem nequaquam cogitatio immunda inquinat, cum pulsat, sed cum hanc sibi per delectationem subiugat. Hinc etenim prædicator egregius dicit: Tentatio vos non apprehendat nisi humana.] Humana quippe tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur, etiam nolentes; quia vt nonnunquam, & illicita ad animum veniant, hoc vtrique in nobismetipsis ex humanitatis corruptibilis pondere habemus. Iam verò demoniaca est & non humana tentatio, cum ad hoc, quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum animus astringit.] His verbis sanctus pater tria quæ diximus, nimirum suggestionem, nonnullam negligentiam, quam delectationem vocat, & consensum exposuit. In quorum primo nullum est peccatum; in medio peccatum est sed humanum vel leue; in tertio verò peccatum diabolicum, quod scilicet animam diabolo addicit, & gratiæ donis spoliatur. Tam verò ille, quàm Augustinus nomine consensus, non solum manifestum consensum intelligunt, sed interpretatiuum etiam (liceat enim nunc voce scholæ vti.) illam scilicet fraudulentam dissimulationem, qua ratio superior, quæ intellectum & voluntatem comprehendit, malum aduertens silet, & nec minimum contradicit, quòd animus

A in mali inspectione se delectet.
 Hæc cum ita sint, cum dicimus virum iustum posse tentationem appetere, tentationis nomine solum primam suggestionem intelligimus, quæ absque peccato esse potest. Optat ergo bellum, in quo gratia Dei vincat; cupit pugnam in qua, à Domino adiutus hostem prosternat; desiderat occasionem; qua se fidelem Domino manifestet. Sicut enim iurisperiti quarunt lites, quarum causa clientulos sibi commendatos defendant, & milites desiderant bellum, in quo aduersus hostes præliantur, & nomen victorum ac diuitias lucentur; ita iusti possunt tentationes percipere, ex quibus à se Dei auxilio victis, & honorem victoriæ, & virtutum merita, & gloriæ præmia conquirant. Et quidem mentium fortissimarum indicium est, hostium incursum non timere, nec tentationum molestia tristari. Quarum robur Dominus apud Iob sub figura illius mystici equi pulchrè describit, de quo inter alia hæc ait: Terram vngula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis: contemnit pauorem, nec cedit gladio.] Vbi audierit buccinam, dicit: Vah.] Iustus quidem terram vngula fodit, cum tentationis tempus esse perferens corpus suum, ne insolecat, & hostibus se adiungat, spiritus fortitudine ferit. Sic enim Paulus generosus equus, cui Dominus ad mundum peragrandum, & hostes proterendo infedit, terram vngula mortificationis pullabat, cum corpus suum castigabat, & in feruiturem redigebat.] Insuper exultat audacter, quia sancta quadam elatione, aut potius spiritus magnanimitate de imminente tentatione, quasi de occasione patiendi & proficendi congaudet. Nam & ipse Paulus ait: Repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra.] In occursum pergit armatis: dum enim videt se ab inimicis inuadi, non fugit, non se præ affectu timoris abscondit, sed in occursum hostium aduenientium ipse proccedit. In cuius exemplum Dominus à militibus ad crucem quaesitus, processit obtuiam eis, & dixit: Quem quaeritis?] Quin & magnus Antonius à demonibus laniatus & semimortuus relictus, prouocabat eos dicens: Ecce ego hic sum Antonius, non fugio vestra certamina: etiam si maiora faciatis, nullus me separabit à charitate Christi. Psallebatque dicens: Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.] Insuper & vir iustus seruore charitatis accensus contemnit pauorem. Id est, spernit sagittas hostium & iacula, dicitque in diuina gratia confisus: Quis nos separabit à charitate Christi? Tribulatio, an angustia?] an cætera, quæ sequuntur, quæ omnia vt impotentia ad suum robur spiritus superandum contemnit & ridet: Non cedit gladio, quoniam enses diaboli iam emicantes, & ictus inferentes frangit, dum validè cuique suggestioni occurrenti resistit. Ac tandem, vbi audierit buccinam, dicit: Vah: Nam vt Gregorius ait: Cum certamen passionis sibi propinquare considerat, de exercitio virtutis exultat: nec terretur pugnae periculo, qui victoriæ letatur triumpho. Hæc sunt desideria, hæc exultationes fortiorum, quibus tanquam armis se muniunt, & tentationibus obnituntur. Si autem nos imbecilliores tentationes non appetimus, saltem cum acciderint, & in nos insurrexerint, eas patienter sufferamus. Nec putemus actum esse de nobis, si tentamur, quia tentari (vt postea dicemus) omnium est; immò potius tentationes & suggestiones animi, sicut molestias & ægrotudines corporis, ad satisfactionem peccatorum nostrorum, & noua merita toleremus.

In id verò omnes incumbat, qui Christo seruiunt,

Iob 39. 21. 22. 24.

1. Cor. 9. n. 27.

2. Cor. 7. 4.

1. Tim. 18. 4.

Athanas. in vita.

Psal. 26. n. 3.

Rom. 8. n. 35.

Greg. 31. mor. cap. 16.

& vitam

& vitam spiritualem arripunt, vt ex tentationibus accidentibus fructum decerpant, quem certe colligent, si diligenter repugnent, & primo ingressui suggestionis obstant. Hoc enim habent spiritalia bella, inter alia multa temporalibus bellis nobiliora, quod in istis, licet probe resistas, forte tamen ab hoste potentiori vinceris; in illis vero nunquam diligens resistentia a victoria separatur, sed ipsum resistere, vincere est. Si autem initio tentationis non obstitimus, certam diabolus victoriam reportat de nobis. Vt enim Gregorius ait: Neque culpa ad opus prodire permittitur, si intus vbi nascitur, extinguitur. Si autem tentationi in corde nascenti festine non resistitur; hac eadem, qua nutritur, mora roboratur, & existens foris in operibus, vinci vix prauales, quia ipsam intus membrorum dominam mentem captiuam tenet. Tunc ergo o lector non dampnum, sed emolumentum, & maximum ex quavis tentatione consequeris, cum ei in ipso principio resistis. Animaduerte, quia in ipsa suggestionis mali non alius quam diabolus tibi generis humani aduersarius alloquitur, cuius dolis obturandas esse aures Salomon manifeste proclamat, cum ait: Labiis suis intelligit inimicum, cum in corde tractauerit dolos. Quando submisericiter vocem suam, ne crederis ei, quoniam septem nequitia sunt in corde illius. Et rursus: Non credas inimico tuo in aeternum; sicut enim aramentum aruginis nequitia illius: & si humiliatus vadat curuus, adiace animum tuum, & custodi te ab illo. Atque iterum: Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abiicit: in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum, & super sermones tuos admirabitur, nouissimè autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. His tribus admirandis sententiis, spiritus diuini sapientia nos edocet, quanta diligentia sunt primæ suggestioni aures obturanda. Si enim verbis mendacibus dolum cordis occulerit, si modestiam fingens, te sub bono pretextu moneat: si quasi opus exere factum omnem malitiæ aruginem depositisse affirmauerit: si in verbis humilitatem ostenderit: si dulcia & grata proposuerit: si vt magis decipiat tuam responsionem laudauerit, ne credas ei, quoniam plenus est septem nequitias, id est, omni nequitia; & coram supremo iudice peruertet os suum ex consiliatio accusator effectus, & ex verbis ac responsionibus tuis, quibus consensum expressisti, parabit in nouissimo die perniciem tuam. Si ita tentationi resistis, pro certo habet te ex illis nullum spirituale malum contraxisse, sed tua merita cumulasse. Si autem tentationes diligenter reiecte sunt meritorum instrumenta, non est cur earum molestiam impatienter fetas, quæ breuis existens aeternam iucunditatem efficiet.

Tentationes superandas esse, quoniam a Domino, tentatione probamur.

CAPVT III.

DICA MVN nunc, quæ nos ad tentationes superandas inuident, & ad fortiter resistendum calcar adiciant. Et quidem ea sunt, quibus milites huius sæculi solent ad procurandam victoriam incitari. Illi enim nihil non audent, vt victoria potiantur, si sciant se à suo rege probari, qui illos, vt ad magnam dignitatem euehat, periculis prius inimicorum exposuit. Si

aduersus hostes magnum odium concipiant, quia ab ipsis quondam spoliati & vulnerati fuerunt, ac eorum vilitatem agnoscant. Si regi, quem vnice amant, rem gratissimam se facturos arbitrentur. Si magnum sibi auxilium, & validissimos socios adesse ad hostes superandos aduertant. Si denique cumulatissima premia vincens destinata coniectent. Hæc omnia verissimè, & sine vlla ambiguitate possunt nos ad victoriam cuiusque tentationis irruentis accendere.

Vt autem à primo exordiamur, certum est hominem à Deo summo Rege, tentatione probari, vt fidelem, ac fortem inuentum ineffabili Sanctorum mercede coronet. Deus quidem neminem tetat, quasi ipse tentatione ad cognoscendas hominis vires indigeat; nec etiam tentat vt creaturam suam impensè dilectam, aut in peccatum impellat, aut tentatione in aliquod malum deiciat. Secundum quem intellectum Iacobus ait: Nemo, cum tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur: Deus enim intentator malorum est; ipse autem neminem tentat. Et hac ratione diabolus vocatur à Matthæo tentator, & ab Apostolo, dum ait: Mihi ad cognoscendum fidem vestram, ne forte tentauerit vos, is qui tentat. Quis namque credat Deum scientiarum Dominum, qui optime nouit figmentum nostrum, homines, ad eos cognoscendos probare: aut illum, qui non latatur in perditione viuorum, illos ad decipulam, & ad casum tentatione contingere? At tentat Deus homines, ac tentationibus affligi permittit, tum vt ipsi se sciant, tum vt alij aliquos viros iustos Dei fideles seruos agnoscant: tum vt suorum errata puniat, tum vt illis coronam pareat, qua per omnem aeternitatem effulgeant. Atque iuxta hunc modum ille, qui à Iacobo intentator dicitur, in aliis Scripturæ locis tentator appellatur. Quare Moyses dixit ad populum: Nolite timere, vt enim probaret vos, venit Deus, & vt terror illius esset in vobis, & non peccaretis. Et iterum: Recordaberis cuncti itineris, per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atque tentaret. Ac rursus: Tetat vos Dominus Deus vester, vt palam fiat, vt eum diligatis eum, an non. Et Gregorius ait: Sciendum vero quia aliquando nos aduersarius, aliquando autem conterit Deus. Ex contritione autem aduersarij à virtute defecimus; per contritionem vero Domini fracti, à vitis in virtute roboramur. Hanc contritionem Propheta prospexerat, cum dicebat: Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli conteres eos. In virga nos ferrea Dominus regit & conterit, quia dispensationis suæ forti reuerentia, cum nos interiùs reficit, exterius affligit. Nam quò virtutem carnis humiliat, intentionem spiritus exaltat. Merito ergo de Domino dicit sanctus Dauid: Qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius. Et apud Iaiam: Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius. Ipse enim est, qui aliquando cor nostrum tentatione conturbat, & ad gloriæ suam & vtilitatem nostram ferit, vt sanet, & humiliat, vt ad magnitudinè perfectionis traudeat. Quis dubitet ipsum secundum corpus quidem in puppi super cervicali dormientem, & secundum diuinitatem vigilantem, suam in mari tempestatem excitasse, vt discipuli ad ipsum accurrerent, & dormientis auxilium implorarent: vt etiam illos modicæ fidei argueret: & tandem vt sedato mari homines ad stuporem, & incredibilem admirationem moueret? Ita sæpe in nobis procellas tentationum venire permittit, & dum terramur, dormit; dum ploramus, rides; dum inuocamus, obstrudescit, vt defec-

Iacob. 1. 13.

Matth. 4. 3. 1. Thessal. 3. 5.

Sup. 1. 7. 13.

Exod. 20. 20.

Deuter. 8. 2.

Deut. 12. 9. Gregor. 7. mor. c. 7.

Psal. 2. 9.

Psal. 64. 7. Isa. 51. 15.

Marc. 4. 38.

Greg. 21. mor. 6. 7.

Prov. 26. 14. 25.

Ecclesi. 12. 10. 11.

Ecclesi. 27. 25. 26.



Etum nostra fidei cognoscamus, & vt opportunè liberati apud homines argumentum suæ gloriæ firmus.

Tentat ergo nos Dominus vt sciamus nos ipsos, saepe namque prosperis successibus cooperi dona Dei videmus, & nos ipsos non videmus, & ideo nosmetipsos ignoramus. Putamus nos Deo subiectos, prelaris obedientes & fratribus gratos, quoniam hæc & alia multa mirabilia gratia inundans, & contegens imbecillitatem nostram, operatur in nobis. Dicimus in abundantia nostra: Non mouebimur in æternum:] & spiritu Domini saginati profitemur Domino; sicut Petrus Eucharistia refectus, quia & si oportuerit nos commori tibi, non te negabimus. Paulatim affuescimus faciem gratiæ, faciem nostram putare, & personam diuini auxilij operientem nos, vultum nostrum existimare, & sic alios tanta gratia carentes despiciamus, & in superbiam erigimur. Adsit ergo tentatio ac subtractio abundantis gratiæ, vt propriæ imbecillitati relictæ videamus quàm pusillanimes & miserissimi, & ad humilitatis sensum redeamus. Profectus noster, inquit Laurentius Iustinianus, per tentationes fit. Neque sibi innotescit quisque qualis sit, nisi tætarus: nec potest coronari, nisi vicerit, nec potest vincere, nisi certauerit, nec potest certare, nisi inimicum & tentationes habuerit. Ad magnam igitur vilitatem nostram exercitatio tentationum nobis impena est, vt non superbiat sanctitas, dū tentatur infirmitas: non tepescat virtus, non desit profectus, non diminuatur meritum: non amittatur gloriæ corona.] Tentatio itaque veluti fenestra est, per quam dum nostra interiora conspiciamus, in humilitate continemur: & si in alis Domini speramus, at nullo modo in nostra imbecillitate confidimus.

Tentat etiam nos Dominus, vt homines nos viros iustos, & timoratos, & Deo fideles, & premio dignos cognoscant. Sic tentauit Dominus Abraham, ipsi vnigeniti filij interfectionem indicens, vt obediens & fidelis inuentus audiret: Nunc cognoui quod times Deum, & non pepercasti vnigenito filio tuo propter me.] Quid est: Nunc cognoui? An Deus, qui semper omnia nouit solam fidelis Abrahæ obedientiam ignorabat, & propterea fuit imposito præcepto mortis filij probandus? Nequaquam. Sed, nunc cognoui, ait, pro eo quod est, nunc cognoscere omnibus feci timorem tuum, & obedientiam erga me, propter quã dignus es ingenti premio coronari. Excipe Chrysofomum verba ista interpretantem. Quid igitur Ignorabatne ante hoc iusti virtutem, & nunc cognouit omnium Dominus? Non hoc inquit, dicens, nunc ipse cognoui. Sed quid dicere vult? Nunc, inquit, omnibus declarasti, quomodo synecro timore Deū colas. Nam ego sciuī famulum meum. Quæ autem nunc à te facta sunt, in doctrinam sunt, tam presentibus quàm futuris.] Sic prorsus saepe tentamur à Domino ad doctrinam bonorum, & damnationem impiorum. Ad doctrinam quidem bonorum, vt exemplo nostro ad tentationes varias sustinendas, & dæmonem vincendum animentur. Quare de iusto Tobia dicitur: Hanc tentationem ideo permisit Dominus venire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob.] Ad damnationem verò malorum, quos tentatione victos, & in peccatum lapsos, Dominus ostensione bonorum viles, & infideles fuisse monstrabit. Nam si tu in extremo iudicio appetitum ambitionis magnum fuisse conueratis, aut carnem tuam indomitam fuisse causetis, Dominus innumeros iustorum greges ostendet, similibus tentationibus ambitionis carnisque pulsatos, qui strenuè vicerunt, & modestiam & castitatem seruarunt. Et

A quia tu gratia adiutus non resististi, & dæmonem te pellicientem non reieicisti annuentibus hominibus vniuersis, & iudice ita decernente damnaberis.

Tentat deinde nos Dominus, vt antiqua aut noua peccata castiget. Nam si pœna culpam punit, quæ iustior delictorum pœna excogitari potuit, quàm ea, quæ nos ad peccatum impellens nec deicere valens, simul & non admissa proficit, & tangens ac pulsans affligit? Sæpe diuina miseratio, inquit Gregorius, quos prodire in effractionem illicitæ libertatis conspicit, obtectione prosperæ aduersitatis frangit, quatenus elisi discant, quàm reprobæ erectione tumuerant: vt iam flagelli experimentis edomiti, quasi iumenta domestica, præceptorum loris mentis colla subiiciant, & vitæ præsentis itinere ad nutum prædictis pergant.] Hæc ad punitionem peccatorum antiquorum pertinent, quibus etiam aliorum peccatorum, quæ perpetrari possent, impedimentum obicitur. At tentatio non iam liberet audita, sed quasi violenter ingesta, sua molestia excoquit maculas, quas voluntariè & granatim admulimus, & punit quod sponte fecimus, dum id ipsum nolentes & inuiti toleramus. Quàm magna punitio anime dilectrici castitatis infligitur, cum ei diabolus carnalia obicit, turpia ingerit, impudica proponit! Merito Paulus dixit, si forte vt Haymo putat, de motu libidinis loquebatur: Datus est mihi stimulus carnis meæ, Angelus Satanæ, qui me colaphizat:] nescio enim an sit alapa motu libidinis ignominiosior, aut colaphus impertunior. Quàm ingenti pœna anima mansuetudinis aut humilitatis amatrix percellitur, cum ad vindictã, aut ad ambitionem, & primarum sedium amorè incitatur. Quam suasionem ita audit, ac si diaboli verba, eam ad sui adorationem hortantem auscultaret. Est itaque saepe tentatio à Domino permissa, quasi flagellum, quod nos percutit, vt à præteritis peccatis purget, & in Deum admissas à nobis iniquitates vindicet.

Tentat demum nos Dominus, vt abundantissimam gloriam pro victoria concedat, & pulcherrimam coronã in cœtu Beatorum pareat. Si enim non coronabitur, nisi qui legitime certauerit, non solum iuste, verum & misericorditer nobis offeruntur certamina, vt in statuto tempore coronemur. Quod significat Ecclesiasticus, dum Dei erga iustum prouidentiam exponit: Timeorem, inquit, & metum, & probationem inducet super illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tenet eum in cogitationibus suis.] Ac si diceret: Iustum Dominus timore concutit, metu & anxietate pulsatur pœnæ, & iudicij venturi probatione immissa eius fidelitatem examinat, doctrinã, id est legis carni contraria poscentis tribulatione discruciat, & tentat eum iuxta abditas cogitationes, & iudicia prouidentie suæ. Hæc autem quo fine? Et credat, inquit, anime illius. Probat inquam, & tentat, vt se credat illi, vt in vase icibus tentationum probato thesaurum felicitatis recondat, & seipsum præmium tentatæ virtuti constituat. Tentatio itaque est framea Dei, de qua dictum est per Zachariam; Framea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi;] qua Dominus virum iustum sibi charitate iunctum percudit, vt sanet; vulnerat, vt medeatur: affligit, vt post afflictionem fideliter sustentatam, immensum gloriæ pondus attribuat.] Quod & inferius clarissime patefecit, dicens: Et vram eos sicut vritur argentum, & probabo eos, sicut probatur aurum.] Si autem quaras, quis sit tantæ tribulationis finis? Subiungit: Ipse vocabit nomen meum, &

Psal. 29. 7.

Marci 14. 31.

Iusti. in ligno virt. tract. de sp. c. 4.

Gen. 22. 12.

Chrysof. hom. 47. in Genes.

Tobia. 2. 12.

Greg. 10. mor. c. 10.

Haymo in 72. 2. Cor. 12. 7.

2. Tim. 2. 5.

Ecclesi. 4. 19.

Zachar. 13. 7.

ibid. n. 9.

ego exaudiam eum. Dicam: Populus meus es; Et ipse dicet: Dominus Deus meus.]

Si ob istas causas à Domino tentatione percutimur, & praeliandi occasione probamur; quis non animaduertat quàm gloriosum sit aduersariis repugnare, tentationes vincere, & nomen victorum obtinere: An non solet rex germanum fratrem, quem vnice diligit, ad bellum mittere, & ducem magnæ cuiusdam expeditionis facere, vt ex hostibus victoriam reportans, diuitias sibi pareat, & regnum aliquod adipiscatur, vt etiam regnet, qui dignus est regno, & ex regia est stirpe progenitus: Ita, ô iuste, cum tentaris, cum à diabolo ad malum impelleris, cum tribulationibus à Domino immixtis affligeris, debes cogitare, quod te Christus frater natu maior, ac Rex potentissimus ad bellum exuscitat, & occasionem pugnandi proponit, vt vincens, diuitias & nomen tibi compares, & regnum æternum assequaris. Ne tentationem, infelicitatem, sed foelicitatis occasionem putes, ne excors factus aut turpiter fugias, aut viliter cadas, sed magis resistas, & vincas vt Christus frater, ac Dominus tuus decernendæ coronæ causam habeat, & ad perfectam virtutem, ac regnum illi designatum promoueat. Hostes olim fortes erant, sed nunc imbecilles sunt, quorum robur Dominus fregit; à quibus arma in quibus confidebant, abstulit, & ludibrio expositos, ac ligatos dimisit. Vide [dæmones] ligatos, qui nec porcos quidem sine iussu Domini audent attingere. [Si eritis nos, (inquiunt) mitte nos in gregem porcorum.] Vide ligatos, siquidem, quod ad hominum tentationem attinet, nec latum vnguem à Domini voluntate discedunt. Satan enim lobum ad tentandum expetiit, & audiens. Ecce vniuersa, quæ habet, in manu tua sunt tantum, in eum ne extendas manum tuam: [solam eius substantiam dissipauit, illi verò nihil mali intulit. Postea verò ampliorem facultatem efflagitans, & audiens: Ecce in manu tua est, veruntamen animam illius serua,] vitam quidem sibi denegatam non abstulit, & solam carnem plagis affixit. Si aduersarij ligati sunt, & ultra voluntatem Domini tentare nequeunt, qui fidelis cum sit, non patior nos tentari supra id quod possumus; cur eos times, cur eorum impetum reformidas, quos liber, & bene protectus, ac munitus potes effringere?

Gedeon sanè victis Zebee & Salmana, ac bene ligatis, dixit Iether primogenito suo, vt surgeret, & interficeret eos.] Sic Dominus primum vicit aduersarios tuos, & caput eorum ligno suæ crucis confregit, & vinculis colligauit, postea verò, vt eos protegas atque concales, tibi præcepit: Ne sis tu sicut ille filius Gedeonis, de quo inquit scriptura: Qui non eduxit gladium, timebat enim, quia adhuc puer erat. Numquid adhuc es spiritu infantulus? Numquid post tot annos non processisti in virum robustum? Numquid à Domino ad victoriam vocatus, adhuc timebis, & te non filium Dei & fratrem Christi, sed filium illius primi parentis, qui à diabolo est victus, ostendes? Non ita sit, sed pugna, & vince, & aduersarium protere, hostem iride, diabolum virtute Christi animatus prosterne, & nomen & palmam victoris acquirito. Si Dominus tentat te, vt te ipsum agnoscas, nosce quidem te ipsum, & ob tuam infirmitatem & vilitatem contemne, sed tibi ipsi dissidens, atque in Deo tuo protectore confidens, hosti resistes. Et clama cum Paulo: Sed in his omnibus superamus propter eum, qui dilexit nos.] Ac si diceret: Spero quidem tentationes, & victor existo, non per meam virtutem, quæ nulla est, sed per virtutem eius,

A qui me diligens vincit in me. Si tentat te Dominus, vt apud alios tibi nomen iusti conciliet, & suo amore dignum ostendat, ne tu ab hoste deceptus in contrariam partem abeas, & in iniustitiam à iustitia deflectas. Iob sanè à Domino ante tentationem laudatus, & pugnae ad probationem expositus, post tentationem Deum veracem prædicat, dum laude diuina dignus apparet. De quo dictum est: In omnibus his non peccauit Iob labijs suis.] Sic & tu vincendo, ac suasionibus dæmonis aurem obturando, Deum veracem, & te sua gratia iustum ac fidelem edicito. Ne si ad pugnam exiens, vt Deus in te glorificetur, hosti verò cedens, non illi gloriam, sed tibi ignominiam & mortem asciskas. Si tentat te Dominus, vt tua peccata puniat, resistas necesse est; si enim non resistas, tentatio tua non pro pristinis satisfaciatur vt pœna, sed te denuo fœdauit vt culpa. Et certè miserimus eris, qui balneo te inficis, lotionem contaminas, & pecunia ad solutionem debitorum tibi data, noua debita contrahis, nouas obligationes cœmis. Nonne miserimus fuit ille filius prodigus, qui accepta paterna substantia, quæ sibi contigerat, consumpsit eam viuendo luxuriosè? Sed tentatio non minus, quàm consolatio substantia tua est, qua fideliter sustentata, debes patientiam lucrari, & æternum regnum promereri. Noli eam negligenter prodigere, quod utique facis, cum tentationi succumbis, & aduersario tentanti non resistis. Si tandem Dominus tentat te, vt pro pugna, & victoria reddat præmij cœlestis coronam, ne pro modica pugnae molestia requiem, & gaudium, & gloriam in perpetuum duraturam amittas. Moses Ægyptiorum diuitias contempsit, & Christi improprium illis proposuit, quia aspiciebat in remunerationem.] Dauid inclinauit cor suum ad faciendas iustificationes Domini propter retributionem.] Isachar vidit requiem quod esset bona, & tetram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens; sic & tu oculos in remunerationem intende: retributionem aspice: requiem tibi promissam aduerte. Huius autem consideratione animatus, & desiderio placendi ei, qui te exponit tentationi, propter bonum tuum, ac tam pij patris amore succensus fortiter dimica, strenuè resiste, vt te agonotheta fidelem inueniat, & in hac vita dono perfectæ virtutis, in alia autem præmio æternitatis afficiat.

Iob 1.10.

Lucæ 15. n. 12.

Hebr. 11. 26.

Psal. 118. n. 112. Gen. 49 15.

Tentationibus resistendum, quia hostes nostros resistentiã proster-
nimus.

CAPVT IV.

TRES esse nostræ salutis hostes, diabolus, mundum, & carnem, iam diximus, & licet non dixissemus, nullus in hac vita periculorum plena constitutus ignorat: quorum malitia & crudelitas debet nobis esse perspecta, vt aduersus eos odiù concipiamus, & pro aris & focis, (vt dicitur) non negligenter cum illis, sed gnauiter ac fortiter decertemus. Ac primum, odium diaboli & audaciã in nos quis poterit explicare: Ab ipso enim humani generis exordio ipsū persequi, decicere, & spoliare decreuit. Quare loquedi cū prima muliere occasione nactus, statim eã tentatione

aggressus



Genes. 3. 1.

Genes. 3. 15.

1. Corin. 7. 5.

1. Petr. 5. 8.

1. Reg. 17. 16.

1. Esdra 3. 3.

Iob 18. 10.

Ephra. de morbo lingua.

Bern. ser. de quadruplici debito.

aggressus est, dicens: Cur præcepit vobis Deus ut non comederetis de omni ligno paradysi? Eteandem tentandi artem in filios Eua vsque modò exercet, & vsque ad mundi finem sine vlla intermissione tractabit. Cui dictum est: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum & semen illius: id est inter omnes filios Adæ, quos mulier pariet, & inter vniuersos dæmones, qui tibi tanquam principi obediunt. A dolis suis, ac tentationū molestia neminem (quantum potest) immunè esse permittit. Si lobi laudes ex ore Domini depromptas audiuit, statim eum ad pugna tentationemq; deposcit: si coniuges orationis causa continenter viuentes agnouit, è vestigio in continentia excidium exaruit, & castum propositum (si potuit) impediuit. Propterea q; monet Paulus: Et iterum reuertimini in id ipsum, ne tenter vos Satanas propter incontinentiam vestram. Si cuiusvis status homines bonum cœpisse animaduertit, mox in illos se armavit, & tanquam leo rugiens vniuersa perustravit, & omnia loca circuiuit, quærens quem deuoret. Quid moror? Si saluatorem omnium, famem, patientem agnouit, sine vlla mora illum (quem plusquam hominem esse coniectabat, nondum tamen plenè cognouerat) tentatione aggredi, & laqueo diffidentia; & irreuerentia; erga Deum illigere decreuit. Quis eius peruerantiam, aut potius pertinaciam in tentando patefaciat, qui nunquam dormiens, neque quiescens; manè & vesperi; die ac nocte; & (vt vno verbo dicam) omni tempore paratus est mortales impetere? Sicut enim de illo Philistæo, qui exprobrabat agminibus Israel, scriptum est: Quia procedebat manè, & vesperi; die ac nocte, & stabat quadraginta diebus populum Dei ad pugnam prouocans, & omnes Israelitas, vt imbelles atque ignauos contemnens: Sic importunus hic hostis manè & vesperi, id est, in prosperitate & aduersitate nos prouocat, & variis ac multiplicibus machinis tentationum infestat. Cuius importunitas vsque ad numerum quadraginta dierum extenditur, quia per totam hominum vitam in miseris animas debacchatur. Quis eius inuidiam explicet? Qui, si quid boni moliamur, quoad eius fieri possit, impedire & labefactare non finit. Dicitur namque de filiis Israel in libro Esdræ: Collocauerunt altare Dei super bases suas deterrentibus eos per circuitum populis terrarum, non minus aptè de Ecclesiæ filiis potest enuntari, qui cum cor suum in Dei altare consecrare constituunt, à dæmonibus deterrentur, vt ab opere cæpto desistant. Quis denique eius astutiam edicat? Cuius, vt inquit Iob, abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam. Probe enim nouit callidus & versutus hostis, inquit beatus Ephraem, quibus, ac qualibus nos vinculis obstringat, & si nos inuitos in suos castes coniecerit, fore vt celeriter contractis illis, mens nostra iterum in libertatem se vindicet. Quapropter iucunda, ac grata vnicuique vincula iniicit, in quibus libenter conqueſcat. Et Bernardus: Secundum impetum spirituum huic repido remissioem, illi feruenti vitam arctiorem proponit, hoc solum experens & expectans, vt quoquomodo tollat eum à concilio iustorum & congregatione. Ecce ergo pedicam in terra, & decipulam in semita, quia in his, quæ quisque libenter terit, & non sine iucunditate tractat, petram scandali & laqueum tentationis abscondit.

Hac importunitate hostis humani generis homines vniuersos impugnat, hac audacia & calliditate eorum insidiatur profectibus, & nos dignum ducemus aut quiescere, aut dormire, aut negligenter

ter & quasi per risum eius conatibus repugnare? Non ita sit, sed aduersarij in nos odium nostram in illum iram exactuat, indignationem prouocet, & mentem ad illum fugandum & vincendum accendat. Ille nos tentat, quoniam ab illo defecimus, & sub vexillum Domini militamus, & infidelitate reiecta ad aciem seruatorum fidelium amicorumque transfuimus: nos resistamus ei, ne nostram gloriam euacuet, & ne iterum cum Dei hostibus & perditionibus numeremur. Tentatione ipsa timidum se esse ac nos formidare declarat, quia quos despicit, & suos esse cognoscit impugnare dedignatur; quæ infirmitas erit, hostem timentem timere, ex infidijs bellantem iam patefactum non insequi, & gestantem suæ confusionis præſagia, accepta de illo victoria non in terram confusionem detrahere? O quanta erit nostra coram Sanctis & Angelis laus, cum Dominus nos, præsentibus illis omnibus, laudet, & iustorum strenuitatem in pugnando commendet! O quanta gloria, cum ille iustus iudex, qui æquissima lance merita vniuersorum expendit, nos præmio victorum afficiat, & gloriæ æternæ seruo coronet! O quam illustre nomen filiorum secundi hominis cælestis acquirimus! Nam homines cælestes huic hosti resistunt, homines verò terreni eius monitis acquiescunt. Si enim rex ille superbus Alexander, & totius orbis dominationem appetens, vt aliquis dixit, typus est diaboli, quis prohibeat, quæ de illo dicta sunt, in huius malitiam euocare? Hic ergo vera est, qui [constituit prælia multa.] Et, vt Gregorius ait: Terram circuit, quia humana corda circumuenit, vt bona tollat, vt mala mentibus inferat, vt inserta cumulet, vt cumulata perficiat, vt perfectos in iniquitatibus ad pœnam socios adquirat. Hic obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ, & pertransiit vsque ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis gentium, & sicut terra in conspectu eius. Aggressus est prælia multa, quoniam cunctos mortales impugnat: obtinuit omnium munitiones, quia in protoplasto vniuersorum hominum vites absumpsit: occidit reges terræ, cum primos generis humani parentes gratia vita priuauit, & ab innocentia deiecit: transiit vsque ad fines terræ, cum carnem nostram tot miseris, ac doloribus eneruauit: accepit spolia multitudinis, quia gratiæ diuitias, & virtutum opes thesaurisque contriuit. Sed quisnam silet in conspectu eius? Certè terra, id est homo terrenus primi parentis infirmitatem imitans & inobedientiam amplectens. At cælum, vel homo cælestis non silet, sed elamat ad Dominum auxilium poscens, sed vociferatur, & Sanctorum auxilium implorat; sed verba profert, quibus aduersarium ad pugnam prouocat, & illius vires Dei auxilio nixus irridet, & totius inferni conatibus lætanter insultat. Huiusmodi virum non terrestrem hominem, sed cælestem appellemus, qui licet ex terrena carne tentationem sentiat, tamen ex auxilio cælesti tentationem vincit, dum ei nullo modo consentit.

Ita diabolus odio suo, aduersus eum, odio & audacia nos armat, & ad victoriam de ipso querendam omnibus, quibus nos tentat, modis inuitat: mundus secundus hostis sua vilitate, & importunitate etiã ad vincendum accendit. Mundus autè non machinã istam visibilem ex corporibus cælestibus, terrestribusq; compactam, & innumerabilibus bonis refertam, sed mundanos homines, ac deliria legum suarum manifestè significat. Vnde Dionysius Richelius ait: Secundus aduersarius animæ, loquedo in generali est mundus, id est homines sæculares, intimatori, carnales, ad

1. Mach. 1. 2. Greg. 2. mor. cap. 23.

Dion. lib. de remedio tentatio. ars.



vitia pertrahentes; seu bona terrena, sensibiliâque obiecta, in quibus aliquid amabilitatis & delectabilitatis consistit, per quod ad peccandum alliciunt: hoc est ad inordinatum amorem, concupiscentiam pravam, & delectationem immundam. Ideo scriptum est in prima Ioannis canonica: Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt, quia si quis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. Quod non est intelligendum quasi debeamus machinam mandalem, aut proximos in hoc mundo degentes odire, cum iubeamur etiâ & inimicos diligere: sed quod vanitates mundanas, & voluptates impuras, atque inanes honores, & quicquid in mundo nostræ aduersatur salutis debeamus odire, abhorere, ac fugere. Hæc ille. Huius ergo mundi magna est vilitas. Quid enim vilius peccatoribus, qui vilitati peccati seruiunt, & Dei imaginem maculis iniquitatum inficiunt? Quid stultius & insipientius peccatoribus, qui cænum cælo præferunt, & virtutem dignissimam amore odio habent, & vitium odio ab omnibus prosequendum diligunt? Quid infelicitius impiis hominibus; quos amor infelicitatis tenet, ne in felicitatem properent, & extrema miseria beatitudini prælata ab ipsis, à possessione sanctissimorum honorum excludit: Non est autem minor huius hostis pertinacia, qui suas leges iniquas, vel (vt verè loquamur) legum præuaricationes adeo intactas, illibatasque custodit, vt nec pro focis, nec pro amicis, nec pro cognatis, nec pro parentibus, immò nec pro ipso Deo frangi ac labefactari permittat. Videbis infelicem mundanum ab alio iniuria petiunt, qui vellet quidem, ne sibi & domui suæ exitium afferat, iniuriam remittere, at his improbis legibus illigatus omnium precibus obsurdescit, & diuina iussa aspernatur, atque in vltionem properat, & in inimici mortem volat, ne aliquam falsi honoris læsi notam incurrat. O quam aptè de isto dicemus! Vanitati creatura subiecta est non volens, licet non tam sensum Apostoli quam verba sola teneamus. Noller enim hic tam stulte vanitati seruire: nollet ob tam leuem causam, alium interficiens aut vulnerans, domum deserere, vxorem & charissima pignora derelinquere, & omnia sua bona à prætorè proscribi. At ita faciendum est, inquit, omnia sunt abiicienda, & diuina lex conculcanda, ne leges sæculi transgrediamur, odium a vltionem præcipientes, & ne ab stultis hominibus ignaui & pusillo animo reputemur.

Huc ne hosti tam vili & stulto subdemur? Eiusne deliriis seruiemus? An tam fatuo capite gubernabimur? Equidem indignus puto homini legibus mundi regi, quam equo suo aut asino, cui insidet in itinere dirigi. Hic enim instinctu naturæ pericula cauet, & foueam, licet luto aut herbis contextam internoscit, & sæpe aut assuetudine, aut olfactu obscura etiam nocte in hospitium diuertit. At mundus in salutis itinere toto cælo errat, & consultò suos alleas in pericula conicit, & in inuia atque inaccessea perducit. Iumento aliquando Dominus vsus est, vt hominem viam doceret, & arcanum, quod non videbat deregeret. Nam & [aperuit os asinæ,] cui insidebat Balaam, vt suum casum excusans, Angeli vt potuit præsentiam aperiret. Sed nunquam mundo ad nostram doctrinam vtitur, vt scilicet eius ductum sequamur, & ipsius insipientiam confectemur. Quinimo aduersus mundum noster magister factus, eius leges damnat, opiniones exhibet, conatus evertit, & dolos ac decipulas manifestat. Ac tandem iumenta à Deo facta non solum nobis fideliter seruiunt, sed sua diligentia & perseverantia monent, quomodo Deo fideliter & perseveranter seruire de-

beamus. Ideoque bos ore Domini per Isaiam homini in exemplum adducitur, qui cognouit possessorem suum, & asinus, qui non ignorauit præsepe domini sui, vt rationalis creatura, vel exemplo irrationalium edocta humiliter erubescat, quia Dominum non cognouit, nec iussa sui creatoris intellexit. Mundus veò nunquam nobis similes monitiones ingessit, nunquam exempla cognoscendi Dominum, aut obediendi, proposuit, sed cæcitatem inuexit, & ad inobedientiam incitauit. Quis igitur hunc hostem non irideat, quem stolidiorem suo iumento considerat? Si mundanorum, ô anima, hucusque secuta es vestigia, si quæ illi odio habuerunt, paupertatem, humilitatem, & infimum locum neglexisti, & quæ illi dilexerunt, rerum abundantiam, superbiam, & sæculi dignitates adamasti, iam cæcorum ductum sequi erubescet, & ad virtutis viam redire festina, ne à mundo victa in damnationis barathrum demergaris. Dole, & satage, vt ait Micheas, quasi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vsque ad Babylonem, ibi liberaberis.] Propera, inquam, è ciuitate mundanorum exire, etiam si dolorem, & tristitiam sentias, dum à rebus amatis seiungeris. Habita in ea regione, & in eo cordis statu commorare, qui ab improbis moribus mundi dissideat: & vsque ad confusionem procede, qua de pristina stultitia confundaris: & ibi quandam sanctam libertatem, mundi que contemptum experieris. Ne de vitibus tibi ad huius hostis victoriam tribuendis diffidas: quia hæc dicit Dominus: Surge & tritura filia Sion, quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam cereas, & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino vniuersa terra.] Surge, inquam, à cæno mundanarum vilitatum, & à desiderio eorum, quæ mundus amat, te libera. Aduersus ambitionem & superbiam pugna, & omnia splendida mundi contemptu contere atque comminæ. Ego enim dabo tibi duo cornua charitatis Dei, & proximi ferrea, quibus laudationes mundanorum speciosas euentiles: & vngulas areas, quibus terrena calces atque comminuas. Tunc autem populos salubri morte interficies, cum exemplo alios ad sæculi despectionem trahes; & immolabis Domino rapinas eorum, & fortitudinem illorum offeres, dum ea, quæ mundus amat, propter Dominum derelinques.

Quid autem de postremo hoste, & omnium pertinacissimo, scilicet de carne, dicam, nisi quod sicut gloriosissimum est illam vincere, ita iniquissimum ab illa prosterni: Caro enim peccato infecta, vis oculis sensualitatis & fomitibus illigata, necessitatibus, superuacuis occupationibus, & curis addicta, intellectum suis affectibus inordinatis excæcans, & voluntatem ad pessima, quæ eisdem affectibus querit, & amat inclinans non est digna vt animæ potiori nostri parti dominetur, sed vt more ancillæ eius imperio regatur. Corpus quidem quod corrumpitur aggrauat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem;] quia hoc corruptibile tabernaculum, quod gestamus, non solum sua mortalitate in ima propendet, sed impurissimis quoque, ac vanissimis desideriis miseram animam in compedes conicit, & à sua libertate, qua multa, & sublimia cogitaret, ad peccati consensum, & luctuosam seruitutem trahit. Anima contra, nisi velit desipere, hæc molem, non natura, sed affectu deponat, & ancillam in seruitutem redigat, ne præmium suæ dignitati promissum amittat. Illi enim non iam à parte multarum gentium, sed à creatore omnium gentium dictam

I. I. 1. 2.

Miche. 4. 10.

Ibid. n. 13.

Sap. 9. 15.

I. I. I. 2. n. 15.

Roma. 8. n. 20.

Num. 22. n. 28.

est: Ecce ancilla tua in manu tua est, utere ea, ut libet. Quin & ipsa Agar, quae (auctore Origene) carnem significat, audit nuncium Domini dicentem sibi: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius. Nam & caro doloribus nonnunquam affligitur, qui sunt velut clamores Domini, ut ad obedientiam animae reuertatur. Quam magna imbecillitas Dominum nobis carnem subiugantem non aspicere, & ighominiam ex obsequio ancillae dato procedentem non timere! Subdamus illam, quam Dominus in nostra potestate constituit, & nullo modo eius illecebris ac blandiciis adhaereamus. Videtur namque nobiscum ludere, aut nobis alludere, cum male blanda proponit, sed perfectionem armat, qua animae vitam, scilicet gratiam & puritatem reuelat. Denique cum vidisset Sara, (inquit scriptura) filium Agar Aegyptiae, id est impurum carnis appetitum ludentem cum filio suo, id est spiritu, & ei noxia proponentem, eius eiectione expectiuit. Sed audi Paulum quomodo istum ludum exponat: Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natus fuerat, persequeretur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Apage talem ludum, qui iustitiam persequitur, innocentiam interficit, & aeternam mortem meditatur. Et tu ergo, o auditor horum (inquit Origenes) non illam solum persecutionem putes, quando furore Gentilium ad immolandum idolis cogis: sed si forte voluptas carnis illiciat, si tibi libidinis alludat illecebra, haec, si virtutis es filius, tanquam persecutionem maximam fuge. Idcirco enim & Apostolus dicit: Fugite fornicationem. Sed si iniustitia blandiatur, ut personam potestis accipiens, & gratia eius flexus, non rectum iudicium feras, intelligere debes, quia sub specie ludi blandam persecutionem ab iniustitia pateris. Verum & per singulas malitiae species, etiam si molles & delicatae sint, & ludo sumiles, has persecutionem spiritus ducito, quia in his omnibus virtus offenditur. Profecto animi sapientis est hanc ancillam in officio continere, & eius filium impurum appetitum mortificationis studio frangere. Qui si spiritui noxia suadeat, & in suum consortium trahat, ex hac blanda persecutione spiritus, non aliud quam defectionem a Deo & peccati mortem accipiet.

Hi ergo tres hostes infestissimi nobis expugnandi & proterendi sunt, ne eorum mucrone confossi pereamus. Ipsi enim nunquam cessant in nostrum exitum conspirare, & nostram destructionem moliri. De diabolo audi quid dicat Apostolus & Propheta Ioannes: Proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanas, qui seducit vniuersum orbem. Seducit quidem desiderio, seducit conatu, licet iustos ei resistentes, & potius ad caelum, quam ad terram pertinentes non seducat effectu. De mundo vero, quo nomine impios significari diximus, non incongrue intelligitur illud Dauidis: Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam consilium fecerunt in vnum, dicentes: Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est qui eripiat. Nos interdum iniqui a Deo relictos vocant, & vana stultaque blaterant, ut in pusillanimitatem deiciant. Cum tamen ille, qui nunquam desedit sperantes in se, semper opem ferat nobis, & ad victoriam de hostibus obtinendam auxilia suppeditet. At affluos carnis insultus aduersus nos, quis non experitur? Tam terribiles profecto & importuni sunt, ut licet Paulus non dixisset, quia caro concupiscit aduersus spiritum, nos tamen eruditi proprio experimento eius concupiscentiae insultus satis perspectos habeamus. An his hostibus in nostram perniciem

A bellantibus dormiendum est? An confertis manibus sustinendum, ut temptationibus nos vulnerent, laceant, & tandem interimant? Non sane: sed potius decertandum est, ut eos tandem proteramus. Dauid namque personam iusti suscipiens, ita ait: Persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos. Ut scilicet iusti cognoscant, eorum munus non esse temptatione carere, sed temptationi repugnare, & nullo modo hostium suasionibus assentiri. Nec est, o homo, difficilis ista victoria, quam sola voluntate consequeris, & sine tuo consensu non amittis. Cum tres sint stanti imminentes stratores, inquit Bernardus, horum diabolus luore malitiae, mundus vento vanitatis, homo semetipsum pondere suae corruptionis impellit. Impellit diabolus, sed non euerit, siquidem illi tuum negaueris assensum. Denique habes: Resistite diabolo, & fugiet a vobis. Iste est, qui stans in Paradiso impulit inuidus & euerit: sed consentientes, non resistentes. Est & mundus impulsor, quia in maligno positus est: impellit omnes, sed solos euerit amicos suos, id est, contentanos sibi. Nolo esse amicus mundi, ne cadam. Nam qui vult esse huius mundi amicus, inimicus Dei constituitur, quo utique nullus grauior casus. Ex quibus satis claret, quam sit homo praecipuus impulsor sui, qui suo sine alieno impulsu cadere potest, alieno absque suo cadere non potest. Cuiam horum praecipue resistendum? Nempe huic, qui eum molestior, quo interior solus deicere sufficit, cum sine ipso alij possint facere nihil. O igitur magna felicitas, neminem in hoc bello cum hostibus animae nisi proprio consensu vinci, neminem nisi volentem peccato subdi, & a Deo bonorum omnium auctore separari! Et o magna infelicitas, si quis ita sit excors & pusillanimis, ut non vulneribus, non verberibus, sed solis clamoribus inuerecundis ad consensum praebendum adigatur? Homo ille, qui descendebat ab Hierusalem in Hietico non propria voluntate consentiens, sed iniurus a latronibus spoliatus est, & vulneratus, ac semiuivus relictus. Quid ergo si absque propria voluntate spoliari, ac vulnerari non possit, putas quia sineret se a latronibus tangi, & bonis omnibus nudum ac priuatum salute relinqui? Puto quia non erat tam osor sui, ut volens tantam calamitatem in seipsum iniiceret. Amentia ergo est nostrum praebere consensum, ut hostes nos spolient & vulnerent, & a praetij congressu, quod nobiscum ineunt, victores abscedant. Potius vincamus illos, & odium eorum in nos, non amore, sed odio soluamus, & quos aduersarios nostrae salutis nouimus, pedibus proterere & conculcare festinemus.

Tentationum victoria Deum in nobis
magnificari.

CAPVT V.



NON solum odium inimicorum humani generis ad vincendas temptationes nos excitat, sed multo magis amor erga Deum, quem, vincentes laetificamus, & in nobis glorificamus, ad diligenter curandam victoriam exulscitat. Mirum est quantis homo in hoc saeculo temptationibus impugnetur, quantis virtus in bonis, & in istis persecutionibus atteratur, quas Dominus iustorum amator permittit, ut ex illis tum suorum salutem & praemia cumulatissima, tum

sui

sui laudem & gloriam eliciat. Facile quidem erat illi iustorum vitam, ac tempora ita disponere, ut tranquillitate fruere, & cœlum non semper turbidum, sed clarum ac serenum aspicerent. Nec aduersaretur facilitati voluntas illius Patris piissimi, qui conducibilia nobis semper exequitur, nisi tantæ tranquillitati, ac serenitati noster profectus spiritualis obstitere. Quam frequens, & molesta tentationum turba nos semper impugnat! Audi, si placet, Cyprianum, ut eam sanctissimi, & disertissimi patris eloquentia describam accipias. Ceterum, inquit, quid aliud in mundo, quam pugna aduersus diabolum quotidie geritur? Quam aduersus iacula eius, & tela conflictationibus astiduis dimicatur? Cum auaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est: cum carnalibus vitiis, cum illecebris sæcularibus assidua & molesta luctatio est. Obsessa mens hominis, & vndique diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, violentia inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abscondit. Cogit maledicere quod diuina lex prohibet: compelleris iurare quod non licet. Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus virgetur, & delectat hic inter diaboli gladios diu stare, cum magis concupiscendum sit, & optandum ad Christum, subueniente velocius morte, properare. Hæc ille. Istud ergo tam acre, tam importunum bellum amat Deus in nobis, utique ut glorificetur in nobis, Eum sacri scriptores ipsius spiritu afflati prætorum amicum esse demonstrant. Moses enim ait: Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius. Curus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare. Et Jeremias: Dominus mecum est, quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent, & infirmi erunt, confundentur vehementer. Ideo autem pugnator & bellator vocatus est, quoniam sicut duces militia, victoria suorum militum gloriam sibi comparant, & eosdem milites diuitis, hostiumque spoliis multiplicat: ita & Dominus iustos per victoriam tentationum ditat, & sibi metipsum magnam glorificationem acquirit.

Sed quæ est ista gloria, quam Dominus ex victoria à nobis ex nostris hostibus comparata, reportat? Illa sanè, quod infirmis, ac ineptissimis instrumentis aëreas potestates confundit & proterit, & totum infernum non ære & ferro, sed leuissima palea frangit atque prosternit. Quibusnam titulis sanctus Iob humanam potentiam nobilitat? Contra folium, quod vento rapitur, inquit ad Dominum, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris. Hominem vocat folium instabile & leuissimam stipulam, quam non solus turbo, sed vel leuis aura rapit atque dispergit. Sed ò ineffabilis potentia Dei, ò diuinæ gloria maiestatis, quod instabili folio stabilitatem attribuit, & vilissimæ paleæ robur, firmitudinemque concedit, ut ferrum frangat, ut turbini tentationis resistat, & diabolum ac vniuersos eius milites tremefaciat, & in turpem fugam conuertat. Gloria quidem Domini fuit, quod [virga Aaron] versa in columbrum [deuorauit virgas] maleficiorum Pharaonis. Sed ecce maior gloria hæc, quod non virga sed stipula ferrum deuorat, & demones vastat, atque comminuit. Gloria Domini fuit quod [Gedeon trecentis tantum viris] castra [Madian] in fugam conuertit. Sed ecce illustriorem gloriam, quod non trecentis viris, sed vno adulescentulo demonum acies, & vna virgula hostium animæ conatus euerit. An non

A Dominus glorificatus est, cum David acceptis quinque [limpidissimis lapidibus] de torrente, [Philistæum] interfecit; & cum Samson in maxilla asini, & in mandibula pulli asinarum deleuit Philistæos, & percussit ex eis mille viros? Sed ò quam maior gloria cum homunculo infirmissimo diabolum vincit, & omnia castra iniquarum potestatum timore concutit, & se ab homine victa esse, fatere compellit. Planè completur illud quod dicit Dominus per Dauidem: Inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me. Dum enim hominem quasi iam extinctum eripit de ore leonis, & supra leonem erigit, & leonis vires homine iam pene deuorato confringit, ingentem sibi apud omnes honorem, & gloriam ex hac mirabili mutatione conquirat. Cuius subita mutationis meminit Sophat Naamathites apud Iob, cum ait: Et quali meridianus fulgor confurget tibi ad vesperam, & cum te consumptum putaueris, orieris ut lucifer. Exponat hanc sententiam Gregorius. Fulgor, inquit, meridianus in vespere est virtutis renouatio in tentatione, ut repentino charitatis feruore mens vigeat, quæ iam, iamque lumen sibi gratiæ occubuisse formidabat. Et iustus, cum se consumptum putauerit, ut lucifer oritur, quia mox ut tenebescere tentationum caligine cæperit, ad lucem gratiæ reformatur, & in se ipso monstrat diem iustitiæ, qui casurus paulo antè timuit mortem culpæ. Hæc Gregorius multis interpositis omisit. Quis non in hac tam stupenda mutatione Deum ex toto corde glorificet? Quis non cantet in viis Domini, quoniam magna est gloria Domini? Qui infirmos roborat, ut robustissimis hostibus resistent: qui pusillos erigit, ut magnos superexcellant: qui infirma mundi eligit, ut fortia quæque confundat.

Permittit ille aduersarios nostros ex antris & cauernis exire, ut superbiam diaboli, potentiam mundi, & ferociam carnis humana imbecillitate deiciat. Illi cogitationes iracundas, aut superbas, aut impuras excitant, & vitia prauis actibus radicata oblati peccandi occasionibus armant, ut virtute Domini impugnati in nobis intereant. Quæ virtus tanto illustrior & gloriosior apparet, quanto infirmioribus instrumentis insuperabiles hostes interficit. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenenum, & appareuerint omnes, qui operantur iniquitatem: ut intereant in sæculum sæculi: tu autem altissimus in æternum Domine. Oriantur ut occidant, ostendant se hostes nostri, ut statim intereant: intereunt verò, ut in nobis Dominus sublimis & gloriosus appareat. Vnde Dorotheus hunc eundem locum explanans, sic ait: Peccatores, qui ut fenenum oriuntur, sunt impura cogitationes. Est enim debile quid, & infirmum fenenum nullam habens potentiam. Cum igitur oriuntur in anima vitiose cogitationes, tunc apparent omnes, qui operantur iniquitatem: quæ sunt ipsa vitia, ut intereant in sæculum sæculi. Cum enim apparuerint vitia ante concertatores & athletas, statim ab eis perimuntur. In hac tam felici hostium occisione, quis non videat quoniam tu altissimus in æternum Domine? Altissimus (inquam) ostenderis, & gloriosissimus commoueris, qui lepuleculo inuulnissimo, id est homine timidissimo fortes & audaces inimicos interimis. Nam si gloria tua fuit, quod culicibus, & ranis, & similibus animalculis Egyptum afflixisti, & pro tuo populo decertasti, quare non erit gloria tua, quod pueris, & puellis, & hominum infirmitate bestias hostium nostrorum illigas, ac coram orbe terrarum victas & irritas ostendis. Alleuia ergo & nunc manum tuam super gentes alienas ut videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu

1. Reg. 17. 49. Iudic. 15. 16.
Psal. 49. 15.
Iob. 11. 17.
Greg. 10. mor. cap. 11.
Psal. 137. 5.
1. Cor. 1. n. 27.
Psal. 91. 8.
Dorotheo. do. 13.
Ecl. 36 3.

Cyp. lib. de mor. tal.

Exodi 15. 3.

Ierem. 10. 11.

Iob 13. 25.

Exodi 7. 12.

Iudic. 7. 6.



corum, dum nos ab hostium rabie liberas sanctificatus es in nobis, sic & in conspectu nostro] dum eos viceris manu nostra, manu scilicet imbecilla [magnificaberis in eis.] Magnificatur itaque Dominus in hostibus nostris, id est, magnus & excelsus ostenditur, quoniam hominem ex terra conditum, & infirmitate circumdatum, sic roborat, ut hostes fortissimos se importunè insequentes effugiat. Parum est hoc: ita roborat, ut eos hostes victos in turpem, & timidam fugam conuertat. Parum adhuc est istud: ut ipsos hostes homo sibi subiugat, atque ut mancipia bello capta suis vrbibus, ac animarum profectui seruire faciat. In quo simul iustitia & miseratio conditoris elucet, qui hostes iniuste aduersus nos insurgentes duriter punit, & nos parta victoria in conspectu vniuersorum extollit. Ad quod fortè respiciebat Deborah, quando canebat: Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ Domini, & clementia in fortes Israël.] In hac victoria, quam de hostibus nobis infestis accipimus, narrentur iustitiæ Domini, quoniam eos non per corporis robur, sed per animi iustitiam vincimus. In aliis enim gentibus, ut ait Origenes, qui corporis robore fortiores sunt, illi potentes dicuntur in prælio: In Israël verò, hoc est, in bonorum populo, qui iustiores sunt, ipsi potentiores dicuntur in bellis: quia iustitia etiam si viribus infirma sit, vincit: iniustitia verò, etsi multos & validos pugnatōres habeat, superatur.] Narrentur etiam iustitiæ Domini, quoniam hostes in nos insurgentes castigat propter molestias, quas nobis intulerunt: non tamen obliuioni tradantur clementiæ in fortes Israël. Nam victores Israël, id est, iustos clementer respicit, benignè suscipit, largiter præmiatur, ut de suis victoriis in æternum exultent.

Iam si quis est amator Dei, & diuinæ gloriæ cupidus, quàm ardentè victoriam hostium concupiscet? Quàm strenuè cuique tentationi insurgenti resistet, ne ob suam negligentiam, hanc gloriam verè magnā inimici furtipiant? Si gloriosum est cum vincētib; vincere, cum expugnantibus arcem hostium, eam fortiter expugnare, cum bellantibus ob gloriam regis terreni, bellare, & manus conferere, & gloriæ comparandæ diligenter insistere, quàm gloriosius erit, atque præstantius cum expugnantibus regni cælestis dæmonem, mundum, & carnem vincere, & glorificationi Domini cooperari? Magna gloria est, esse instrumenta gloriæ Dei, & ut, quasi digito signari possimus, quòd laudes Domini operibus sanctis proueximus, & nostra fidelitate, qua, ob amorem eius, aduersariis resistimus, ipsius gloriam in cordibus hominum cumulauimus. Nam si gloria est terreni regis alicum ita habere fidelem ut delicias mundi, & honores, ac opes contemnat, ne vel in modico regi displiceat, Dominus etiam pro gloria habet, quòd iusti omnia terrena despiciant, & inimicos ea tentatione offerentes irideant, ne vel tantillum à lege ipsi imposita, & à Domini voluntate discedant. An Dominus labores, & victorias suorum, quibus glorificatur in eis præmio, ac mercede vacuas dimittet? Nullo modo. Immo, ut est in Zacharia: In die illa, dicit Dominus percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super domum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate.] Vide iterum illud impletum: Ibi narrentur iustitiæ Domini, & clementia in fortes Israël.] Nam iustitiæ Domini sunt, quòd ascensorem equi, id est, diabolum in amentiam vertit, qui quasi amens præ furore redditur, dum nihil aduersus iustos proficit, & omnem equum, id est,

A omnes eius administratos percutit stupore & cæcitate: quia stupent videtes humanam imbecillitatem tantæ potentie resistere; & manifestè delirant atque cæcitiunt, dum volunt, quos Deus tuetur deicere, & quos defendit, superare. Est autem clementia in fortes Israël, quòd super eos aperit Dominus oculos suos, ut eos in tétatione protegat, & post tétationem victam præmio semper duraturo eorū in vincendo labores exoluat. Audi tamen adhuc clementiam Domini in fortes Israël. Stillabunt, inquit Propheta, montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt.] Montes & colles, (quod alio loco diximus) ierui sunt. Horum autem fertilitatem quidnam præcedit? Certè illud: Ecce dies venient, & comprehendet arator messorem, & calcator vna mittentem semen.] Hæc omnia non aliud significant in proposito, quàm tentationem sustinentiam, quibus terra nostri cordis exercetur, profcinditur, atque calcatur, ut fructus æternæ vitæ fructificet. Si ergo ut terra bona, & optima semen diuinæ inspirationis accipimus, & tentationibus, ac pressuris culti non peccatorum sterilitate respondemus, sed fructum virtutis ferimus; tunc dulcedinem diuinæ consolationis stillabimus, & vt colles bene culti, pulchri & formosi in conspectu Domini apparebimus. O clementiam conditoris nostri in fortes Israël, qui eos tentationibus profcindit & calcatur, non quidem vt hostium pedibus proterantur, non vt gladiis tentationum vulnerentur, sed vt ex humiliatione ad gloriam, & ex ictu hostis ad sanitatem perueniant! Quorum sanitas, & exaltatio tota cedit in gloriam eius, qui post tempestatem tranquillum facit, & post lacrymationem & sterum, exultationem infundit.]

Tentationum victoriâ nos Sanctorum coronam obtinere.

C A P V T V I.



MNES quotquot in hac mortalitate versamur, pacem cupimus, requiem optamus, molestias ac perturbationes fugimus, & nemo est, qui non ad brauium & coronam aspiciat. Insuper namque nobis est à natura beatitudinis amor, siue in hoc, siue in alio sit posita, quam vt nostrum appetitum satiantem, apprehendimus, & ideo non in bello, sed in pace, non in motu desiderij, sed in requie possessionis eam collocatam, esse putamus. Hoc autem est inter sapientes & insipientes, id est, inter bonos malosque discrimen, quod hi in requie & tranquillitate falsa, illi verò in vera atque secunda, quam nullus euentus succidit, nulla vis impugnationis intrerunt, felicitatem inquirunt. Impij fallaci opinione delusi, ac rerum visibilibus amore decepti, intra semetipsos non semel dicunt: Beatum populum, cui hæc temporalia adsunt:] at iusti supernaturali luce eruditi pronunciant: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.] At Deus beatitudo, ac corona iustorum eadem via obtinendus est, qua iusti ac sancti viri eum obtinuerunt, & ad eius regnum, in quo ipse se animabus sanctis ostentat, feliciter properarunt. Ecce ego facio noua, ait Dominus, & nunc orientur, utique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in inuio flumina.] Operuit ille antiquas vitiorum vias, per quas homines tendebant in barathrum, & noua beneficia in filios Adæ contulit, quæ in lege gratiæ, velut rosæ pulchræ & suauè olentes, exorta ab omnibus cognoscuntur. Ea verò qua-

Iudic. 5.
11.

Origenes.
hom. 6. in
lib. iudic.

Zacharia.
12. 4.

Iudic. 5.
11.

Amos 9.
13.

Ibid. 12.

Tobias 3.
22.

Psal. 143.
15.

Psal. 143.
15.

Isaie. 43.
19.

nam sunt: Certè quod in deserto huius mundi posuit beatitudinis viam, & cœli semitam demonstravit, quam omnes sancti ac iusti triverunt, quam nos quoque ingredi debemus, si simile præmium habere contendimus. Non errabimus autem si hanc viam, tentationum victoriam appellemus. Paulus enim ait: Quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei: & per eas intramus, quas per patientiam superamus, & per contemptum prosperitatum & aduersitatum euincimus. Et Dominus duobus illis discipulis Emauentem pergètibus dixit: Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Quasi passiones victæ, & tentationes superatæ sint ianua gloriæ, ac regni cœlorum. Ioannes etiam in sua reuelatione id clarissimè manifestat. Hi sunt, inquit, qui venerunt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine Agni. Ex hac verò tribulationum ac tentationum victoria, quod emolumentum reportauerint, subiungit, dicens: Ideo sunt ante thronum Dei, & seruiunt ei die ac nocte in templo eius: & qui seder in throno, habitabit super illos. Tribulatio ergo magna nos ante Dei thronum inuehit, & lotio, ac dealbatio indumentorum nostrorum in sanguine Agni, quæ tentationum sustententiam significat: nam ea quotidie animas nostras abluunt atque dealbat, nos in templo Dei, ubi ipsi seruiamus, & eo perfruamur, inducit. Ac proinde meritò velum tabernaculi, quod ante arcam testamenti pendebat, ex purpura, coccoque bis tincto, & ex bysso retorta, atque hyacintho conficitur, quoniam pœnæ in purpura & bysso, & præmia in hyacintho signata ita debent commisceri, vt ex pœna ad præmium, & ex tribulatione ad gloriam transeamus. Gaudium natalis hominis, dolor partus præcedat necessè est; nam mulier cum parturit, tristitiam habet, quia venit hora eius, hora, inquam, in qua vita periclitatur, nisi natura vim doloris, & partus miseriam euincat, cum autem pepererit puerum, iam nõ meminit pressuræ propter gaudium. Bellum præcedit pacem, quietem motus, & serenitatem seuuata npeitas: & vno verbo, labor via est, qua postea quiescimus, & in requie nos collocamus. Sic prorsus tentatio semita quidem est principio fati arcta & angusta, quæ temporis successu se aperit atque dilatat, & nos ambulantes per eam, ipsamque pedibus conculcantes, & robore gratiæ vincentes, in regno cœlesti constituit.

Iustus ergo, & sanctos omnes Dominus tentari permisit, vt per tentationum victoriam, tanquam per cœli viam in cœlum ascenderent. Qui dum in hac degunt mortalitate, non possunt cantare secunni carmen Mariæ sororis Moïsi: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem proiecit in mare. Hoc enim canticum virgò illa post transitum omnino mare, & suffocatos hostes decantauit. Sancti verò, dum viuunt, nec maris transitum peregerunt, nec hostes suos penitus extinctos & suffocatos viderunt, & ideo canticum obtentæ omnino victoriæ decantare non valent. De his, qui iam obierunt, inquit Iob: Non audierunt vocem exactoris, id est, vocem tentantis diaboli, aut mundi, seu carnis ad malum trahentis, & consensum peccati, quasi vestigal exigentis. Qui autem in viuis adhuc sunt hanc exactoris vocem audiunt, iusti autem erunt, si eam non exaudiant, neque in malum obiectum sibi consentiant. Huius exactoris vox, id est, diaboli, inquit Gregorius, est tentatio miseræ suggestio. Audimus autem vocem exactoris, cum eius tentatione pulsamur, sed non exaudimus, si pulsanti resistimus. Audit enim quitentationem sen-

tit, exaudit verò, qui tentationi consentit. Dicatur itaque de iustis, non exaudierunt vocem exactoris, quoniam suggestionem eius & si audiunt, quia tentantur, non exaudiunt, quia consentire cõemnant. Pharaos filios Israel fugientes & Egyptum deserentes insequitur, qui imago est aduersarij humani generis, nã quos tenebras suas, & peccata sua fugere conspiciunt, iterum comprehendere & captiuare contentidit. Nec quantumuis eum iusti fugiant, de victoria desperat, sed licet videat domum cordis eorum scopis mundatam & ornatam, vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, vt si detur illis aditus, ingressi habitent ibi. Quod Iob contemplans ait: Ecce absorbebit fluuuium, & non mirabitur: & habet fiduciam, quòd in fluat Iordanis in os eius. Per fluuuium, vt Gregorius autumat, peccatores, & per Iordanem viros iustos intelligit: vnde est ac si dicat: Postquam peccatores deglutierit, eorum stragem parui pendet, nisi etiam iustos glutiat & deuoret. Malis quidem velut cibus sibi gratis libenter vescitur, sed bonos, quasi cibos suauiores & pretiosiores vehementius appetens, eos vt comedat, tentationibus, & impulsibus ad malum prouocantibus sibi parare conatur. Hos saepe magis tentat, vt dextrum cornu Ecclesiæ, vbi plus est roboris, atque virtutis vehementius impugnet. Nec Bernardus id diffidet explicans illud Psalms: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Quod, ait, si magnum illud Ecclesiæ corpus considerare libet, facile satis aduertimus, longè acrius impugnari spirituales viros ipsius Ecclesiæ, quàm carnales: quæ nimirum duo eius latera dextrum finistrumque puto, non inconuenienter accipimus. Agit hoc sanè superba semper inuidiosa malitia, perfectioris quosque vehementius pulsans, iuxta illud: [Esca eius electa.] Et iterum: Habet fiduciam, quòd Iordanis in fluat in os eius. Agit inquam, & si non sine certa diuini dispensatione consilij, quod quidem nec imperfectiores supra id, quod ferre possunt tentari permittit, faciens cum tentatione prouentum, & perfectioribus non modò gloriosiores, sed numerosiores parat ex hoste triumphos. Tentantur itaque iusti, id ordinante diuina prouidentia, non vt cadant, sed vt de hoste triumphos. Lapidis viui sunt, ex quibus ciuitas cœlestis extruitur; quare in hoc mundo quasi in lapidicina tentationibus, & aduersariorum icibus poliuntur. Ipsi veri sunt Israelitæ, non carne, sed spiritu, quibus promissio Abrahæ, & semini eius sublimiori sensu seruata est, quos Pharaos, id est diabolus, dum magis proficiunt, & magis à Domino visitantur, impotentiùs aggreditur. Videt Dominus, & tacet, atque dissimulat, vt gloriosius eos è captiuitate in libertatem, è seruitute in æternam dignitatem educat.

Persecutiones quidem tyrannorum transferunt, & tortores, qui lacerabant corpora nostra, cessarunt, & cum suæ crudelitatis instrumentis, sunt ipsi consumpti; at non cessauit necessitas, & obligatio pugnandi iis, qui cum martyribus similem adepti sunt immortalis gloriæ coronam. Ac proinde meritò illis dicit sanctus Dauid: Timete Dominum omnes sancti eius, quoniam nõ est inopia timentibus eum. Timete, inquam, Dominum, quoniam timor Domini pellit peccatum, ad quod tentationibus prouocamini. Timete Dominum, quia timor sanctorum non solum ob pœnam, sed etiam ob malum offensæ vulnus à tentatore insidendum declinat. Timete Dominum sancti, quoniam timor sanctus ianna est amoris, quæ præceptis Dei patens, offensis autem eius semper clausa reperitur. Non eos, qui perseuerauerunt vsque in finem, timere hortamur, inquit Ber-

Exodi. 14. 5.

Luce 11. 26.

Iob 40. 18.

Greg. 33. mor. c. 6.

Psal. 90. 7.

Bern. ser. in Psal. qui habitant.

Habac. 1. 16.

Iob 40. n. 18.

Psal. 33. 10.

Eccle. 1. n. 27.

Act. 14. 27.

Luce 14. 26.

Apocal. 7. 14. 15.

Exod. 26. 31.

Ionn. 16. 21.

Exodi. 15. 1.

Iob 3. 18.

Gregor. 4. mor. c. 31.

Bern. ser. 9. omniu. Sanctiorii. Ephes. 6. 12.

Psal. 49. n. 4.

Iob 33. n. 19.

Leo. ser. de Mahabaii.

nardus, quia scriptum est: iam non erit timor in finibus nostris. Illis potius dicebamus sanctis, quibus custodia multiplex necessaria est pro multitudine periculorum. Siquidem non est illis colluctatio aduersus carnem & sanguinem tantum, sed aduersus principatus quoque & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiae, in caelestibus.] Egent plane custodia, qui tam multipliciter non modo cominus, sed eminus appetunt: & ubi tot pugnae foris, non debent intrus deesse timores.] Iustus ergo timendum est, quoniam nunquam illis in hac vita securitas a tentatione est. Locum etiam quietis & pacis, permittente Domino, aduersarius spinis & tribulis seminat, ne animus secure dormiat, sed tentationum punitionibus stimulatus, pauidus requiescat. Ideoque Dauid ait: Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.] Nam in hac vita, quae infirmitas & imbecillitas quadam est, stratum, id est, quies in turbationem vertitur, dum etiam occulta & a negotiis libera, in quibus paulatim solemus, impulsu alicuius tentationis turbantur. Et experimur illud quod ait Iob: Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit:] nam in loco quietis, & pacis tentationem sentimus, & ossa virtutum exiccari vento venti impugnationis pertimescimus. Ecce tortores licet non ita saui externo aspectu, ut illi qui corpora trucidabant, at multo magis importuni, quos hucusque tolerat Dominus, & vsque in finem saeculi tolerabis, ut iustus gloriae coronam fabricet. Quos animadvertens Leo Papa, elegantissime, ut solet, ad pugnam cum illis incundam instigat. Qui putas, inquit, qui uisisse persecutionem, & nullum tibi cum hostibus esse conflictum, intimum cordis tui scrutare secretum, & omnes recessus animae tuae diligens explorator ingredi, & vide si nulla te impugnat aduersitas, si nullus tyrannus vult in mentis tuae arce dominari. Noli cum auaritia pacem firmare, & iniquorum quaestuum incrementa contemne. Superbiae concordiam nega, & magis time in gloriam suscipi, quam in humilitate calcari. Dissociare ab ira, ne dolore inflammet inuidia, cupido vindictae. Renuntia voluptati, auertere ab immunditia, pelle luxuriam, fuge iniquitatem, omitte falsitatem, & cum videris te multiplicem habere pugnam, tu quoque imitator martyrum, numerosam quare victoriam.] Hos aduersarios saepe sentimus, & in pace corporis positi a bello mentis non cessamus, quia necesse est ad praemium victorum accipiendum, ut prius pugna & lucta probemur.

Sancti itaque omnes tentati sunt, & quia sancti, non victi, & quia non victi, corona donati. Quare tentationum victoria eos in caelum extulit, & in aeternae coronae possessionem inuexit. Nos igitur eandem ingrediamur viam, ut post adeptas gloriosas de hoste victorias, cum ipsis pariter coronemur. Vanus puerorum timor & mulierum pusillanimitas, qua statim fugiunt atque succumbunt, fortium coronam non obtinet, & praemia eorum, qui fortiter dimicant & tandem vicerunt, victus a diabolo, & impetu alicuius peccati prostratus non arripit, sed sempiternam sibi infamiam coemit. Quomodo Apostoli exaltati sunt: Vincentes diabolum, idololatriam destruentes, fidem disseminantes. Quomodo martyres coronati? In fide perseverantes, & principes terrae ac eorum tormenta contemnent. Quomodo pontifices & doctores laudati? Magna, immo incredibilia pro gloria Domini aggredientes, & humanam fragilitatem superantes. Quomodo confessores & anachoretae sanctificati sunt? Superbiam iridentes, ambitionem conculcantes, & inter homines Ange-

lorum more viuentes. Quomodo virgines coronam adeptae: Carnem domantes & saeculi delicias respicientes. Et nos more lepuculorum in fugam versi, & voce tantum hostis exterri, & primo eius congressu calcati ad illorum gloriam peruenimus, & victorum fertis coronabimur? Quis tantam stultitiam non cum indignatione audiat, aut potius, quis talem proccacitatem audire sustineat? Dies saeculi a vesperi incipiunt, & in mane finiuntur: factumque est vesper & mane dies vnus:] quia vesperam tentationis a nobis victae, aurora coronae sequitur, & post pericula nobis serenitas demonstratur. Nisi praecesserit pugna, inquit Cyprianus, non potest esse victoria, cum fuerit in pugnae congressione victoria, tunc datur vincitibus & corona. Nam gubernator in tempestate dignoscitur, in acie miles probatur. Delicata iactatio est, cum periculum non est: conflictatio in aduersis, probatio est veritatis. Arbor, quae alta radice fundata est, ventis incumbentibus non mouetur: & nauis, quae forti compage solidata est, pulsatur fluctibus, nec foratur: & quando area fruges terit, ventos grana fortia & robusta contemunt, inanes paleae iatu portante rapiuntur. Sic & Apostolus Paulus, post naufragia, post flagella, post carnis & corporis multa & grauia tormenta, non vexari, sed emendari se dicit in aduersis, ut dum grauius affligitur, verius comprobetur. Datus est mihi, inquit, stimulus carnis meae, Angelus Satanae, qui me colaphizat, ut non extollar: propter quod Dominum ter rogavi, ut diceret a me, & dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur.] Quando ergo infirmitas, vel imbecillitas, & vastitas aliqua grassatur, tunc virtus nostra perficitur: tunc fides, si tentata perstiterit, coronatur; licet scriptum est: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis.] Vide quantis, & quam apertis similibus Beatissimus hic pater, & sanctissimus martyr ostendat, tentationum sustentiam atque victoriam iter esse ad consequendam, arripendamque coronam! Omnia enim, tum natura genita, tum arte confecta primo laborant, postea quiescunt; principio contrariis resistunt, deinde vincunt; tandem gaudio victoriae perfruuntur: & idem in operibus gratiae ordo modusque seruat. Labora itaque ut in fine quiescas, resiste vitis, & impugnationibus diaboli, & omnium aduersariorum animae te constanter oppone, ut resistendo, & contrahendo victoriam obtineas, & ex victoria ad praemia victoribus destinata peruenias. Absurdum est enim, & plane ignominiosum inter laborantes ociari, inter perseverantes fugere, inter stantes occumbere, inter fidelitatem seruantes a Deo desiscere, & fidelem non esse, & cum laborantibus, perseverantibus, & stantibus, velle post turpem fugam, & infamem coram hostibus casum, ab agonothea coronari.

Hominem ad tentationum victoriam a Deo, Angelis, & Sanctis iuuari.

CAPVT VII.



N bellis visibilibus atque terrenis, multi victorum gloriam, & fortium praemia considerantes, victoriae desideris accendantur, sed propria imbecillitate pressi, & viribus aduersariorum exterri, & aliorum auxilio destituti, ab eo, quod cupiebant, aggrediendo

desi

Gen. 1.5.

Cyprian. de mort. salu.

2. Cor. 12. n. 7.

Eccle. 27. 6.

1. Reg. 17.
24.

desunt. Sic Israhelita viso Philistæo, & sermonibus eius auditis, quibus exprobrabat agminibus Israhel, fugerunt & absconderunt se ab hostibus suis, quia inualidiore ad pugnam cum illis semetipsos considerarunt.] An eadem est causa nostra, ut à pugna cum aduersariis animæ nos subtrahamus, & victoriam consequi desperemus? Nullo modo: immò si res ista attentè consideretur, validissimam manum pro nobis pugnantem videbimus: quæ potentissimè conatibus hostium nostrorum obsistat. Eliseo quidem in ciuitate Dothan, Syrorum acie circumdato, famulus eius timere cæpit, & periculum imminens inclamare: Propheta verò orauit, dicens: Domine aperi oculos huius, ut videat, qui accepta luce diuinitus, & videns copiosum Angelorum exercitum in circuitu Elisei, omnè metū curamq; deposuit.]

4. Reg. 6.
17.

Domine, aperi obsecro oculos nostros, & videamus semel quis nos aduersus diabolum iuret, quæ auxilia ad victoriam comparandum suppeditet, ut in anem timorem abiiciamus, & ad vincendum incitemur.

4. Reg. 6.
17.

Zachar.
4. 5.

Eliseum Angeli à Domino in auxilium missi cingebant, at nos Deus ipse fortis ac potens circumdat, & insuperabili sua potentia suffulcit. Nam & hoc significat vaticinium Zachariæ: Absque muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominum, & iumentorum in medio eius. Etego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu.] Illa quidem terrena Ierusalem non carebat muro, sed tanta erat ciuium multitudo, ut plurimi eorum extra muros habitarent, qui tamen securi & lati viuebant, quoniam protectione Domini cingebantur. Ita prorsus in Ecclesia, cuius vrbs illa fuit imago, quidam intra murum habitant, nempe nos religiosi, qui regulari obseruantia cingimur, quidam extra murum, scilicet sæculares, qui non tanta vitæ circumspectione, nec status cautela delectantur. At omnibus tam hominibus, quam iumentis, id est, tam sapientibus, quam insipientibus, modò ipsi velint, Dominus est murus igneus, qui eos ab insurgentibus tentationibus sua protectione defendit. Vnde alibi de eadem Hierosolyma scriptum est: Quoniam montes in circuitu eius, & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nunc, & vsque in sæculum.] Murus quidem igneus est tibi Dominus, ò anima mea, quoniam ignis illuminat, & tenebras ignorantia discutit: Dominus autem illuminatio mea, ignis calefacit, & frigus torporis & infirmitatis consumit, Dominus autem salus mea. Cur ergo Syros timebo? Dominus protector vitæ meæ, cur demones iam ab ipso victos trepidabo? Non itaque putandum est nos esse in manibus hostium derelictos, aut solos, & subsidiis vacuos contra illos decertare, quia Dominus ipse pugnat pro nobis,] ut in Exodo scriptum est, adeò ut causa mortis, aut vulnerum nostrorum non sit auxiliorum diuinorum vacuitas, sed hominis auxilia contemnentis infida & peruersa voluntas. Quamobrem meminerimus semper sententiæ hominis Dei, qua dixit ad Amasiam: Si putas in robore exercitus bella consistere, superarite faciet Deus, ab hostibus Dei quippe est, & adiuuare, & in fugam conuertere.] Nec putemus nos, ne superemur, aduersus insidias diaboli humana virtute pugnare, sed auxilio Domini nixi dimicare, sustinere, & inimicos vincere. Ipse enim, & nos ad bellum roborat, & hostes animæ fugat. Sic certè cogitabat Israhelitarum populus, qui auditis conatibus Holofernis non in armis, sed in humillima deprecatione confidit. Conuersusque ad communem humani generis adiutorem, in hunc modum deprecatus est: Dominus Deus cæli & terræ, intuerè superbum eorum, & respice ad nostram humilitatem,

Psalm. 124.
5.

Psalm. 26.
1.

Exodi
14. 14.

1. Paral.
15. 8.

Iudith
6. 15.

A & faciem sanctorum tuorum attende: & ostende quoniam non derelinquis præsumentes de te, & præsumentes de se, & de sua virtute gloriantes humilias.] Hos fideliter imitemur, & cum tentamur, ad Deum tanquam ad adiutorem nostrum, & vnica nostræ spei anchoram recurramus. Sitque nostra fiducia illa Michææ: Exaltabitur Domine manus tua super hostes tuos, & omnes inimici tui interibunt.] Nostra verò oratio ita se effundat: Iudica Domine nocentes me, expugna impugnantem me. Apprehende arma & scutum, & exurge in adiutorium mihi, & cætera, quæ sequuntur. Quæ Dominus audiens, statim adierit, & quam petimus de hostibus liberationem, conceder.

Michæa
1. 9.
Psalm. 34.
1. 23.

B Considerandus tamen est modus, quo Dominum adiutorem experimur, ut eo cognito, læti maiorem de obtinenda victoria fiduciam concipiamus. Ipse quidem intelligentiam docet, voluntatem in spem erigit, fortitudinem subministrat, remedia suppeditat, vires aduersarij ligat, impugnationem extenuat, & tandem tentationis bellum in pacem conuertit. O auxiliator fidelissime, verè adiutor in opportunitatibus, in tribulatione,] quam multis ac mirabilibus argumentis manifestas, quoniam tu adiutor & protector noster es, & quòd aduersarios tuis viribus superamus, ex nostra verò imbecillitate ac pusillanimitate vincimur. Dominus autè intelligentiam docet lege, præceptis, scripturis, & instinctibus suis, necnon & Prælatorum ac maiorum doctrina, ut sciat, quod malum ab aduersario proponatur, & quis laqueus nobis alia cogitantibus præparetur.

Psalm. 9.
10.

C Ideoque [Deus] dicitur [lux,] nam sicut lux occulta detegit, ita ipse laqueos & tendiculas aduersariorum reuelat. Docet etiam quomodo nobis pugnandum sit, & arma arripienda præscribit. Quod beneficium certè maximum commemorat Dauid, cum ait: Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum arcum, brachia mea. Dedit mihi clypeum salutis tuæ, & mansuetudo tua multiplicauit me.] Manus docet, & brachia componit: manus quidem docet, ut hostem cominus accedentem iustus feriat, & brachia in modum arcus tendit, ut aduersarium eminus pugnantem auertat. Offert ipse clypeum salutis, nempe protectionem suam, qua à tentatione seruamur, & nostra merita sua mititate multiplicat, dum nos cadentes erigit, præstatque ut ex casibus nostris, ac susceptis aliquando vulneribus nostram infirmitatem agnoscamus, & humilitatem ad proficiendum maxime necessariam cumulemus.

1. Ioan. 1.
5.

2. Reg.
22. 35.
36.

D Illuminato autem intellectu, voluntatem in spem vincendi erigit, quæ aptimè utilis est ad victoriam in bello consequendam. Sæpe aduersarios nostros multos & fortes nouimus, & nos infirmos & impotentes aduertimus, & tamen intus in corde, Domini verba sentimus: Certè vidisti omnem multitudinem hanc nimiam? Ecce ego tradam eam in manu tua hodie, ut scias quia ego sum Dominus.] Hodie, id est, in hac vita, aspiciamus sæpe hostes nostros proffigatos atque subiectos, & Dominum verè omnium Dominum esse cognoscimus, cui etiam aëreæ potestates & bestia terre, id est, bestiales affectus nostri cordis obediunt. Et (quòd certè mirabile est) ipsum ante obtentam victoriam audimus, dicentem: Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis.] At qui ante victoriam mercedis nobis dandæ recordatur, certè eam ab humana fragilitate obtinendam pollicetur.

3. Reg.
10. 13.

Gen. 15. 1.

E Sed erecta per spem voluntate, nos fortes, & alacres ad dimicandum reddit: nam quis non fortiter se gerat dum videt se ab aduersariis timeri? Et quis non

Nahum 1.7.

Osee 13. 1.

Hier. lib. 3. in O. scilicet eod. cap.

Greg. 6. mor. cap. 15.

Cassian. col. 7. c. 22. Iob 2.

Matt. 8. n. 31.

Apoc. 20. Aug. lib. 20. de ciuitate. c. 7.

Greg. 32. mor. cap. 12.

Aug. ser. 179. de temp.

in spem eos calcandi furrigatur? Certè hanc fortitudinem esse velut filiam spei Nahum propheta declarat. Bonus Dominus, inquit, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. Reicit ille tepidos ad eius occursum imparatos, quibus dicit: Nescio vos. Scit autem, id est, complectitur feruidos, qui in ipsum sperant, & fortitudine roborat, vt aduersarios suæ salutis euertant. Hos reficit pane fortitudinis, vt in hoc spirituali bello superiores euadant. Quod promisit per Oseam, dicens: Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. Quid est, ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. Quid est, ego cognoui te? Explicet id Hieronymus. Ego, inquit, qui conditor omnium sum, cognoui, siue pau te in deserto, & in terra inhabitabili, vbi rerum omnium penuria, vbi nullæ aquæ: dedi tibi manna de cælo, & aquarum fontes produxi de terra durissima. Cognoscere igitur Domini, pascere est, qui sperantes in se pane sustentat, id est, auxilio suo ad superandum fortificat. Ad hoc autem pertinent remedia victoriæ obtinendæ apta, quæ iusti, Deo donante, conquirunt, de quibus hæc ait Gregorius: Sancti viri quia contra multiformem aduersarium se pugnare considerant, semetipsos in certamine multipliciter parant. Habent enim contra famem, diuini verbi pabulum: contra belli gladium, continentia scutum: contra flagellum linguæ, protectionem patientiæ: contra exterioris calamitatis damnum, interni amoris adiutorium. Vnde miro modo agit, vt quòd eos hostis callidus numerosus tentat, eò circumspedi Dei milites virtutibus ditiores fiant. Quis hæc remedia & alia similia pene innumerabilia, quæ agmen vitiorum oppugnant à Deo data esse non videat? Et quis cælestibus his armis indutus atque protectus, de felici in tentationibus successu diffidat?

His donis anima nostra protegitur, vt tentationi resistat, & contra hostes tentantes insurgat, at in ipsis tentationibus alia tria dona supra commemorata Deo donante consequitur. Alterum est, quo Dominus vires aduersariorum extenuat, & quousque procedere debeant, ita vires nobis concessas non excedant, benignissima pietate definit. Libet de hac re Cassianum docentem audire. Non habere eos potestatem, ait, quenquam hominem lædendi: exemplum beati Iob manifesta ratione demonstrat, vbi non amplius eum tentare audeat inimicus, quam diuina ei dispensatione conceditur: & confessio eorundem spirituum Euangelicis monumentis inserta, testatur, dicentium: Si eiicias nos, mitte nos in gregem porcorum. Qui multo magis credendi sunt in nullo hominum, qui ad imaginem Dei creati sunt, introire pro arbitrio suo posse, cum in animalia muta, ac immunda ingrediendi absque Dei permisso non habuerint potestatem. Hæc ille. Qui & addit, neminem non solum imperfectorum, verum etiam nec perfectorum illi posse resistere, si omnè in illum, quam habet, sine vlla mensura, exerceret potestatem. Ac propterea Iohannes diabolum (& idem esto iudicium de aliis aduersariis nostris) non solum, sed ligatum à Christo describit. Vidi Angelum, inquit, descendentem de cælo, qui vt in confesso est apud Augustinum, significat Christum. & apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est Diabolus & Sathanas, & ligauit eum per annos mille, nempe, vt vult Gregorius, & alij, per totum gratiæ tempus, quod ab aduentu saluatoris vsque ad finem mundi decurrit. Quid autem est diabolum ligari, nisi eius vires debilitari: ne possit nobis nocere, nisi nos ad illum accedamus, vt Augustinus ait, & prauæ suggestioni consentiamus propriæ voluntatis abi-

trio? Alterum donum est, quod ipsam tentationem placat, ne nobis importunitatem eius sustinere nolentibus dominetur. Quod per Christum nobis obuenire ipse per Salomonem mysticè declarat, cum ait: Quando circumdabat mari, terminum suum, & legem ponebat aquis, ne transirent fines suos, quando appendebat fundamenta terræ: cum eo eram cuncta componens. Ipsam enim æternam sapientiam abstulisse, cum æternus Pater mari & aquis, nempe tribulationibus ac tentationibus limites posuit, quid est nisi significare nos meritis eius tentationum immixtionem obtinuisse, & potestate earum non fuisse consumptos: Postremum donum est, vt finem belli, & laborum ex eius bonitate recipiamus, quod tempore congruo tentationem nos fatigantem omnino tollit, & optatam pacem concedit. Cum enim placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuerter ad pacem. Atque istud opus suum esse dicit manifestè per Amos, in hæc verba: Ego exterminavi Amorrhæum à facie eorum, cuius altitudo, cedrorum altitudo eius; & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius desuper & radices eius subter. Opus namque Dei est fortem armatum profligare atque destruere, qui cordis nostri terram antea possederat: Opus eius est, diaboli superbiam deuicere, vires confringere, radices, id est, vitia, peccatorum femina euellere; & fructus, hoc est, peccata ipsa exterminare. Verè, Domine, tu adiutor noster es, tu vincis in nobis, tu aduersarios nostræ salutis conteris, vt non in nobis, sed in te saluatore nostro gaudeamus, & nõ in nostra infirmitate, sed in tua virtute gloriemur.

Hoc auxilium Dei satis profectò sufficeret; quò enim alio opus est nobis, si habemus omnipotentem defensorem? At in bonis conferendis nunquam Dominus sufficientia tantum tribuit, sed ad ostendam immensam bonitatem, & nullis limitibus clausum amorem, etiam abundantissima dona supra necessitatem imperit. Voluit igitur nos ad tentationum victoriam, non solum brachio suo protegi, sed Angelorum quoque & Sanctorum auxilio iuari. Hi enim nobis pugnantibus se comites præbent: hi nos docent & roborant: hi occultis locutionibus ad victoriam accendunt; hi aduersus diabolum pro nostra liberatione clamant. Et sicut, cum canis panem, aut carnem, aut aliquid simile è conclauis auferat, illum clamantes insequimur, vt teritis os aperiat, & qua ceperat deglutire, relinquat: ita Angeli & Sancti, cum vident nos arte demonis huc illucque iactari, & crudeli eius ore discerpi, eum clamoribus arcent à nobis, & à pestifero morfu defendunt. Quod ego in Cantico Deborah adumbratum inuenio. De cælo, inquit, dimicatum est contra eos; stellæ manentes in ordine & cursu suo, aduersus Sisaram pugnaverunt. Cælum namque aduersus aduersarios nostros pro nobis dimicat, quando auxilia, quæ nos tueantur, quasi fulgura, & grandinum lapides in eos iactat: & stellæ (id est, Angeli, vt Rupertus interpretatur, manentes in ordine & cursu suo) pro hominibus pugnant, cum demones in nos insurgentes fugant & terrent. Vnde hi sunt illi pastores atque primates, vt ait Hieronymus, quorum meminit Michas Propheta, quos Dominus ad protectionem suorù, & tentatorù destructione exsuscitat. Et erit iste pax, inquit, cum venerit Assur in terram nostram, & quando calcauerit in domibus nostris, & suscitabimus super eum septem pastores & octo primates homines. Et pascent terram Assur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Assur, cum venerit in terram nostram, & cum calcauerit in finibus nostris. O pastores optimos

Prou. 3. 29. 30.

Prou. 16. 7.

Amos 2. 9.

Iudic. 5. 20.

Ruper. li. 2. nico in iudices. c. 8.

Micha. 5. nu. 5. 6. Hier. lib. 2. in Amos ad c. 5.

Angelos

Angelos, & Sanctos omnes, quos Christus pax nostra ad nostram defensionem exsuscitat. Nam si venerit diabolus in terram nostram, ut conculcet pravis desideris, tanquam pedibus terminis cordis nostri; hi primates, atque pastores nos fortitudine & robore, diabolum verò timore & gladio pascunt, ut nos victores & fideles Domino, & illum victum, ac ignominia dignum efficiant.

Validissimis ergo auxiliis ad victoriam tentationum protegemur, quæ Domino nobis assistente, & iuuantibus Angelis, ac Sanctis assequimur. Sed hæc adiutores, atque præfidia Dionysius Richelius sigillatim explicat, cuius doctrinam tanquam viri penitissimi summatim perstringam, ut quanti, & quam validi adiutores pro nobis pugnent, videamus. Pugnât pro nobis Christus Saluator noster, [stans,] ut dixit Stephanus, [ad dexteram Dei,] ut ipsa dispositione, qua visus est, ostendat, quam paratus sit ad auxilium ferendum accurrere. Pugnât pro nobis Beata Virgo, quæ mater est nostra, & adiutrix in tribulatione, & [caput] serpentis, id est, suggestionis iniuria, sua virtute comminuit. Pugnât pro nobis Angeli, quibus mandatum est ab eo utique, qui Angelorum est Dominus, ut laqueos detegant, daemones arceant, & nos protegant atque custodiant. Pugnât & Sancti, illi præcipuè, quos aduocatos habemus, & in auxilium vocamus, qui nos inuisibiliter consolantur, & subsidia cælitus demissa suppeditant. Succurrit nobis mater Ecclesiæ, quæ fideles, ut filios à se genitos foaret, & ut piâ genitrix pro illis apud Dominum interpellat. Subueniunt Prelati, dum tentationes aperiant, remedia ad pugnandum, & vincendum tanquam arma, conferunt, & vitæ rectè instituendæ documenta præcibunt. Iuuant proximi tam maiores, quam æquales, seu minores, dum vel bono exemplo ad bellum, & victoriam quarendam mouent, vel casibus, & pœnis, quas ob sua peccata commeriti sunt, à similibus peccatis auertunt. Dominus quoque per se, aut per Angelos sanctos terret, & refrænât daemones, & ligat, ac veluti compedibus tenet (sicut Angelus Raphael ligauit daemonium in deserto superioris Ægypti) ne nobis nocere valeant. Fugat etiam illos, ut saltem ad tempus à tentatione desistant, quo nos vires resumamus, & ad iterum pugnandum roboremur. Tribuit præterea nobis gratiæ ac virtutum incrementum, ut deinceps facilius tentationibus reluctemur; iuxta illud Pauli: Et faciet cum tentatione prouentum, ut possimus sustinere.] Iam ipse bonus Dominus intellectum nostrum illuminat, ut versutias inimicorum, & qualiter sit eis resistendum intelligamus. Iam timore sollicitat, ut succumbere, & vinci, & spoliari, & vulnerari maximè formidemus. Iam contemptibili forma hostem demonstrat, ut audacius, & animosius suæ impugnationi resistamus. Sic aggressus est Euam in forma serpentis, & magno Antonio visus est in forma pueri nigerrimi, ut ex eius vase, ut inquit Gregorius, homo cognosceret, qualis esset qui intus habitaret. Suntne plura subsidia à benignissimo adiutore concessa? Ita sanè. Nam ipse tentatos consolatur in ipso impugnationis ardore, quod aduertens Paulus ait: Benedictus Deus, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra,] ne impulsu incurfionis victi succumbant.] Ipse tranquillitatem affert,] & imperat vèis & mari] ut quiescant, & post tempestatem tranquillum facit, & post fletum exultationem infundit.] Ipse mentem erigit, confortat, atque corroboret, ut alacriter pugnet, & tentationis molestiam, ut magni lucri spiritualis occasio nem admittat. Supponit ille manum suam ne col-

Dion. lib. de remedijs tentationum. art. 25.
I.
Act. 7. n. 55.
II.
Gen. 3. 15.
III.
IV.
V.
VI.
VII.
VIII.
Tobia 8. n. 3.
IX.
X.
I. Cor. 10. n. 13.
XI.
XII.
XIII.
Gen. 3. 1.
Greg. 17. mor. c. 20.
XIV.
2. Cor. 1.
XV.
Matt. 8. 26.
Tobia 3. 22.
XVI.
XVII.
Psal. 26. 24.

lidamur:] Suscipit confugientes ad se, ne pereamus, & molestiis corporis tangit, ut à vitiiis animæ liberemur.
Quis iam tantis auxiliis fultus non respiret? Quis non se aduersus aduersarios erigat? Quis non de felici atque plenissima victoria confidat? Tentari quidem permittitur, non ut cadat, sed ut ex pugna meritum sibi conquirit: & ideo tot modis inuatur, ut diuitiis spiritualibus cumuletur. Hoc enim est, quod Dominus ait per Isaiam: Ad punctum in modico dereliqui te, & in miserationibus magnis congregabo te. In momento indignationis abscondi faciem meam parum à te, & in misericordia sempiterna misertus sum tui.] Ad modicum tempus derelinquit nos Dominus, non quia auxilia sua subtrahat, sed quia, ut pugnemus, & erga ipsum fidelitatem ostendamus, suam præsentiam occultat. At statim accedit, & nostras cogitationes dispersas, & affectiones vi tentationis dissipatas recolligit, & in se conuertit. Quasi indignans & irarus se habet, dum ad momentum quasi dormit, nec nostros fletus aut deprecationes exaudit: sed statim miseratione sempiterna, cuius scilicet fructu in æternum proficemur, nobis timentibus & vacillantibus se offert, & ab aduersario, cuius faucibus glutiebamur, benignè defendit. Omnia in bonum nostrum ordinat, qui, ut inquit Gregorius, sanctos suos veniendo adiuuat, derelinquendo probat, donis firmat, & tribulationibus tentat. Si igitur, o anima mea, tam forti, ac fideli adiutore in tentationibus roboraris, quare mœrore contraheris? Nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem? Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?] Imò spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi; salutare vultus mei, & Deus meus.] Dum illum sanè confiteor, & laude ac oratione meum refugium agnosco, salutare meum, quod faciem tristem ac contractam exhilarat, & Deum omnipotentem & omnia mala, licet inuitabilia auertentem experior.

Tentationibus resistendum esse ob magnas utilitates, quas anima ex victoria decerpit.

CAPVT VIII.

POSTREMVM quod ad fortiter dimicandum, milites solè accendere, & ad victoriam procurandam animare, præmium est, quo solent strenuè pugnantes & vincentes cumulati. Quod certè tentationibus reluctanti, & eas vincenti non deesse certissimum est. Si enim reges terreni suos milites vincentes premio afficiunt, cur Rex celestis in immensum largior iustos suis hostibus reluctantes, eosque deficientes non dicit atque coronet? Si natura ipsa res sensu, ac ratione carentes, dum sua contraria superant, sine mercede esse non patitur, & ignem, exempli gratia ligna vincentem audanger, & eorum materia efficit maiorem, & fortiorem, quare naturæ, & gratiæ author homines liberi arbitrij compotes, qui gratia induti liberè delicias respuunt, & de hostibus gloriosè triumphant, sine premio & mercede relinquunt? Angeli quidem sancti aduersus malos invidiosq; pugnarunt, & statim mercedè victoriæ, felicitatè, ac summi boni possessionè acceperunt. Ac ideo obteta victoriâ illa vox exultationis insonuit: Nunc facta est salus, & virtus, & regnū Dei nostri.] Quare homines Angelis

Isa. 54. 7. 8.
Greg. 20. mor. c. 19.
Michas 4. 9.
Psal. 42. 5.
Apo. 12. 10.

victoria similes, & interdum fidelitate pares, & sibi metipsis, ac hosti domestico, scilicet canis repugnantes, sine premio, atque corona permanent: Id sane, nec diuina bonitas sustinet, nec conditoris largitas feret, nec rectissima æqui agonothera iustitia permittet. Habent igitur iusti vincentes præmium, & illud maximum atque præcipuum: de quo Apostolus ait: Id quod in præsentibus est momentaneum & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternæ gloriæ pondus operatur in nobis.] Leuissimum laborem immensum gloriæ pondus, & breuissimam molestiam sempiterna consolatio repensat. Ad eò vt nullo modo sint [condignæ passionibus huius temporis ad futuram gloriæ, quæ reuelabitur in nobis.] Illæ namque satis exiguæ sunt, tum afflictione, tum diuturnitate, si cum premio in nobis manifestando conferantur. Quòd si præmia terrena nullius ferè momenti, & post ictum oculi desitura, labores magnos & intolerabiles reddunt faciles & suauis; cur præmium cælestis semper duraturum, laborem tentationum à molestia non eximat, & ingens vincendi desiderium non inducat? Nam si illa præmia dubia sunt, & sæpe, aut iniustitia, aut impotentia principum denegata, aut immatura morte laborantium erepta, certè tentationis mercedem, neque æquissimus iudex ac omnium potentissimus moderator auferet, nec temporalis mors ab iis, qui post mortem capaces sunt præmij, quod meruerunt laborando, præripiet.

Bona verò, quæ tentationes afferunt, non in solo premio, quod post hanc vitam decernendum nobis est, sed in multis aliis ingentis profectò pretij consistunt. Quæ breuiter hic recensenda sunt, non tantum vt ad victoriam accendamus (sine qua tentationes non profunt, immò nimis obsunt profectibus nostris) sed vt etiam tentationes ipsas, id est, impugnationes, quibus tamen pro posse resistimus, bona nostra, (quia seminaria bonorum) esse putemus.

I. Tentatio ergo tentatum illuminat, tum vt seipsum, ac infirmitatem virium suarum, ac qualitatem sui profectus agnoscat, tum vt discat quomodo aliis afflictis & tentatis medeat. Anima quidem tentatione illuminatur & eruditur: vnde vbi nos habemus apud Ieremiam:] Erudite Ierusalem:] Septuaginta habent: Per omnem dolorem & flagellum, erudieris Ierusalem,] ne fortè recedat anima mea à te.] Quia flagella tribulationum, & molestia tentationum nos erudiunt, vt de nobis ipsis modeste sentiamus, ne à Domino ob superbiam relinquamur. Et Isaias ait: Veruntamen sola vexatio intellectum dabit auditui.] Ac rursus alio loco: Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.] Tentationis enim vox ad modum tonitruum nos exulscitat, vt vocem Domini, id est, instinctum eius audiamus: in angustia discimus nos impotentes esse, & curamus Deum adiutorem requirere, & tentatione pressi, in qua nec mustitare quidem audemus, scimus virtutis doctrinam comparare. Huius qualitas, atque imbecillitas manifestè tentationis impulsu detegitur, & qualis sit ab ipso tentato & aliis cognoscitur. Vnde Iob ait: quòd dum increpat aliquem per dolorem, in lectulo, id est tentatione pulsato, omnia ossa eius, id est virtutes, marcescere facit.] Sæpe enim anima, vt Gregorius ait, alicuius boni sibi conscia cum virtutes suas sibi ad memoriam reuocat, quadam delectatione pascitur, & quasi gratulatione propria plenitudinis impinguatur. Idcirco bene dicitur, quòd tentatione pulsante marcescunt ossa: quia dum propria infirmitas tentatione interrogante cognoscitur, omnis illa nostrarum virium velut pinguis,

A viridi (que gratulatio subito anxietatis maiore siccat: & qui nos alicuius esse momenti bona nostra pensando credidimus, pulsati paulo amplius, perituros nos iam iamque formidamus.] Homo autem suam imbecillitatem expertus, & non ex viribus propriis, sed ex misericordia Domini salutem consequutus, didicit in seipso aliis compati, didicit tentatos nullo modo contemnere, didicit pro eorum remedio, sicut & pro sui medela Dominum exorare, didicit tadem plagis conueniens remedium adhibere, & lapsos, ac in limo profundi defixos erigere. At qui non est tentatus, quid scit? vt inquit Ecclesiasticus, ac si diceret, nihil scit. Sed vir in multis expertus cogitabit multa, quibus aliis possit mederi, & qui multa didicit, enarrabit intellectum,] id est, pro re nata, consilia aptissima ministrabit.

B Tentatio etiam tentatum multipliciter purgat. Nam purgat illum à peccatis præteritis, quæ sicut praua delectatione contraxit, ita diligenti insurgentium tentationum repulsa dimittit. Purgat à vitiis, quibus dum quis resistit, eorum vim sibi dominandi retundit. Purgat à præsumptione, cum sciat homo, quòd victus occumbet, si de sua virtute, aut de adepta mentis sanctitate præsumit. Purgat à iactantia, quia dum quis videt se beneficio Domini à laqueo iniquitatis ereptum, non in seipso, sed in Domino gloriatur. Purgat à stultitia & insipientia, quoniam tentatio facit hominem cautè incedere, seipsum plusquam alium aduersarium timere, & omnem occasionem labendi declinare. Ecce excoxite, dicit Dominus, sed non quasi argentum elegeris te in camino paupertatis.] Nam sicut metalla igne, ita mentes nostræ tentatione purgantur. Non tamen quasi argentum mundatæ sunt, quoniam argentum igne omnino ab scoria fecernitur, anima verò in hac mortalitate posita, nunquam, ita vt nec nauum contrahat, ab omni imperfectione mundatur. Et Ecclesiasticus ait: In igne probatur aurum,] id est ad mundiciam reducit, [homines verò receptibiles,] id est digni vt à Domino recipiantur, purgandi sunt [in camino humiliationis.] Ecce [fornacem] Babyloniam, è qua, quos Deus sua protectione custodit, [ignis] non vrit, sed ipsorum immundiciam fœditatè que consumit.

C Tentatio hominem examinat, an Deo gratus & fidelis existat. Experimentum enim quoddam est, quo cuiusque amor in Deum fidelitæque cognoscitur. Si bellum ingruat, in quo subdit fideles regis, ab infidelibus & perduellionibus dignoscitur, nonne in hoc, quod hi aut fugiunt, aut se abscondunt, aut hostibus irruentibus adherent: illi verò pro rege fortiter ac pro patria decertant? Ita fideles Dei ferui sunt, qui resistunt tentationibus, qui hostes in se vincere, & à suis cordibus, quæ vrbes sunt Dei, eliminare nituntur: infideles verò & transfuge, qui à Dei legibus deficientes, dæmoni militare decernunt. Sic vt ergo Dominus dimisit gentes idòlis addictas in terra illa generi Abraham promissâ, [vt in ipsis experiretur Israelem, vtrum audiret mandata Domini, quæ præceperat patribus eorum per manum Moyse, an non:] ita & nunc affectus insurgere in seruis suis, & tentationes grassari permittit, vt eorum virtutem experiat. Impleturque illud sancti Davidis: Exaudiui te in abscondito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.] Aqua enim contradictionis, id est, tentatione probat, cuius indicium & quidem magnum est, quòd cum pene obruti sumus, nostram orationem auscultat. Amicitia quidem humana tentatione probantur: vnde in Ecclesiastico scriptum est: si possides ami-

E cum,

2. Cor. 4. 17.

Roma. 8. 18.

Ierem. 6. 8.

Isa. 28. 19.

Isaia 26. 16.

Iob 33. 19.

Greg. 23. mor. c. 16.

Ecc. 34. 9.

II.

Isaia 48. 10.

Ecc. 2.

Dan. 3. 50.

III.

Indic. 3. 4.

Ps. 80. 8.

Eccle. 6.
7. & 8.

cum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei. Est enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in tempore tribulationis.] Eadem autem est cum Deo nobis inita amicitia probatio. Neque enim ille verbis nostris facile crecit, quibus illum vocamus Dominum, & nos ipsos suos amatores predicamus, sed omnino vult, ut bona opera, & precipue tentationes fideliter sustentata hunc amorem ostendant. Si enim in tempore nostro, id est, in tempore, quo omnia nobis ridet, & desideris blandiuntur nostris, in amore perliterimus, & in tempore Domini, id est, in tempore aduersitatis, quo vniuersa nos expilant, & vndique iactant, ab eo defecerimus, satis nos amicos fictos demonstramus, & imitatores iniqui, de quo canit Sanctus Dauid: Confitebitur tibi, cum benefeceris ei.]

Psal. 48.
19.

IV.
Iustitia in ligno
vita, 172-
8. de pa-
tien. c. 4.

Tentatio a peccato praeseruat. Quod Laurentius Iustinianus aptissimo limili, ex his, quae quotidie manu tenimus, petito, confirmat. Sicut caro, inquit, si sale non aspergitur, quamuis sit magna & precipua, corrumpitur: ita & anima nisi tentationibus assiduis saluatur, continuo resoluitur & relaxatur. Per ipsa nempe tentamenta anima negligentiae putredinem excutit, & in Spiritus viuacitate conferuatur.] O quantos vidimus modicis tentationibus a magnis periculis protegi, & tentatione quadam timoris, & corporali quadam ineptitudine a peste superbiae liberari! Qui nisi tentatione illa, tanquam frano tenerentur, ut equi effraenes & indomitii suis talentis superbirent, & in magna mala prouerent. Aduerte itaque medicinam, non solum contractis animi agri tudinibus medentem, sed etiam ab iis, quae iam iam imminebant manifeste seruantem, in quas nostra culpa incurrissemus, si non benigne nobis esset applicata. Idque significat Dominus, cum sub imagine plebis suae ad virum fidelem ait: Faciam enim consummationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in iudicio, ut non videaris tibi innoxius.] Illum quippe non facit Dominus in consummationem, cuius peccata in consummationem facit, & tentationum malagma a delictis perpetrands abducit. Cuius magni beneficij meminit Isaias, cum gratias agens cecinit: Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi, conuersus est furor tuus, & consolatus es me.] Hic non tantum ob consolationem sibi datam, sed ob iram quoque, in seipsum exercitum, Domino confitetur, & merito, quoniam si consolatio mentem delinuit, ira sanauit; si consolatio spem dedit, ira, qua puniti sumus, peccatum auerit. Ac propterea bene possumus canere cum Dauide: Laetati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti; annis, quibus vidimus mala: Inam humiliatio tentationis exaltationem inuexit, & aduersitatum inspectio a peccatis auellens, prosperitatem reportauit.

Ierem.
30. 11.

Isaia 12.
1.

Psal. 89.
15.

V.

Isaia 38.
14.

Tentatio propriam fiduciam filiam superbiae pellic. Qui enim tentationes sentit, manifeste experitur, quam impotens sit ad resistendum, nisi Domini auxilium adiuuetur. Quare cum Ezechia clamare compellitur: Domine vim patior, responde pro me.] Considera sancti regis affectum. Sicut enim rudis discipulus cuiusdam eruditioris argumento ligatus, de se ipso diffidit, & voce, aut oculis magistri astantis opem exposcit: ita pius rex carnis infirmitate constrictus, qua daemones argutia signata est, nesciens se ab illis nexibus extricare, rogat Dominum, ut pro se clingue ac ignorante respondeat. Idem profecto iustus saepe facit, qui tentatione peritus, & iam robore eius suam imbecillitatem expertus, salutarem desperationem concepit, & se in firmam diuini adiu-

A
torij spem exigit. Clamaturque: Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis vnica meam. Salua me ex ore leonis, & a cornibus vnicorum humilitatem meam.] Hanc vtilitatem expresse Gregorius in hunc modum: Plerumque dum fecundum virtutum fructus reddimus, dum continua prosperitate pollemus, aliquantulum mens erigitur, ut a semetipsa sibi existere bona, quae habet, arbitretur. Quae nimium bona antiquus hostis malitiose attrahere appetit: sed haec tentari Deus non nisi benigne permittit: ut dum mens tentatione pulsata, in bonis, de quibus gaudebat, concutitur: imbecillitatis suae debilitate cognita, in spe diuini adiutorij robustius solidetur. Fitque mira dispensatione pietatis, ut vnde malignus hostis tentat, ut interimat, inde misericors conditor hoc erudiat, ut viuat.]

Psal. 21.
21. 22.

Greg. 2.
mor. cap.
25.

B
Tentatio sanctum feruorem immittit. Quod enim in humanis periculis euenit, ut malum imminens solitudinem ingerat, idem in tentationibus euenire solet: ut scilicet impugnatus timeat, & formidine tactus, bona, quae iam habet & aduersarius surripere gestit, sollicitus cautiusque custodiat. Et sicut vir fortis, quem subito alij aggrediuntur, omnes vires colligit, ut resistat, & tanto animosius pugnat, quanto se immunem conseruare desiderat: ita suae salutis spiritualis amator, tunc purius & feruentius viuunt, cum se conspicit ad peccatum impelli. Fortiores nos tentamenta faciunt, inquit Chrysostomus, persuadentque familiarissimos Deo fieri. Qui enim imminere sibi cernit inimicum, maiori ad illum currit desiderio, qui se ruere possit. Ita ferè infantes pueri, cum quid horrendum viderint, ad matrem sinus protinus fugiunt, illarumque prendentes vestes eis se tuentur & protegunt.] Hunc sane tentationis fructum significat Dominus per Oseam, dicens: In tribulatione sua manet confurgent ad me: Venite, & reuertamur ad Dominum, quia ipse cepit, & sanabit nos: percutiet, & curabit nos.] Qui in tranquillitate positi vsque ad multa diem dormiebant, tentati manent, & satis tempestiue confurgunt. Qui securi sola temporalia tractabant, periculis circumsepti, se murò ad quaerendum Dominum cohortantur, ut quem agnoscent tribulationis datorem, etiam depulso rem & liberatorem persentiant. Et Dauid ait: Multiplicatae sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.] Vnde multiplicatae sunt non ad perniciem, ait Augustinus, sed ut medicum desiderarent. Et post multiplicatas infirmitates accelerauerunt, ut sanarentur. Ac alio loco idem Propheta: Cum occideret eos, quaerebant eum, & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.] Tentatio ergo accelerare facit, oscitantiam & focordiam reuocit, & ad solitudinem ac feruorem inducit.

VI.

Chrysost.
lib. de pa-
nit.

Osee 6. 1.

C
Tentatio a superbia animam liberat, & eam se ignorantem humiliat. Homo namque semetipsum ignorat, & maiorem virtutum cumulum se habere aestimat: tentatio vero virtutes attrahens, hanc ignorantiam, & superbiam ex ea manantem excludit, dum virtutem pene deiicit, & quam modica & infirma sit, deregit. Et certe (ut aliquo exemplo utar) vidi ego aliquos in dignitate positos, & ab omnibus honoratos; qui existimabant honorem illum a se esse contemptum, & intus in cordibus suis se humiles esse iactabant, & exterius vitam priuatam, & dignitatis abiectionem suspirabant: postea vero dignitate ac honore priuati, manifeste cognouerunt, se ventum illum popularem amasse, & ex dignitatis depositione magnam tristitiam concepisse. Hos & alios similes tentatio humiliat, & ad discenda virtute, cuius se magistros praedicabant, ut tyrones instigar, Atque hanc ob causam tentationes a Domino saepe

Psal. 15.
4.

Psal. 77.
n. 34.

VII.

D
E
torij spem exigit. Clamaturque: Erue a framea Deus animam meam, & de manu canis vnica meam. Salua me ex ore leonis, & a cornibus vnicorum humilitatem meam.] Hanc vtilitatem expresse Gregorius in hunc modum: Plerumque dum fecundum virtutum fructus reddimus, dum continua prosperitate pollemus, aliquantulum mens erigitur, ut a semetipsa sibi existere bona, quae habet, arbitretur. Quae nimium bona antiquus hostis malitiose attrahere appetit: sed haec tentari Deus non nisi benigne permittit: ut dum mens tentatione pulsata, in bonis, de quibus gaudebat, concutitur: imbecillitatis suae debilitate cognita, in spe diuini adiutorij robustius solidetur. Fitque mira dispensatione pietatis, ut vnde malignus hostis tentat, ut interimat, inde misericors conditor hoc erudiat, ut viuat.]



2. Corin. 12. n. 7. Berni. ser. 54. in Cant.

Tob. 28. n. 25. Greg. 19. mor. c. 5.

Thorens. 3. 1.

Psal. 93. 17.

VIII.

1. Reg. 18. 1.

Tob. 5. 13.

Greg. 6. mor. cap. 16.

Deut. 32. 13.

esse permillas docet aperte Paulus, dum de se ipso dicit: Ne magnitudo revelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meae. Interdum subtrahitur gratia, inquit Bernardus, non pro superbia, quae iam est, sed quae futura est, nisi subtrahatur. Habes huius rei euidens testimonium de Apostolo, qui stimulos carnis suae sustinebat inuitus, non quia extolleretur, sed ne extolleretur. Et hoc putat Gregorius significatum illis verbis Iob, quibus de Domino dicit: Et aquas appendit in mensura. Quia sancti ipsi, inquit, qui sancto subleuant Spiritu, ad summa rapiuntur, quandiu in hac vita sunt, ne aliqua elatione superbiant, quibusdam tentationibus reprimuntur: ut nequaquam tantum proficere valeant, quantum volunt, sed ne extollantur superbia, fit in eis ipsarum quaedam mensura virtutum. Id sanctissimus doctor exemplo Heliae & Pauli confirmat, & post multa ad sanctum Apostolum sermonem conuertens ait: O Paule in caelo iam Iesum conspicias, & in terra adhuc hominem fugis? In Paradisum duceris, secreta Dei verba agnoscis, & adhuc a Satanae Angelo tentaris? Vnde sic fortis, ut ad caelestia rapiaris? Vnde sic infirmus, ut in terra hominem fugias, & adhuc a Satanae Angelo aduersa toleres: nisi quia ipse, qui te subleuat, rursus subtilissima te mensura moderatur, ut & in miraculis tuis nobis praedices virtutem Dei, & rursus in timore tuo reminisci nos facias infirmitatis nostrae? Hae ille. Merito igitur dixit Ieremias: Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. Cum enim virga tentationis percutimur, tunc nostram paupertatem & infirmitatem aspicimus. Cum nos ad resistendum infirmos, ad reicienda vana & turpia debiles, ad iram, & alios immoderatos affectus pronos consideramus, tunc humilitatem & contemptum nostri concipimus. Tunc si victores euaserimus, pleno corde clamamus: Nisi quia Dominus adiuit me, paulo minus habitasset in inferno anima mea: & ei, non nobis victoriam ascribimus. Cum autem sit omnis virtutis fundamentum humilitas, certe eo ipso tentatio alacriter esset sustinenda, quod ad humilitatem impellit.

Tentatio amorem Domini nobis conciliat, & ad diligendum eum, a quo amati sumus, & ad desiderium aeternorum eluscat. Nonne post pugnam, atque victoriam Dauidis de Philistaeo consecutam, anima Ionathae conglutinata est animae Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam? Ita profusus Christus filius Regis aeterni, nos pugnantibus benignè aspicit, & vincentes diligit, & magno affectu cordis amplectitur, quasi pupillam oculi sui. Amat ille quos propter se mundi delectabilia despiciere, & desideria carnis abnegare animaduertit. Et iuxta illud Iob: Bestiae terrae pacificae erunt tibi, tentationes quasi feras in nos missas pacatas nobis sentimus, cum ex illis diuinum amorem, & caelestia desideria comparamus. Nam, ut Gregorius ait: Hostes callidi, dum insidiantur, affligunt, sed afflicta mens tanto magis ad aeternam patriam reditum diligit, quanto in hoc arduo exilio laboriosius viuit: & verius se gratiae sui adiutoris humiliat, cum contra se insidias hostium acriores pensat. Terrae ergo bestiae Electis pacificae fiunt, quia maligni spiritus, cum bonorum corda aduersantes deprimunt, haec nolentes ad amorem Domini impellunt: Resplendet itaque in hoc sapientia Dei, quae ita res suorum electorum disposuit, ut suggerent mel de petra, oleumque de saxo durissimo, ut scilicet ex duritia tentationum dulcedinem amoris haurirent, & ex eo, quod a caelo auoca-

A re nititur, caelestia desideria suscitarent.

Tentatio veras diuitias, id est, virtutes auget, & animas supernis donis multiplicat. Nam & filij Israel persecutione crescebant; unde scriptum est: Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur & crescebant. Ita Ecclesia tribulatione succreuit, & similiter quaelibet anima iusta, tentationibus impetita suarum opum accessionem facit. Quod & in pugna Dauidis cum Philistaeo adumbratum est. Dicitur enim illi: Virum, qui percussit eum, (scilicet Philistaeum) ditabit Rex diuitiis magnis, & filiam suam dabit ei, & domum patris eius faciet absque tributo in Israel. Sic iustum tentatum, aduersarioque vincens Deus meritis datur, gratiae sponsa leuissima iungit, & a tributis, quae duro exactori, scilicet diabolo exolebat, eximit. Audi ex Deuteronomio, quantas diuitias tentatio afferat. Afflixit te penuria, inquit, & dedit tibi cibum Manna, quod ignotabas tu, & patres tui: ut ostenderet tibi, quod non in solo pane viuat homo, sed in omni verbo, quod egreditur de ore Dei. Putabas, quia solus panis consolationis reficeret, at in medio tentationis constitutus, alio pane suauissimo pastus es, nempe tentationis fructu, qui dulcius sapit & magis roborat. Et expertus es quod omnipotens Dominus non solo pane, id est, consolatione & dulcedine pascit, sed etiam omni verbo, id est, tentatione sustentat. Quid enim prohibet, si tentationem quodcumque verbum, aut omne verbum appellemus, quae omnia supplet? si quidem ad omnes virtutes exercendas instigat.

Planè Dominus operit caelum nubibus, & parat terrae pluuiam. Nam sicut nubes feminaria sunt pluuiarum, quae terram fecundat, & omnes fructus frumentaque progenerat, sic tentationes caelum, nempe iustam animam operientes, pluuiam gratiae meritorum procreatricem infundunt. Ne ergo putemus nos a tentatione bonis spoliari, quia potius donis caelestibus opibusque vestimur. Illa animam prouocat, ut sicut taurus prouocatus, in diabolum ardentior & robustior existat. Illa spiritum premit, ut sicut ignis flatu pressus, excrescat. Illa profectibus obstat, ut sicut aqua rupto obstaculo, sic anima victa tentatione velocius in perfectionem fluat. Quare merito dicit Paulus: Quod Dominus facit cum tentatione prouentum, quia saepe tentatio ad meritum & augmentum proficit, cum tamen prosperi successus officiat. Hoc enim significat Gregorius, cum ait: Seclusum quippe ab internis gaudiis genus humanum, exigente culpa mentis oculos perdidit, & quod meritorum suorum passibus graditur, nescit. Saepe enim gratia est donum, quod iram deputat: & saepe diuinae distractionis ira est, quod gratiam deputat. Nam plerumque gratiam aestimat dona virtutum, & tamen de eisdem donis elatus corrui. Plerumque velut iram metuat aduersa tentationum, & tamen eisdem tentationibus pressus, ad virtutum custodiam cautiore exurgit. Hae ille. Qui & optime explicat, quo pacto homo ex aliqua gratia gratis data, quam vehementer optauerat, soleat corrumpere, & ex aliqua tentatione ad augmenta virtutum eleuari, ut sciatur Dominum iuxta illud Iob:

Si venerit ad me, non videbo eum, & si abierit, non intelligam; interdum prosperitatis dono a nobis discedere, & tentationis flagello venire. Tentatio igitur magna est causa diuitiarum, quae non sola Dei dona afferat, sed etiam ipsum auctorem donorum, in quo est omne bonum accersit.

Tentatio virtutes iam adeptas notificat. Idque significauit Dorotheus, dicens: Sanctos viros passos esse, vel

I. X.

Exodi 1. 12.

1. Reg. 17. 25.

Deut. 8. 3.

Psal. 146. n. 8.

1. Corin. 10. n. 13.

Greg. 9. mor. c. 7.

Tob. 9. n. 11.

X.

Dorothei.
doct. 7.
post med.

Dent. 13.
n. 3.

Greg.

XI.

Apocal.
3. 11.
Galat. 2.
9.

Athanas.
in vita
Antonij.

XII.

Psal. 49.
15.

Iudith.
16. n. 16.
17.

XIII.

Hebra. 4.
15.

Martini.

ob Christi Iesu nomen, vel ut virtutes suas ad multo-
rum utilitatem in lucem ederet, vel ut premium
suum maius apud Deum fieret. Tentat itaque nos
Dominus, ut sciat, id est, scire faciat, virum diligamus
eum, an non. Nemo enim se in pace callet, nemo se
in tranquillitate cognoscit, & quantæ sint militis vi-
res, quanta dexteritas præliandi, non tentorium sed
pugna notificat. Quare mira nobiscum dispensa-
tione agitur, inquit Gregorius, ut mens nostra non
nunquam pulsatione culpæ feriat. Nam esse se
magnarum virium vel virtutum homo crederet, si
nunquam earundem virum defectum intra mentis
arcana sentiret. Tentationes ergo & labores adue-
niant, ut virtutum fortitudinem aut infirmitatem
aperiant.

Tentatio animam vincentem magnificat. Quo-
niam sicut reges terreni duces suos, qui hostes deu-
ciunt, solent gloria, & triumphis honorare: ita Do-
minus milites suos diabolum, & mundum & carnem
prostermentes, consuevit ad magnum honorem ef-
ferre. Cuius promissio est in Apocalypsi: Qui vi-
cerit, faciam illum columnam in Templo meo. Sicut
enim Apostoli vocantur Ecclesiarum columnæ, quia
alii fideles, tanquam maiores ipsos suspiciebant,
& eis semetipsos quasi fulcimentis sustentabant; ita
Dominus tentatos, & nunquam prostratos columnas
aliorum facit, quia in minorum cordibus ad magnum
honorem euehit, & eorum consiliis, & orationibus
infirmitatem imbecillitatem suffulcit. Antonio san-
cti ob tentationum victoriam perpetuus honor pro-
missus est: cui saluator noster dixit, narrante Athana-
sio: Quia dimicando viriliter non cessisti, semper
auxiliabor tibi, & faciam te in omni orbe nomi-
nari.

Tentatio Deum glorificat, qui dum nostræ pusil-
litate curam habet, suam immensam bonitatem ac
misericordiam exerit, dum nos magnos facit, suam
magnitudinem & gloriam ostendit. Inuoca me, ait,
in die tribulationis; eruum te, & honorificabis me.
Ex hoc enim quod Deus nos adiuvat, suus in nobis,
& in aliis eius providentiam aspicientibus, honor ac-
crescit. Tunc liberati cantamus cum populo Israel,
liberatrice Iuditha: Adonai Domine magnus es
tu, & præclarus in virtute tua, & quem superare ne-
mo potest. Tibi seruiat omnis creatura tua, quia
dixisti, & facta sunt, misisti spiritum tuum, & creata
sunt, & non est qui resistat voci tue. Ostendit se Do-
minus planè potentem & insuperabilem, dum via
sola voce, vno tantum verbo, quod intus loquitur,
animam tristem exhilarat, inquietam sedat, & adue-
niente in eam latenter spiritu suo, immixtas ab aduer-
sario tenebras dissipat.

Tentatio Christo nos assimilat: qui in hac vita no-
bis exemplum exhibens, sponte tentationes susti-
nit. Non habemus pontificem, inquit Paulus, qui
non possit compati infirmitatibus nostris, tentatum
autem per omnia, pro similitudine absque peccato.
O magna iustorum consolatio! Pontificem ac pa-
storem habent, qui præterquã quod Deus est omnia
sciens, & nostræ infirmitati per benignitatem con-
descendens, etiam homo est oculis misericordiae: &
compassionis tentatos respiciens, quoniam omnes
tentationes expertus est. Tentatus per omnia, id
est, ut interpretatur Anselmus, per omnia tentatio-
num genera, quia in illa triplici tentatione, qua de
diabolo triumphauit, omnis tentatio continetur.
Tentatus (inquam) fuit pro similitudine, id est secun-
dum illam naturam, quam à nobis traxit, nunquam
tamen superatus; quare ex tentatione non defectum
induit, sed secundum scientiam experimentalem vi-

A feera misericordiae suscepit. Nac solum semel ten-
tatus est, nam consummata tentatione, diabolus
recessit ab eo usque ad tempus, ex quo intelligimus
postea reuertisse. Qui enim in deserto occultè ten-
tauerat, postea, ut ait Ambrosius, appetit eum aggressus
est, vel, ut Theodoretus ait, qui in deserto ad
voluptatem incitauit, in cruce immoderatam tristi-
tiam ingessit: vel tandem, ut Maximus annotauit, qui
per obiectionem gloriæ, & diuitiarum voluit Chri-
stum ab amore Dei auellere, postea conatus est per
odia, & iniurias Pharisæorum ab amore proximi se-
parare. Si Dominus vitam habuit tentationibus
molestisque refertam, liquet, quia homo tentatio-
num sustentator & victor, Christus suam vitam assi-
milat.

B Tentatio animam consolatur atque tranquillat,
vnde & Sara sponsa futura iunioris Tobie, optimè in
sua deprecatione dixit ad Dominum: Non delectaris
in perditionibus nostris, quia post tempesta-
tem tranquillum facis, & post lacrymationem & ste-
tum, exultationem infundis. Nec tantum post ten-
tationem, sed & in ipsa tentatione adest nobis conso-
lacio; quoniam dum tentati pugnamus, in intimis
nostris lætitiã quandam experimur, ex eo, quod
pro Deo patimur, & nos illi fideles aspiciamus, licet
in eo, quod in nobis crassius & externus est, dolorem
& molestiam sentiamus. Idque indicant illa verba
Domini: Sed tristitia vestra conuertetur in gaudium:
non in gaudium breue, sed æternum; nam gaudium
vestrum nemo tollet à vobis. Et Paulus: Super-
abundo gaudio in omni tribulatione nostra. Inef-
fabilem magnificentiam Christianæ veritatis, quæ
non solum in prosperitate, sed in tribulatione quo-
que, & tentatione gaudium habet, & gaudium quod
superabundet, quod nos expleat, & sufficiat pro aliis
consolandis, qui in aliqua pressura sunt.

C Tentatio alios ædificat; & sepe hanc ob causam,
eam Dominus insurgere & molestare permittit, ut
proximis nostris patientiæ, & fidelitatis exempla pro-
ponat. Hoc enim est quod in libro Tobie dicitur:
Hanc tentationem ideo permisit Dominus
euenire illi, ut posteris daretur exemplum patienti-
æ eius, sicut & sancti Iob. Et quidem cum alio-
rum tentationes audimus aut legimus, & eorum
gloriosas victorias consideramus, non parum ad simi-
liter pugnandum accendimur, & de nostra pusillan-
imitate, qua parum resistimus, aut de misero casu, quo
succubimus, non parum erubescimus. Fitque tenta-
tio reiecta ipsi tentato meritum & nobis exemplum.
Atque ex illo tanquam ex præceptore discimus, quo
pacto in posterum resistamus. Exemplum accipite
fratres, inquit Iacobus Apostolus, exitus mali, id est,
afflictionis sustinendæ, laboris, & patientiæ, prophe-
tas, qui loquuti sunt in nomine Domini. Ad hoc
enim tentati sunt, ut nos ex illis accipiamus quomo-
do oporteat tentationi resistere. Ecce beatificamus
eos, qui sustinerunt: sustineamus igitur, ut per susti-
nentiam beatitudo nobis accedat.

D Tentatio denique tentatos afflictioque coronat.
Nô coronabitur, inquit Paulus ad Timotheum scri-
bens, nisi qui legitime certauerit. Et Iacobus ait:
Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam cum
probatus fuerit, accipiet coronam vitæ. Et in libro
Tobie: Hoc pro certo habet omnis qui colit,
quod vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur.
Historia certè Cononis Abbatis apud Moscum Eui-
ratum, hoc, quod dicimus, pulchre confirmat. Is
enim cum à suo monasterio discessisset, ne puellam
speciosissimã baptizaret (nam erat presbyter in mu-
nere baptizandi, ex obedientia prælati occupatus) &

E

Luc. 4.
13.
Citat. D.
Thom. in
catena.
Luc. 4.

XIV.
Tobie 3.
22.

Ioan. 16.
n. 20.
n. 22.
2. Cor. 7.
4.

XV.

Tobie 2.
12.

Iacob. 5.
11.

XVI.
2. Tim. 2.
n. 5.
Iacob. 1.
n. 12.
Tobie 3.
22.

In Prato
Limona
170. c. 3.



hac occasione stimulum carnis tentantis sentiret, obuium habuit sanctum Iohannem Baptistam, qui in visione illi apparens, ter ipsum signo crucis signauit, & statim dixit: Crede mihi, presbyter Conon, volebam te pro hac pugna mercede donari, sed quia non vis, ecce abstuli à te hoc bellum, mercede autem huius operis carebis.] Tentatio ergo coronam parat, quæ soli victoriæ promissa est, hanc autem quis sine pugna obtinebit? Certè nullus: vt enim dixit Leo Papa: Nulla sunt enim sine tentationum experimentis opera virtutis, nulla sine perturbationibus fides, nullum sine hoste certamen, nulla sine congressione victoria. Vita hæc nostra in medio insidiatorum, in medio præliorum est; si nolumus decipi, vigilandum est, si volumus superare, pugnandum est.] Tentatio cursus est, quem qui diligenter confecerit, ad mercedem destinatam perueniet.

Has omnes utilitates & alias innumeras, quæ passim à patribus explicantur, virtute tentatis affert, sed tentatio victa, & per gratiam Domini proculcata: nam si nos tentatione illidamur, non hæc bona, sed opposita mala consequemur. Tentatio enim vincens & turpans animam, non eam illuminat, sed obscurat: non purgat, sed fœdat: non fidelem Deo, sed infidelem monstrat: non præseruat, sed in malum præcipitat: non fiduciam in Domino, sed desperationem immittit. Tentatio, quæ animam superat, segnitiam efficit, non feruorem infundit: pusillanimitatem, non humilitatem affert: pudorem, non amorem accendit: egestatem, non diuitias operatur: vitia, non virtutes notificat. Hæc non facit nos magnos, sed ostendit fidelitatem & amore pusillos: non Deum glorificat, sed ad indignationem prouocat: non Christo à quo discedimus, sed diabolo, quem peccando imitamur, assimilat. Hæc tandem animam peccantem cõtristat, alios casum scientes scandalizat, & præripit promissam victoriæ coronam. Quod si quis aliquam utilitatem ex tentatione eum vincente, decerpit, non eam peccatum confert, quod malum est & fons omnium miseriarum, sed Dominus, qui summè bonus est, & ex malis bona elicit, ex casu nostro occasionem capiat, vt sicut nos pro bonis mala, ita ipse pro malis bona retribuat. O tu igitur, qui spirituales vitam colis, & in cælum conuersatione pergis, & virtutis gustu delectaris,] confortare, & esto robustus,] vt in præmium victoriæ coroneris.] Ad hoc enim tentari permitteris, vt in hac vita prædictas utilitates capias, sine quibus vera virtus non subsistit, & vt in futura cum sanctis, & iustis hominibus tuarum victoriarum mercedem accipias. Intuere tentationem tibi permissam, vt beneficium Dei, & pro ea, tanquam pro beneficio gratias age, & eam diuina gratia adiutus, non in malum tuum, sed in profectum animæ victoria conuerte. Tunc intelliges illud: Transiuimus per ignem & aquam, & eduxisti nos in refrigerium;] quoniam igni concupiscentiæ, & aqua despectionis probatus, & illo igne purior, & ista aqua humilior effectus in refrigerium, id est, in cordis latitudinem, extolleris.

De multiplici via, qua aduersarij nos tentant.

CAPVT IX.

DVÆ sunt causæ, ob quas tentationis impulsu fœdamur: altera est defectus cognitionis, altera verò imbecillitas affectionis. Ille nos inficit, quia dum tentationem ignoramus, & bo-

A nam cogitationem esse putamus, illi absque metu contrahendæ perueritatis adhaerescimus; ista verò nos deicit, quia hosti potenter irruenti nequaquam resistimus. Huic postremo malo satis in superioribus consultum est, quæ omnia ad hoc tendunt, vt affectum aduersus insultus aduersariorum roborent; nunc primò nostrorum casuum fonti, scilicet ignorantia prospiciendum, quam multiplicium tentationum, quæ animam profectu spoliare solent, declaratio repellat. Ac primò septem viæ, aut rationes tentandi aperientiæ sunt, quibus aduersarij nos aggrediuntur, & vniuersa tentationum genera comprehendunt. Diabolus enim, & alij hostes nostræ salutis, vt Ricardus Victorinus, & Dionysius Richelius contemplati sunt, primò nos tentant tentatione importuna; secundo tentatione dubia; tertio tentatione subita; quarto tentatione occultas; quinto tentatione violenta; sexto tentatione fraudulenta; septimo tentatione perplexa. Hæcque virtute Domini superandas pollicetur Regius vates, dicens: Scuto circumdabit te veritas eius; non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incursu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis.] Ab his quidem tentationibus liberamur, dum notione earum imbuiamur, & diuina virtute protegimur. Lux ergo nunc cælestis assultat, & harum tentationum qualitates aperiat, & ex luce ad calorem, id est, ex cognitione ad pugnandi dexteritatem procedens, nos perfecte diuina virtus erudiat. Tunc sanè sciemus, quoniam septies in die cadit iustus & resurgit:] quia saltem in rebus leuibus sæpe hac multiplici tentatione ligatur, & potentia cælestis virtutis erigitur. Tunc quisque propter septemplacem liberationem dicit: Septies in die laudem dixi tibi, propter iudicia iustitiæ tuæ.] Verè enim iudicia sunt iustitiæ simul & benignitatis, si hostis iniuste animam impetens, iuste cadat, & si anima miserabiliter patiens, benigne se liberatam intelligat. Vt experiatur illud, quod sibi dictum est in Iob: In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.] Nam septem istæ tribulationes, septem prædictæ tentationes sunt, à quibus nos diuina misericordia, si volumus, adhibitis auxiliis, puros illibatosque custodit.

D Prima igitur tribulatio siue tentatio, quæ importuna dicitur, illa est, quam à memoria nostræ oculis amouere vix possumus, sed semel amota, iterum ad animam redit, & pene omni hora ipsam inquietare non desinit. Talis esse solet in multis tentatio inutilium cogitationum, quæ in omni loco & tempore, & in quacumque occupatione constitutus inuerecundè se ingerunt, & mentis puritatem impediunt. Iam præueniunt rei concupitæ præsentiam, iam sub rei præsentia exacuunt concupiscentiam, iam subtracta rei præsentia ipsius absentis recordatione molestant. Et sicut acuta, & continua febris omni hora membra depascit, & corpus huc illucque mouet, & nunquam manere permittit; ita tentationis importunitas omnes studiosas actiones, tanquam spiritualis vitæ membra discindit, & miseram animam à tranquillitate diuellit. Quam tentationem sanctus Iob pulchre describit, cum ait: Lapidem excavaunt aquæ, & alluione paulatim terra consumitur; & homines ergo similiter perdes.] Quid durius lapide: Quid mollius aqua? Et tamen dura molli saxa cauantur aqua: Quia videlicet importuna tentatio, hæc nil violentiæ habeat, per importunitatem vincit, & robustam mentem ad prauitatis consensum illidit. Et, vt Gregorius ait, paulatim venit in mentem, & resistentem

animum

Leo ser. 1.
Quadrages.
ges.

VIX

Dani. 10.
19.

Psal. 65.
12.

Ricard. in
Psal. 90.
Dionys. li.
de remedijs
tentationis. art.
8.

Psal. 90.
5. 6. 7.

Prou. 24.

n. 16.

Psal. 118.

n. 104.

Iob 5. n.

19.

Iob 14.

19.

Greg. 12.

mor. c. 13.

3. Reg. 11.

Psal. 139.

3. Psal. 55.

2.

Iob 20. 2.

Psal. 106.

40.

3. Reg. 18.

21.

animū lenibus suggestionibus inficit; & omnes in eo vires iustitiae, nō nimitate sua, sed assiduitate consumit.] Annon Salomon omnium hominum sapientissimus, hac fuit tentatione consumptus, qui consuetudine mulierū assidua mentē à suo creatore seiunxit, & ad consummatam perfidiam devenit: Ita multi tentationis alicuius importunitate mollescunt, & molles effecti à proposito amatae puritatis desciscunt. Qui cum se vident ob ignominiosum casum reprehensi, nō suae pusillanimitati, sed demonis importunitati tantum malum ascibunt. Dicuntque: Cogitauerunt iniquitates in corde; tota die constituebant praesidia.] Itemque & illud: Quoniam concitauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.] Quasi aduersus aliquid impugnationem, scutum veritatis desciceret, & non nos diuinā etiam protectionis assiduitas solidaret. Si tentatio importuna vndeque nos cingit, & non tam robore, quam importunitate circumdat, animaduertamus nos etiam esse veritatis scuto circumdatos, quae illam importunitatem, demonis impugnationem esse manifestat. Optimum scutum veritatis, quo si vbiq; tentamur, vbiq; de tentatione monemur, vt molestiam illam sensibus internis obiectam, musculam morientem esse scientes, à sacrificio mentis nostrae, manu discretionis abigamus.

Secunda tentatio, & dicitur dubia, illa est, quae ita animum ambiguitatis nubilo inuoluit, vt quid faciendum, aut quid fugiendum sit tenere omnino non possit. Saep̄ enim ex defectu luminis de rebus ad nos pertinentibus dubitamus, & malum quod futurum non est, tanquam iam imminens pertimescimus. Et sicut, cum nocte modico lunae, & stellarum lumine adiuti aliquid cernimus aliud esse, quam est, decepti iudicamus, & arborem cominus positam hominem ad nos venientem, rupem verò immotam feram esse in nos irruentem timemus: ita profusus animus quasi tenebris obuolutus corporis afflictionem suauißimos fructus ferentem, hostem putat, & illam nihil mali afferentem, nocuam, & salutē ad feruendum Domino necessariē aduersantem existimat. Lascia igitur carnis desideria afflictionem corporis petunt, & timores vani, consociendi corpus eandem afflictionem auertunt, vnde homo quasi in biuio positus anceps est, quō vadat, & merita perdit, nesciens quō se vertat. Euenitque illi, quod est in libro Iob:

Cogitationes meae variae succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.] Iam enim ob amorem profectus in salubriorem partem inflectitur, & carnem castigare cogitat; iam vanus timor insurgens flagellum de manu praeripit, quo hostis feriendus esset, & bonum conceptum exequi verat. De quibus cogitationibus, & illud intelligi potest: Effusa est contemptio super principes, & errare fecit eos in inuio, & non in via.] Sanē principes isti nunc sint internae mentis cogitationes ac deliberationes, quae nostris affectibus dominantur, & virtutum aciem aduersus hostilem vitiorum exercitum instruant & ducunt. Contemptio autem super principes istos effunditur, cum deficiente lumine in varias sententias distracti, quid faciendum sit, non inueniunt, & dum isti sententiam aliorum impugnant, ad inuicem se contemnunt. Qui prius errant in via, dum rationem exercenda virtutis inuenire nesciunt, & postea errant in inuio, quia peccata quibus illigantur, non aduertunt. Hac tentatione pulsati ad modum claudorum ambulat, qui cum ad bonum audent, fortiter vnum pedem figunt, cum verò retrocedunt, altero claudicantis effugiem expriment. Quibus conuenit illud Eliae: Vtque quo claudicatis in duas partes? Nunc enim in ferream proplandā conscientia instimulante

A] propendent, nunc in teporem vano timore perturbente declinant. Sed non sumus iam paruuli fluctuantes, nec circumferamur omni vento doctrinae, nec timeamus à timore nocturno, quem Dominus, nisi proterui esse velimus, veritate disicet, & quam puerilia & vana sunt, quae timemus, ostendit.

Tertia tentatio subita est, quae repente irruit, & nostram considerationem praue nit, & priusquam nobis consulamus, cor mortis telo transigit. In quam tentationem saepe incauti & incircumspecti solent incidere. Dum enim sine vilo timore omnia lustrant, domosque alienas sine praecautione penetrant, prius se in praecipitium prauae actionis, aut prauis consensibus praecipitatos vident, quam decipulam sibi à diabolo paratam aduertant. Excusant se miseri iam decepti verbis illis Ieremiae: Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis caeli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis. Nam, & si (inquiunt) sollicitudines nostrae, quibus propriam salutem operabamur, aquilis possunt comparari, adtersarij tamen velociores exiterunt, qui in montibus, in vuluum alienorum aspectu, ex quo nihil mali suspicabamur, & in locis occultis, quos bona intentione ingressi sumus, nos imparatos vulnerarunt. Sed immerito infelices curam suae salutis cum aquila conferunt, quae non more aquilae pericula eminens posita videt, immò ad modum noctuae, tendiculum ante oculos iactam videre & declinare contempsit.

Parant aduersarij tui, (o vita spiritualis cultor) sagittas suas, (id est subitas tentationes) in pharetra, vt sagittent in obscuro rectos corde, & tu non vereris occulta perere, abscondita penetrare, & sine socio, sine teste in loca te occasionibus plena concitare? Aduerte quia à tentatione subita in die irrupente, id est, à te non quaesita, sed vltro se ingerente, Dominus se tibi liberatorem promisit. Scuto, inquit, circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die. Si verò tu sagittam, id est, tentationem subitam non in die, non in luce, non in bono opere occupatus sustines, sed in nocte, & in occasionibus peccandi positus liberer expectas, non mirum si scutum veritatis non te defendat, & à sagitta vulnereris. Fuge igitur occasiones peccandi, ne diabolus subito insurgens te praecoepet, & gratiam perdas, dum incaute tuam voluntatem explas.

Quarta tentatio occulta est, quae ita latenter ingreditur, vt in rebus agendis vel vitandis, quae magnam diligentiam poscunt, magnam negligentiam inducat. Haec rem perniciosam ad considerationem non affert, ne omnino respiciatur, aut ne debita solitudine reiciatur. Haec rem optimam, & magni momenti indiscussam relinquit, vt cursum, & festinanter, & cum magnis imperfectionibus executioni mandetur. Illi autem vi huius tentationis illiduntur, qui fratrum nomen denigrant, qui suis dictis & factis alios scandalizant, qui similia mala perpetrant, & nunquam corriguntur, quia nunquam sua mala considerant. Illi etiam, qui rebus magnis, aut diuini cultus, aut gubernationis aliorum addicti sine debita cura, & diligentia eas peragunt, quia obligatione sui muneris non attendunt. Illi demum, quos diabolus commotis terrenis inescat, vt eorum suauitate hamum culpae deglutiant, & mortem, quam deglutiant, non sentiant. De qua tentatione Gregorius intelligit illud Iob: Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.] In terra, inquit, pedica absconditur, cum culpa sub terrenis commodis occultatur. Inimicus quippe insidians ostendit humanae menti in terteno iuro, quid appetat, & occultat peccati laqueum, vt

E] eius

Ephef. 4. 14.

Threno. 4. 19.

Psal. 10. 2.

Psal. 90. 5. & 6.

Iob 18. 10.

Greg. 14. mor. c. 7.

Iob 18. 10.

Greg. 14. mor. c. 7.



eius animam stringat: quatenus videat quid est, quod concupiscere valeat, & tamen nequaquam videat, in quo culpæ laqueo pedem ponat. Et tunc ab antiquo hoste super semitam decipula ponitur, quando in actione huius mundi, quam mens appetit, peccati laqueus paratur, quæ videlicet non facile deciperet, si videri potuisset.] Hunc ergo laqueum occultum ex triplici, quem assignauimus, fune contextum timebat Dauid, quando dicebat: Ab occultis meis munda me] Occultam enim, & à se non cognitam plagam timebat, qui iam in aliquo gradu virtutis positus, peccata manifesta refutabat. Timebat & Paulus: Nam nihil, ait, mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum.] Sanctus verò Iob remedium ad hoc malum vitandum exposcit. Quantas, inquit, habeo iniquitates & peccata: Scelera mea atque delicta mea ostende mihi.] Psalmista quoque, dum ait: Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine, Deus meus illumina tenebras meas.] Et rursus: Illumina faciem tuam super seruum tuum: doce me iustificationes tuas.] Dominus enim tunc lucernam nostram illuminat, cum à scintilla discretionis nostræ quasi operientem cinerem excutit, & tenebras nostras illuminat, cum mentem ignorantie suorum peccatorum cæcam, ad lucem scientiæ conuertit: & faciem suam detegit, cum viam suarum iustificationum ostendit. Qui & nostris deprecationibus prouocatus medicinam huius morbi pollicetur, dicens: Scuto circumdabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno. A sagitta volante in die: à negotio perambulante in tenebris.] Totum namque hoc negotium occultæ tentationis in tenebris agitur, quia in caligine & ignorantia mentis obruditur, à quo tamen homo scuto veritatis, quæ lux est, omnes tenebras discutiens misericorditer liberatur. Nam si vsque ad aduentum iudicis in tenebris maneat, & sine occultorum grauium pœnitentia decedat, frustra in alia vita ad lucem cognitionis euigilat.

Quinta tentatio violenta est, quæ aded fortiter & acriter impugnat, vt ab humana imbecillitate superari vix possit, nisi abundantissima gratia huiusmodi impugnationi resistat. Hanc passi sunt martyres tormentis, & morte ad deferendam fidem adacti. Hanc expertus est Beatissimus pater Benedictus, tam acerbis carnis stimulis agitur, vt necesse fuerit ad spinas, & tribulos, & ad remedia infueta confugere, & carnis prurium sanguine ex vulneribus erumpente suffocare. Quod si ad sacras litteras oculos conuertamus, non paucos ex viris iustis hac tentatione pulsatos cognoscemus. Nonne Paulus de hac tentatione conqueritur? cum ait: Supra modum grauati sumus, supra virtutem, ita vt tæderet nos viuere.] Et sanctus Dauid hanc eandem sentiebat; Ecce, inquit, ceperunt animam meam, irruerunt in me fortes.] Patientem quoque Iob similis tentatio pulsabat. Ait enim: Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt super me, & ad meas miseras deuoluti sunt.] Nam sicut rupto muro, & aperta ianua ciuitatis, vix superest spes euadendi; ita hominis penè virtute sublata, & irruentibus hostibus, difficile est se in innocentia continere. At ille qui ostendit negotium perambulans in tenebris, etiam [ab incurfu,] & tentatione violenta nos liberat. Quæ optimè incurfus vocata est, quia nequaquam hostis in hostem eminus conspectum, nisi impetu incurrit: & potius sibi ipsi fuga confuleret, nisi putaret se posse violentia superare. Liberat igitur ab ea: quoniam si fortis est, qui in nos irruit, fortior est, qui nos defendit, & si quasi violententer trahimur ad consensum peccati, potentissime

A ad sustinendum sensum, & negandum consensum adiuuamur.

Sexta tentatio fraudulenta est, quæ animum decipit, & diuersis modis veritati intentum in errore pertinaciter figit. Sed quis has dæmonis fraudes enarrare sufficit? Primò enim malum sub specie boni cooperit, & bibendum venenum sub colore vini flauo & exhilarantis inducit. Iam animarum lucra promittit, & inermes & imparatos ad bellum exire compellit. Iam in alio loco, aut in sublimiori statu, maiora spiritualis profectus augmenta proponit, & eurrantem ascendere in barathrum fœcordiæ deicit. Iam sub desiderio exercendi talentum, ambitionem sub prætextu zeli, Prælatorum cõtempnent, & maiorum detractiones suadet. Quod aduersus alios faciat, inquit Bernardus, quos videt omnino diligere iustitiam, & odisse iniquitatem? Quid nisi vt iniquitatem palliet virtutis imagine? Quos enim perfectos boni nouerit amatores, malum eis sub specie boni non mediocriter, sed perfecti persuadere conatur, vt citò consentiat, qui magnopere diligit bonum, & facile, qui currit, incurrat.] Hæc est via, quæ (iuxta Salomonem) videtur homini iusta, nouissima autem eius deducunt ad mortem.] Hæc est lingua illa dolosa, pro qua amouenda Psalmista deprecatur: Domine libera animam meam, à labiis iniquis & à lingua dolosa.] Lingua sanè plena fraudis & doli est tentatio hæc, quæ, sicut iniustus venditor, mendacium pro veritate diuendit. Discamus, inquit Ambrosius, tentamenta diaboli plena esse mendacij. Vix enim vnum verum videtur ex iis, quæ pollicitur est, reliqua falsa composuit. Quod Euz tentatione confirmat, quam hostis ad transgressionem præcepti amore deitatis adigit. Vt videlicet sciamus, quod ipse subdit, non facile, nisi quod diligenti pertractauerimus, quod interiore probauerimus affectu, ad opus aliquod esse sumendum. Deinde alia fraus dæmonis est, quod aliquando mentis oculos cæcat, vt hominem in peccata deiciat: aliquando prius appetitum inquietat, vt insurgente passione, velut quadam nube oculos internos occludat. Illud Gregorius in Samone signatum existimat, cui Allophyl prius [oculos eruerunt,] & postmodum molæ deputarunt. Itud verò in Sedechia, cuius filios Nabuchodonosor ipso præsentente sustulit, & [oculis filijs] oculos] miseris patris effodit. Sic prorsus fraudulenti hostis nos capere nititur, nunc priuatione lucis, nunc ablatione feruoris, vt mens soli considerationi intenta per tepiditatem cadat, & solis affectibus occupata, per defectum lucis in scopulum iniquitatis impingat. Tertiam quoque fraudem adiciamus, qua solet sensus decipere, & conuenientibus obiectis emollire, vt mens suauibus sibi nexibus capta, & quasi dulci somno soporata, minimè tentatori spolianti resistat. Nam tela dæmonis, inquit Leo Papa, non sunt aspera corporis sensibus, sed nimium carni, vt animæ noceant, blandiuntur. Trahunt oculos ad varias tentationes, vt de mundi pulchritudine, aut concupiscentia accendantur faces, aut superstitio-num gignantur errores. Insidioso etiam sono, & mollibus ictibus pulsatur auditus, vt animi soliditas illecebrosa modulatione soluat, & lethali consuetudine suauitatum incauta, & parum sobria corda capiantur.] Hæc Leo. Sed quid ego? Nunquid existimo vniuersos diaboli dolos posse detegi, & à me breui charta circumscribi? Ab his igitur superfedendum est, ne aut lectorem innumeris suorum hostium fraudibus legendis oneremus, quas patres, (præsertim magnus Antonius) variis locis exposuerunt, aut nos aliquid supra vires præsumamus. Sed certè vnam

B
C
D
E

Psal. 18. 13.

1. Corin. 4. 4. Iob 13. 25.

Psal. 17. 29. Psal. 118. 135.

Psal. 99. 5.

Greg. 2. mor. c. 2.

2. Corin. 1. 8.

Psal. 58. 4.

Iob 30. 14.

Psal. 90. 6.

Bern. ser. 6. in Psal. qui habita.

Prou. 14. 12. Psal. 119. 2.

Amb. lib. de pas. rad. fo. c. 13.

Gen. 3. n. 5.

Greg. 7. mor. cap. 13. Iudic. 16. 21.

Ieremia 39. 6. 7.

Leo ser. 4. de ieiunio sept. mensis.

Refert Athanasius in vi. sermo nem eius.

non

Gregor. 3.
mor. c. 16.

Iob 2. 5.

Bern. ser.
64. in
Cant.

Psal. 90.
n. 6.

Bern. ser.
33. in
Cant.

Psal. 68.
15. & 16.

Matt. 24.
n. 3.

2. Cor. 7.
5.

Iudith
12. 17.

Psal. 90.
n. 7.

Iob 30.
17.

non præteribo, quam Gregorius his verbis explanat. Sæpe antiquus hostis, postquam menti nostræ tentationum certamen inflixerit, ab ipso suo certamine ad tempus recedit, non vt illatæ malitiæ finem præbeat, sed vt corda, quæ per quietem secunda reddiderit, repente rediens, facilius inopinatus irrumpat. Id sanè in Iob videmus impletum, quem prius diuitiis spoliavit, filiis orbavit, postea verò ad carnem plagis conficiendam expetuit. Nec enim cessat aliquando, quia cesset eius odium in nos, sed quia dum cessat, mentem securam reddit, vt tentationis oblitam acrius impugnet. Ecce vulpes paruulas, id est, tentationes fraudulentas, quæ (auctore Bernardo) demoliuntur vineas, quæ non tam occidendæ, quam capiendæ, id est, detegendæ sunt, quoniam eo ipso quòd cognoscuntur, paruo negotio eliminantur. Ecce fraudes dæmonis, à quibus etiam Christus scuto veritatis nos liberat, quo etiam à dæmonio meridiano protegimur. Dæmonium enim meridianum, vt etiam Bernardus annotauit, est tentatio sub specie boni, aut quælibet tentatio fraudulenta, quam verus meridianus oriens ex alto deuincit, dum lucis sua verum aperit, & falsum conuincit & prodit.

Septima tentatio perplexa est, quæ sub vno eodemque tempore multis, variis, & pene contrariis vitis impugnat, vt miser animus vndique bellis cinctus, vnde vni acrius resistere nititur, inde in aliud, quod non timebat, luctuosa collisione labatur. Est hæc tentatio sicut ex contrariis ventis orta implacabilis, & sæua tempestas, quæ solet momento nauim absorbere, & factò in mari quasi vndarum hiatu, fluctuantem cymbam in ima demergere. Ita profus anima oppositis impugnata vitis, & ad contraria peccata vehementer impulsâ, mirum est si naufragium effugiat, & non in profundum alicuius peccati descendat. Hanc quidem tentationem præuidebat Dauid, cum dicebat: Eripe me de luto vt non infigar: libera me ab his, qui oderunt me, & de profundis aquarum. Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum, neque vrgat super me puteus os suum. Solent enim aliquando viatores in loca cænosa nescientes incurtere, & ita cæno & luto vnde quaque circumdari, vt omnino nesciant, quâ possint sine casu ad terram solidam deuenire. Sic Propheta vndique luto tentationum obfessus, postulat ab eo eripi, qui solus fuit potens Petrum penè submersum, ab aquarum vorticibus liberare. Paulus autem expertus est eam, nam & ait: Nam & cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris pugna, intus timores. Vide perplexitatem eius, qui foris non vna pugna, sed multis variisque pugnis, & intus non vno timore, sed multiplicibus timoribus vrgebatur. Non tamen deseruit iustum Deus. Vnde subdit: Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus. Et vt hunc non deseruit, ita neminem [in se sperantem derelinquit.] Immo se affuturum pollicetur, dicens: Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Si enim in aduersitate positos nos mille tentationes infestent, & in prosperitate collocatos decem millia tentationum insurgant, ille nobis aderit, ille nos tuebitur atque defendet, qui scit aduersis deprimentibus per patientiam mederi, & prospera per superbiam efferentia multiplicitate humilitatis occasione superare. Si [nocte] huius vitæ [os] nostrum, id est, robur mentis [perforatur] doloribus, & hostes, [qui nos comedunt] atque dilacerant, [non dormiunt], neque quiescunt. Si in multitudine eorum consumitur vestimentum nostrum, illud scilicet quo anima ope-

ritur ex multiplici virtute contextum, & quasi capiti tunica succinxerunt nos, vt pene suffocati clamare ad Dominum, & auxilium poscere nequeamus, necdum deponendus est animus, quia liberator noster [effundet fraxeam] potentie suæ, quam habebat veluti vagina conclulam, & concludet atque oblidebit eos, qui omni ex parte obsidebant nos. Eos inquam oblidebit, vt perdat, vt procul à nobis arceat, & vt saluator noster effectus, certissimam victoriam citò affuturam promittat.

Ad hanc septemplex tentationem possumus vniuersas tentationes siue mundi, siue diaboli, siue carnis reuocare, aut enim tentatio sine cessatione impugnat, & importuna est: aut ambiguitatem rerum agendarum, vel omittendarum inducit, & dubia est: aut repente irruit, & subita est: aut negligentiam in rebus magni momenti gignit, & occulta est: aut omnes vires humanas absumit, & violenta est: aut sub specie boni, vel alia ratione seducit, & fraudulenta est: aut ex variis & oppositis impugnationibus constat, & perplexa est. Et de quolibet peccato potest vno ex his modis fortissimè, vel omnibus simul noster aduersarius tentare, & nunc quasi vno armorum genere aduersus nos agere, nunc verò arma vniuersa miscere. Quibus tamen omnibus repellendis vnum scutum veritatis sufficit, quæ mentem erudit, & vnum auxilium diuinæ gratiæ, quæ eandem iam veritate eruditam roborat, & ad resistendum inflamat. Si diabolus ad vnum peccatum, vt ad immoderatam iram, subito moueat, & importunè instet, & violentè accendat, & resistendi negligentiam generet, & malitiam indignationis inuoluat, & prætextu zelus defendat, & varias tentandi artes immisceat, vna gratia, quæ constans est contra importunitatem, certa contra dubietatem, prouida contra repentinum insultum, diligens contra negligentiam, robusta contra violentiam, clara contra fraudulentiam, & virtute multiplex contra perplexitatem, potest hos omnes conatus euertere, & nos ab omni casu liberare. Adsit mihi Dominus potentia gratiæ suæ, quia si constant aduersum me castra, non timebit cor meum; si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Omnia tentationum bella, & omnes aduersarij, vt me conterant, potenter insurgant, nam hoc auxilio sultus, delebo eos, vt puluerem terræ, quasi lutum platearum comminuam eos atque confringam. Nam & Dominus ob id multa bella nos molestare permittit, vt multa merita conquiramus, & multiplices in suo regno, corona donemur.

Nam & Dominus ob id multa bella nos molestare permittit, vt multa merita conquiramus, & multiplices in suo regno, corona donemur.

De generalibus remedijs tentationum.

CAPVT X.



ENERALES tentandi rationes generalia remedia sequantur, vt aciem hominum omnibus machinis ad nocendum instructam fortior, & paratior cumulus remediorum excipiat. Quæ generalia dicuntur, non quia ipsa specialia non sint, satisque ad resistendi opus accommodata; sed quia cuilibet tentationi depellendæ deseruiunt, & nulla est tam noua, aut peregrina tentatio, cui non facile aliquod ex subiunctis remedijs obstat. Licet autem eadem ferè sint remedia curandarum tentationum & pellendorum vitiorum, & de his supra non pauca dixerimus, hæc tamen iam dicta, aut omnino prætermittentes, aut breuissimè attingentes, ad alia, quæ commemorata non sunt, exponenda festinabimus. De

Psal. 34.

Psal. 26.

1. Reg. 22. 43.

his

Dia. li. de remedijs tentat. ab ar. 13. v. f. que ad 24. Guiller. lib. de tentationibus et resisten. 175. c. Gerfon. tract. de I. 2. Reg. 18. 9.

Cyrl. I. de res. p. 1. in ca. 1. b.

Ephra. de morbo lingue.

Ezech. 2. 2.

his autem plurima scripserunt Dionysius Richelius, Guillelmus Parisiensis, & Gerfon, multa etiam alij sancti & eruditi vni docuerunt, qui res spirituales tractarunt, ex quibus nos non tam potiora explicare, quam delibare decreuimus, vt lector sub breui compendio, multa ac varia armorum genera habeat, & aduersus multiplices aduersariorum dolos, multas vincendi rationes addiscat.

Tu ergo, o vir Dei, qui patriam vis cœlestem diripere, & icis innumera bella tentationum instare, & vndique aduersarios insurgere, nullo modo te impatratum & inermem bello committas. Recordare, obsecro, stulti illius adolescentis, qui nudo capite, capillisque dispersis in prælium introiuit, & [adhæsit caput eius quercui, & inter cœlum terramque suspensus,] locum lanceis aduersarij ducis in suo corpore dedit. Si autem pugnam inuiset armis instructus, galeaque protectus, non esset tam facile percussus, nec ab armigeris Ioab tam infeliciter interfectus. Ille creator tuus, qui te bellis spiritualibus sustinendis exponit, arma etiam contraria, quibus resistas, & victoriæ præmia consequaris, attribuit. Ne sine illis ad bellum procedas, vt ab hostibus irrisus atque contemptus, vitam non iam corporis, sed animæ pretiosioris amittas. Multos habes hostes, inquit Cyillus, multa tela accipe: cum multis hasta concurrens, opus est ergo discere, quo transigas.]

Si autem vis hæc arma vno verbo perdiscere, illud sit beatissimi doctoris Ephraem Syri, qui ea non sine apta similitudine exposuit. Suum, inquit, quæque res habet contrarium. Tenebris lux contraria est, amaritudini dulce, & vigilia somno. Qui creauit hæc omnia, nihil reliquit, cui non adiunxerit contrarium. Nam si mortalis homo suo ingenio componit inter se contraria, aduersusque labores quietem adhibet, remediisque ac medicamenta, terra marique opportunè conquirat, vt suam cuique morbo, vt res tempusque postulat, curationem prudenter adhibeat: quantum magis immortalis ille omnium rerum procreator, cuncta suo disponit ordine, atque ita moderatur, vt ad manum cuique sint, quibus ab inimicis sese defendat? Instructus es ergo armis, o homo, aduersus quoscumque hostes & aduersarios tuos. Hæc tibi ad salutem concessa si neglexeris, victus, in die iudicij, quomodo te ipsum excuses, non habebis. Præter tibi contra aduersarij machinas, sunt arma diuersa.

Si ignita sua in nos tela hostis emiserit, habemus & nos orationis scutum inexpugnabile. Si libidinis in nos bellum mouerit, sociam nobis pugnam, animi dilectionem aduersus illum assumamus. Si nos iniquitate captiuos ducere conatus fuerit, ad iustitiam confugientes, salutem nostram consulamus. Si te per odium, atque malitiam vulnerare studuerit, ad fraternam charitatem accurrato. Si te per arrogantiam atque superbiam oppugnauerit, humilitatem ei opponito. Si corporis concupiscentiam aduersus te incitauerit, temperantiæ thoracem velociter induito. Si lasciuie iacula in nos contorserit, galeam castitatis in eum assumamus. Si diuitiarum nos cupiditate stimularit, paupertatis beatitudinem habemus. Si gulæ nos vitio adorsus fuerit, ieiunij nobis alas apremus. Et quia euerfionis causa est inuidia, præter nobis aderit charitas, si velimus: quæ corrigere queat & edificare. Et sicut suo inimico sunt arma ad oppugnandum: ita & nobis ad sunt nostra ad defendendum.] Hæc omnia ille. Para igitur te ipsum, & arma ad resistendum comparato, & vt Ecclesiasticus ait: Inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempore obductionis, id est, tempore pressuræ & angustiar, quam

vis tentationis importat. Qui enim imparatus hostem excipit, tempore obsidionis imprudenter sæpe festinat, & huc atque illuc se vertit, vt impetum eius repellat. Qui autem ad tempus obsidionis prouidet sibi, quæ necessaria sunt, is hostem quietus expectat. Ita & tu si tempestiuè te paraueris, & arma ad pugnam cõquisieris, & pene securus expectabis hostem, & eius impetus non timebis. Arma verò paranda quædam ad intellectum, quædam ad affectum, quædam ad opus pertinent, quæ hic suo ordine subiiciemus.

Illa ergo considera, quæ te ad resistendum & vincendum accendant. Hæc autem esse possunt, quæ Ambrosius per sex ciuitates refugij delinquentibus designatas, adumbrata esse cognouit. Prima est cognitio verbi, & ad imaginem eius forma viuendi, vt si molestia impugnationis emerferit, statim mens ad Christum properet, & eius sanctitatem consideret, & inde hauriat amorem boni, quod amplectatur, & mali, quod abiciat. Vita enim æterna est, id est, semen æternæ vitæ, si cognoscamus Deum, & quem ipse misit, Iesum Christum,] ea cognitione, quæ ad amorem boni & odium mali procedat. Secunda est consideratio diuinæ operationis, qua creatus est mundus, vt Deum nostrum creatorem, & omnium authorem agnoscentes, eum offendere timeamus. Etenim si parentes, qui nos genuerunt, amamus, & eos contristare erubescimus, quantum magis amare debemus creatorem parentum nostrorum? & obedire vniuersorum auctori? Tertia est contemplatio potestatis diuinæ & maiestatis æternæ, nam quem amor patris non cohibet à peccato, altem timor illius Domini, qui potestatem habet mittere in gehennam,] in officio continet. Quarta ciuitas est propitiatio nis diuinæ contuitus, vt videlicet diuinam misericordiam consideremus, quæ toties nobis indulsit, & ea iterum abuti, sit nobis formidabile: ne (dicente Paulo:)

Theaurizemus nobis iram in die iræ, & reuelationis iusti iudicij Dei.] Quinta legis diuinæ contemplatio, quæ faciendâ præscribit: & sexta illa legis portio, quæ docet, quid faciendum non sit. Satis enim dolum iniquæ suasionis aperit, si seritio cogitemus, quid Dominus, in cuius potestate sumus, & à quo toti pendemus, aut nobis iubeat, aut e contra prohibeat: à cuius iussis resilere, non est aliud, quam in sempiternam damnationem festinare. Hæc, quæ Ambrosius latius explanat, efficacissimè intellectum illustrant ad inuestigandam peccati malitiam, & tentationem ad illud prouocantem refutandam. Sunt autem alia multa & simpliciora, quæ intellectus ad evertendas aduersarij tentationes consideret. Cogitet namque homo, quinam sint demones, qui illum ad malum inducunt, & quid suasionibus iniquis intendant. Illi profecto sunt iniquissimi & nobis infestissimi, qui à suo conditore descuerunt, & ex statu gratiæ in statum perditionis lapsi sunt. Ipsorum autem scopus in tentationibus est homines in æternum perdere, & à sibi promissa felicitate separare. Quis autem velit suis hostibus, & tam implacabilibus hostibus, & suum excidium procurantibus consentire? Cogitet homo Christum saluatorem in cruce actum, & tot pressuras sustinentem, vt debita peccatorum exoluat; & videat an æquum sit hæc tanta beneficia perdere, & (quod ad se pertinet) peccati consensu, iterum maiestatis Dominum crucifigere. Certe qui] aspiciebant serpentem æneum à Mose confectum,] etiam si à serpentibus essent] percussis, sanabantur,] quantum magis qui Christum è cruce pendentem apexerit diaboli morsum, id est peccati consensum effugiet? Cogita etiam, o homo, di-

gnitatem

gnitatem

II.

Ambros. de fuga sculii. c. 2.

Ioan. 17. 3.

Matth. 10. 28.

Rom. 5.

Num. 21. 9.

Pfal. 3. n.6.

gnitatem tuam, quia omnibus corporeis creaturis prelatas, & paulo minus ab Angelis minoratus es: quia splendore intellectus, & libertate arbitrij donatus; quia gratia, charitate & supernalibus donis indutus; quia in finem æternæ beatitudinis conditus; quia Deo homini factio, fraternitate coniunctus; & ne diabolo hero vilissimo seruias, & te summo malo, id est peccato subiicias. Templum Dei es; non ex lignis lateribusque compositum, sed ex spiritali natura ad Dei imaginem fabricatum, quod si violaueris per consensum iniquitatis, vide ne super te ipsum semper duraturas penas induxeris. Cogita tandem mortis propinquitatem, Christi iudicis recititudinem, penarum æternarum acerbiteriam, felicitatis nos fatiantis magnitudinem, & ne ob breuissimam & bestialem voluptatem, vel ob tui hostis gaudium, felicitate tuæ voluntatis expletionem, hæc ineffabilia bona perdas, & illam immensitatem malorum incurras.

Ephes. 6. 16.

1. Petri 5.9. 1. Ioan. 5.4.

His omnibus, quæ ad fidem spectant, intellectus eruditur, vt tentationibus resistat, & eas non admittendas esse cognoscat. Et ideo de illa ait Paulus: In omnibus sumentes scutum fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et Petrus: Resistite fortes in fide. Ioannes quoque: Hæc est victoria, quæ vincit mundum, fides nostra. Nam verè fides eorum, quæ humano generi reuelata sunt, fortes nos ad resistendum reddit, ad diaboli impulsibus nos defendit, & victoriam obtinet, si consideramus quam stultæ mentis est pro terrenis æterna, pro vilibus illustria, & pro his, quæ appetitum non satiant, nos expletia & saturantia despiciere. At quæ affectum inflamment? Certè hæc. Primò honestatis desiderium, ac promissionis spes. Secundum timor incurrendæ pænæ & felicitatis amittendæ. Tertium amor illius, quem super omnia diligimus, cuius voluntatem, & omnibus rebus creatis & nobis metipsis præponimus. Quartum fuga, qua quis aduersarium susurrantem relinquit, & se in abdito sui creatoris abscondit. Tria illa priora, Bernardus funibus, clauis, & glutino assimilât. Funè quodammodo, ait, alligatus est Redemptori, si quis fortè dum vehementiore tentatione turbatur, proponit sibi honestatis intuitum, memoriam promissionis, & hoc interim se fune retinet, ne propositum penitus abruptatur. Durum profectò vinculum & molestū, sed & periculosū nimis, & quod diu tenere non possit. Siquidè putrescunt funes, & pudoris vinculum aut obliuiscimur, aut abruptimus citò. Est autè qui clauis configitur Domino maiestatis, quem timor Dei ligat, qui non expauescit ad vultus hominum, sed ad memoriã gehennalium tormentorum. Et hic quidem peccare non metuit, sed ardere. Durius tamen & fortius primo imprimitur, quia cum ille vacillet in proposito, iste propositum non amittit. Glutino verò ei conglutinatur, id est, charitate, qui tam suauiter quam securè ligatus adherens Deo, vnus spiritus est cum eo. Hæc Bernardus. De spe dictum est: In Domino sperans non infirmabor. Et si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo. Et bonus Dominus, & confortans, & sciens sperantes in se. Scit quidè illos, vt roborat promissionibus suis, & rerū supernarum desiderij, ab amore terrenorum auellat, & in medijs tentationibus ad terrena proiuocantibus, visibilibus contemptores efficiat. De timore hæc dicit Ecclesiasticus: Si nõ in timore Domini tenueris te instanter, citò subuertetur domus tua. Ac rursus: Timor Domini expellit peccatum: nam qui sine timore est, non poterit iustificari. Amoris autem vim exprimit Paulus, cum

Pfal. 25. 1.

Pfal. 26. 3.

Nahm 1.7.

Ecclef. 27.4.

Ecclef. 1. 17.

Roma. 3. 35.

A ait: Quis nos separabit à charitate Dei? Et in Catechicis dicitur, fortis vt mors dilectio. Quia sicut pro fugienda morte homo quelibet aduersa patitur, ita amator Dei pro fugienda separatione à vita sua, quæ Deus est, omnia dulcia respicere, & omnia amara sustinere non veretur. De absconditione verò in Domino, intelligitur illud Isaia: Et erit vir, sicut qui absconditur à vento, & celat se à tempestate: sicut riuus aquarum in siti, & umbra petreæ prominentis in terra deserta. Si ventus vanitatis insurgat, tu ad portum ventantis confuge: si tempestat indignationis defauiat, tu in Dominum, locum scilicet tranquillitatis intrare festina: si cupiditas exastuet, cure ad fontem aquæ viuæ, quæ te refrigeret: si libidinis ardor insideat, ito ad petram & ad eum, qui est in umbra culum diei ab æstu, in cuius umbra calorè malæ cupiditatis non senties. Tentationi igitur valedicere, & ad Dominum cogitandum, & diligendum properare, efficacissimè quelibet impulsu tentatoris reiecit, & nos sine vilo detrimento, & cum lucro defendit.

Can. 8. 6.

Isaia 52. 1.

Isaia 46. 1.

B Remedia denique, quæ in ipso opere sita sunt, multa suppetunt. Aliquando namque inuat ad alia diuertere, & quæ nos infestant obliuisci, quæ verò prodesse valent, animo cogitare. Sic de Iahel cantatum est: Aquam petenti lac dedit, & in phala principum, obtulit butyrum. Vide prudentiam mulieris: Sisara non lac sed aquam petebat, quæ sitim eius temperaret, & calore, ac fatigatione compressum ad fugiendum resciceret: illa verò non aquam sed lac obtulit, quod ipsū somno, id est, mortis imagine detineret. Tunc autem sinistram manum misit ad clauum, & dexteram ad fabrorum malleos, & tempora eius validè perforauit. Ita & tu demoni ea, quæ tentationem roborant, postulant, non nisi ea offeras, quæ debilitent, vt possis demum illum à te repellere. Continuo vtile, immò necessarium est nos humiliare, deicere, accusare, vilipendere, & nostram infirmitatem agnoscentes, auxilium ad resistendum exposcere. Nam, vt magno Antonio reuelatum est, vniuersum mundum multiplicibus laqueis implicitum aspicienti, sola humilitas eos euadit. Deus quoque superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, vt valeant fortitudinem aduersariorum conterere. Quanti autem momenti sit ad victoriam tentationum obrinendam humilitas, Dorotheus pulchra comparatione declarat. Sunt plerique, inquit, in mari natantes ex aliqua necessitate, qui cum peritiam & artem natandi optimè teneant, vbi vnda in se proruentes aspexerint, incuruati illis se subiiciunt, dum pertransierint, atque ita ab eis nusquam læduntur. Quod si vellent ventanti vnda se ipsos opponere, illos absque dubio longius vnda repelleret, & quasi iacularentur in mari, atque ita fatigaretur, & frangerentur vi vndarum, nihil omnino perficientes. Idem in tentationibus contingit. Cum quis aduenientem tentationem tulerit cum humilitate & patientia, illam sine molestia, sine læsione vlla pertransit. Necessarium etiam est cogitationes insurgentes expendere, diligentique examinare, an quid manifestè malum afferant, an occultè malum sub specie boni, an bonum non rectè, nec conuenienti loco, aut tempore persuaideant, vt sic sciamus damnosas refutare, & proficuas admittere. Oportet nos, inquit Cassianus, vniuersas cogitationes, quæ emergunt in corde nostro, sagacia discretionè discutere, origines earum, & causas, auctorè que primitus indagantes, vt quales nos ei præbere debeamus, ex illorum merito, qui eas suggerunt, considerare possimus, vt efficiamur secundum præceptum Domini, probabiles trapezitæ; quorum summa peritia est ac

Iudic. 5. 25.

Arbana. in vita. 1. Petri. 5. 5.

Dorothei. doctr. 13.

Cassia. col. 1. 20.

disciplina, probare quod nam sit aurum purissimum, & ut vulgo dicitur, obrizum, quodve sit ignis purgatione minus excoctum: aereo quoque viique denario, si pretiosum numisma sub colore fulgentis auri imitetur, prudentissima discretionem non falli: & non solum numismata, tyrannorum vultum exprimentia sapienter agnoscere, sed etiam illa, quae sunt veri quidem regis imagine, sed non legitime figurata, peritiam sagacior discernere: deinde ne quid illis à legitimo pondere diminutum sit, censura trutinæ diligenter inquirere.

Ecce tria remedia ad opus pertinentia declaravi; nunc alia tria non minus necessaria subiicio. Nam tentationi non solus consensus, aut delectatio, aut mora neganda est, sed introitus suggestionis refutandus, ita ut nec primæ voci serpentis aurem præbeamus, sed statim dissentiamus, reluctemur, & vel sibilum audire dedignemur. Docuit id nos fortissimus Ionathas: Qui, ut in libro Machabeorum legimus, audito hostium suorum aduentu, egressus est ad eos, nec dedit eis spacium, ut ingrederentur in regionem suam. Quidnam est aduersariorum aduentum audire, nisi initia suggestionis animaduertere? Statim occurrendum est, & ut Hieronymus ait, dum paruus est hostis, interficiendus, ne malitia, si non elidatur in semine, vehementer excreseat. Studiosius consideremus, inquit Bernardus, quonam modo malignorum illorum spirituum suggestiones audire, immo quanta indignatione abiicere debeamus, auertentes aures nostras, ne audiamus sanguinem & sapientiam, quam reuelat caro, & sanguinis paruulos quoque Babylonis, cogitatus, scilicet mundanos ab ipso initio tenentes, & allidentes ad petram: ipsum etiam malignum cum tentationibus suis, à conspectu cordis nostri abiicientes, & deducentes ad nihilum.] Sit ita primo sibilu tentationis obstititeris, non dubites, ut idem sanctus pater alio loco testatur, quod inimicus confusus abscedet à te, & non tam libenter ilico reuertetur. Si autem praua cogitatio vehementer irruerit, actione virtutis contrariæ resistendum est, ut audacem hostem, stans pro nobis fortior amicus excipiat. De hoc remedio multa dicta sunt supra, nunc verba solius Bernardi meditata propono. Et vobis, inquit, aduersus triplex genus tentationis triplici opus est munimento, ut carnis quidem concupiscentia ipsius mortificatione vincatur, oculorum verò concupiscentiam superet studium compunctionis, & assiduitas lacrymarum. Porro ambitionis vanitatē virtus charitatis excludat, quæ sola castificat animum, sola purgat intentionē. Nec faus est utcumque resistere, nisi etiam fortiter & animosè resistas. Hanc enim dimicandi fortitudinem sonant verba Iudith suos ad pugnam hortantis: Et erit, cum exierit sol, accipiat vnus quisque arma sua, & exite cum impetu, non ut descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes.] Proterus sol iustitia illis illuxit, qui aduersus tentamenta diaboli, arma contrariæ virtutis accipiunt, qui non exeunt quasi deorsum, id est, paulatim & timide, sed quasi in via regia audacter & animosè procedunt, ut ipsa audacia decertandi hostes aduenientes exterreant. Circundet eos leo, terribiles vngues ostendat, vociferetur, & rugiat, quia cum sola voce pugnet, cum sola armorum ostensione decertet, & nolentes ferrere non possit, non est à virtutis amatore timendus. Rugire iste leo potest, ait Bernardus, ferrere non potest. Rugiat quantum vult, tantum non fugiat ouis Christi. Quanta minatur? Quanta exaggerat? quanta intentat? Non simus bestia, ut nos proster-nat vacuus ille rugitus. Sic enim perhibent qui tali-

1. Mach. 12. 25.

Hieron.

Bern. ser. de septem spiritibus.

idē ser. 5. quadragesimæ.

Bern. ser. 1. in trinitate paschæ.

Iud. 14. 2.

Bern. ser. 13. in psalm. qui habet.

A curiosius vestigauerunt, ad rugitum leonis nullam bestiam stare posse, ne eam quidem, quæ aduersus ictum, eius tora animositate repugnat & plerumque superat ferientem, quæ non sustinet rugientem. Verè bestia, verè rationis experta, qui tam pusillanimis est, ut solo timore cedat, qui sola futuri exaggeratione laboris victus, ante conflictum non telo, sed fuga prosternitur.] Hæc ille. Non timeamus igitur, sed intrepide repugnemus, & illa verba Domini nos roborant: Non eritis vos, qui dimicabitis, sed tantummodo confidenter stare, & videbitis auxilium Domini super vos, o Iuda & Hierusalem: nolite timere, neque paucatis: cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobiscum.] Quem ista verba non accendant? B Certè Barach mulieris sermonibus animatus, quasi in præceptis, & barathrum se discrimini dedit,] & in torrentem Cifon cum impetu magno descendit, ut cum duce Iabim manus confereret, quid faciemus nos non sermionibus Debora, sed Domini pollicitationibus confortati, nisi cum impetu, & sine villo metu ac trepidatione pugnare?

Postrema iam remedia, quæ super sunt ad vincendas tentationes, exponam. Et quidem (sicut ea, quæ proposuimus) in opere consistunt, & quaternario possunt numero comprehendi. Qui ergo aliqua tentatione pulsaris, inuoca Dominum adiutorem, qui secundum promissionem suam ore Dauidis pronuntiam, te clementer exaudiet, & à potestate aduersariorum eripiet.] Dic illi cum quanto poteris compunctionis affectu: Domine vim patior, responde pro me.] Illud quoque regis Iosaphat: in nobis Domine non est tanta fortitudo, ut possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cum ignoremus quid agere debeamus, hoc solum habemus residui, ut oculos nostros dirigamus ad te.] Inuoca etiam piissimam omnium hominum adiutricem, Beatissimam Virginem Mariam, quæ à Patriarchis, Regibus, Ducibusque progenita, satis indicat se matrem nostram esse, quæ sub regimine alarum suarum nos protegat: Reginam, quæ nos defendat, & Ducitricem, quæ in præmium victoris destinatum deducat. Ipsa est [vrbis fortitudinis,] quæ ad se confugiētes intra moenia securissima protectionis recipit: clypeus omnibus sperantibus in se,] in quo telum cuiusque tentationis extinguitur: Castrorum acies ordinata, quæ sibi fidentes, imperatae gratiæ largitione communiatur. [voca,] tandem, ut ait Eliphaz apud Iob, [si est qui tibi respondeat,] & quidem non deest, qui te erudiat in cæcitate positum, & qui te tentatione oppressum tueatur, & ad aliquem Sanctorum conuertere. Ad eum scilicet, vel eos præcipue, quos apud Dominum patronos habes, ut illi pie inuocati, bona apud Regem de te loquantur, gratiam impetrent ad fugandum diabolum, & sua intercessione victoriam, obtineant. Aperi conscientiam tuam Prælato, aut spiritali magistro, aut alteri probato viro, cogitationes, tentationesque, & dæmonis suggestiones edicito, consilium quare, & remedia curandi te ipsum, ac pugnandi rationem addisce.

C Qui enim vulnus suum detegere, vel auxilium petere negligit, ut Bonauentura ait, sua non immerito negligentia perit. Niniuite quidem vestiti sunt saccis, à maiore vsque ad minorem, & sic misericordiam meruerunt: Misertus est enim Dominus super malitiam, quam loquutus fuerat, ut faceret eis.] Quidnam est facis operiri, nisi se peccatores & morte dignos ostendere. Ostende ergo infirmitates tuas, ut periti medici scientia curesis. Nam sicut humor pestilens foras non exiens mortem affert, ita tentatio celata eam abscondentem

D

E

2. Paral. 20. 17.

Iudic. 5. 15.

Psalm. 90. n. 15.

Isai. 38. n. 14. 2. Paral. 12. 12.

Isai. 26. n. 1. Psal. 30. n. 5. Cant. 6. n. 3.

Iob 5. 1.

Roman. in speculo. cap. 2. Iona 3. 5.

Clima. grada 4. de obedientia.

Matth. 5. n. 4. Matth. 7. n. 2. Psal. 40. n. 2.

Prou. 30. n. 5. Matth. 4.

Cassian. coll. 22. c. 10.

interficat. Optimè Climacus ait: Qui cæcum duce pastore, gregem viæ ignarum ductore, infantem patre suo, ægrotum medico, gubernatore nauem defecit & fraudat, vtrifque periculum parat. Qui verò sine patris auxilio, cõtra spiritus nequam pugnare nititur, ab illis occiditur.] Compaterè aliis tentatis & tribulatis, eisque pro posse subsidium impende, vt & tu in simili necessitate positus misericordiam consequaris, & efficacibus gratiæ auxiliis adiuueris. Nam scriptum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.] Et quia mensura mensi fueritis, remetietur vobis.] Et beatus, qui intelligit super egenum, & pauperem: quoniam in die mala liberabit eum Dominus.] Tandem in promptu habeas verba Scripturæ sanctæ, cuiuslibet tentationi repellendæ accommodata, quæ velut iacula potentissima in hostem aduersus te pugnantes intorqueas. Omnis enim sermo Dei, igitus clypeus est omnibus sperantibus in se.] Sic Dominus tentanti dæmoni, sacrarum Scripturarum sermones opposuit, vt fraudulentis suggestionibus inimici, inquit Cassianus, nos quoque similiter memoria Scripturarum debeamus obfistere. Si his remediis fideliter vsus fueris, pro certo habeo, quòd gratia Dei tibi aderit, vt tentationes vincas, hostes prosternas, & te ipsum mundum incontaminatumque custodias, ac tandem coronam feruorum fidelium & victorum obtineas.

De his, quæ victoriam tentationum impediunt.

CAPVT XI.

TENTATIO, vt non semel diximus, cõstitutus est belli, quòd dæmones, & alij aduersarij humanæ salutis aduersus homines pugnant, & homines non tantum pro victoria, sed etiam pro aris focisque decerant. Non solum ergo his arma ostendenda, & ministranda sunt, quibus pugnet, sed etiam aperienda pericula, & negligentiæ, aut stultitiæ pendenda, quibus, si non occurrant, absque dubio in hoc ancipiti bello vincetur. Hæc autem stultitiæ eadem omnino sunt, quæ in corporali bello, quòd aut pro defendenda Republica, aut pro expugnanda aduersariorum arce victoriæ, & felicem prælij successum impediunt. Bellum enim animæ, ex quo salus æterna dependet, non minus quàm visibilia bella prudentiam, & dexteritatem requirit, vt optatum finem, scilicet hostium fugam, vel mortem, & claram victoriam obtineat. Nam & Salomon ait: Cum dispositione inicitur bellum: & erit salus vbi multa consilia.] Est ac si diceret: Prudenter bella gerenda sunt, quorum salus, id est, concupita victoriæ, non tam ex militum numero & copia, quàm ex eorum inuiolabili ordine pendet, & ex ducis sapientia atque consilio. Et merito viribus sapientia præfertur, quæ vires animat, &, vbi & quando oportet, ad victoriam consequendam assumit. Dicatur igitur: Melior est sapientia quàm vires, & vir prudens quàm fortis.] Quoniam nisi vires sapienter moueantur, non salutem sed excidium afferent; & vir fortis sine sapientia, à fortitudine declinabit, & in temeritatem propendet. Queramus itaque imperitias militum & Imperatorum, qui bella visibilia gerenda suscipiunt, & ipsorum ignorantia, ac imprudentia nos ad descendam sapientiam, & tentationes vincendas erudiant.

Prima stultitia militum est, (vt Dionysius Richelius meditat, qui omnia ad hoc argumentum pertinentia optimè prosequitur) si non sint in acie bene dispositi, & ita loci distantia separentur, vt mutuò se

A adiuuare non possint. Quomodo enim aciem aduersariorum simul irruentem, & secundum omnes suas partes se iuuantem, disiciant, qui separati belligerantur, & singuli solis propriis viribus, & nihil ab aliis accipientes, hostem multiplicem adoriuntur? Ita in tentationis conflictu stultitia est, si vires internas habeas in diuersa distractas; & à teipso diuersorum, immò & contrariorum amore distideas. Si hostis ergo voluntatem ad prauum consensum trahit, intellectus illius consensum prauitatem indagans, se voluntati cõsociet; appetitus mortificatione cohibitus voluntati feruiat; sensus ab eo, quòd pellicit, pro voluntatis obsequio diffugiat. Nam si vires aut comites, aut pedisequæ voluntatis eam deserant, aut etiam aduersario faueant, non mirum si ipsa dissiliat.

B Altera stultitia artis militaris est, si milites ab Imperatore, & à semetipsis mutuò dissentiant. Duce namque vnum præcipiente, milites aliud facient; & dum ipsi diuersa aggrediuntur, & in contraria distrahuntur, nullo negotio ab aduersario vincuntur. Sic si ab amore Prælatorum & fratrum te segreget, quorum orationibus, exemplis, & adhortationibus es in tentatione iuuandus, non mirum si tentatione vincaris. Annon scriptum est: Væ soli, quia cum ceciderit, non habet subleuantem se.] Solus verò es, si corpore tantum in congregatione habites, moribus autem, & voluntatis concordia sine comite, sociòque consistas. Profecto, si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistit ei: funiculus triplex difficilè rumpitur.] Sicut ergo funis ex triplici chorda contextus non facile cedit volenti eum tumpere, ita mutua charitas ex triplici fune composita, qua Deum propter seipsum amamus, & alios propter Deum diligimus, & nostram salutem propter ipsum Deum amore complectimur, non facile tentationibus superabitur. Ac proinde aliis amoris nexu iungamur, quorum viribus fulti aduersarios superemus. Frater quippe, qui adiuuatur à fratre est quasi ciuitas firma, quæ machinas, & tormenta bellica aduersariorum irridet.]

C Tertia belli imperitia est, exercitum imparatum esse, arma necessaria non sumere, & in loco periculoso ac minime munito, sine timore dormire. Hæc causa occisionis Amalecitarum fuit: qui succensa Siceleg, discumbabant super faciem vniuersæ terræ comedentes, & bibentes, & quasi festum celebrantes diem. Percussit autem eos Dauid, à vespere vsque ad vesperam alterius diei, & ferè non euasit ex eis quisquam.] Ita imperitia erit in spiritali bello cum diabolo, si te negligentem, & imparatum inueniat. Quare semper teipsum inspicere, & omnia loca circumquaque perulstra, semper arma virtutum para, & auxiliis diuinis oratione comparatis te communi; semper vigila, & cautè ac prudenter te habe, ne ab hoste subito irruente vulnereris. Ad hanc salubrem præparationem hortabatur suos discipulos Dominus illis verbis: Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris.] Lumbi enim virtute præcincti mentem fortificant, & lucerna manu accepta, pericula manifestat. Hanc armorum acceptionem iubet Paulus, dicens: Accipite armaturam Dei, vt possitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare.] Nam imbellis cum optimo bellatore, & inermis cum armato confliens, sibi metipsum aut mortem, aut vincula asciscit. Hanc in loco periculoso vigilantiam clamat illa sententia Saluatoris: Vigilate & orate, ne iniretis in tentationem.] Qui enim non vigilat non solum tentatur (quòd etiam vigilatibus accidit) sed per consensum, tentationis profundum ingreditur. Ad denique omnia comprehendit Ecclesiasticus, dum

D

E

Eccles. 4. 10.

Eccles. 4. 12.

Prou. 18. n. 19.

1. Reg. 30. 16. 17.

Lucæ 12. n. 33.

Ephes. 6. 13.

Matth. 26. n. 41.

Prou. 24. 6.

Sapient. 6. 11.

Dionys. de re med. tentationum art. 12.

Ecl. 11.
27.

ait: In die bonorum, ne memor sis malorum. Ita scilicet, vt in die pacis, & tranquillitatis te ventura forsā tentationis cura sollicitet, & in paradiso ad bellum armis se animus diligenter exercent.

Matt. 10.
n. 4.

Sequitur quarta imperitia in bello; ea autem est, si quis ex nostris viam ingrediendi aduersariis aperiat, & cum hostibus fœdera iungat, qui iruentes, & illum sui Regni traditorem, & reliquos infœlici feruituti subiciant, aut in sperata morte præcipiant. Sic stultum est tentationi ianuam consensu aperire, & cum hoste animæ, id est, cum peccato fœdus inire. Vnus ludas, qui ad Christi collegium pertinebat, saluatorem suum inimicis tradidit, & tradendo vitam occidit: eodem modo vnus consensus voluntatis vitam animæ in nobismetipsis interimit. Ne ergo, ianuam aperiamus hosti, sed potius eius dolosa verba refutemus. Quod præcipit Paulus, dum ait: Nolite locum dare diabolo. Qui enim, vt inquit Anselmus, suggestionibus eius consentit, dat ei locum in se. Claudendum est cordis ostium, ne tentator ingrediatur. Tentator non cessat pulsare, vt irumpat. Si clausum inuenerit, transit. Quia vero in vestra potestate est, hoc ostium claudere, nolite locum dare diabolo. Etenim si intratit & possedit, aut tu negligenter clausisti, aut claudere neglexisti. Hæc ille. Imitandus ergo est Eliseus, qui præuidens spiculatorē a rege Ioram missum ad occidendum se, dixit senibus qui cum eo erant: Claudite ostium, & non finatis eum introire. Sic prudentes cogitationes senibus designatæ ostium cordis claudant, ne nuntius mortis, id est, prauus consensus introeat. Ipso namque admisso è vestigio vita discedet, & mors peccati, quam super omnia timere deberemus, adueniet.

4. Reg. 6.
32.

Post hanc quartam stultitiam exponamus quintam, qua milites laboriosè, & cum suo periculo hostibus reluctantur, quos possent sine vilo periculo & labore subire. Industria quidem belli est, si Imperator videat hostes fame, aut insanabili morbo laborantes, prælio abstinere, protelare confictum, vt sine vilo suorum periculo, illos non tam ense, quam morbo & fame conficiat. Stultus autem esset si opportunitatem præueniens, cum hostibus manus confereret, quos præcognita alimentorum necessitas furore leones faceret, & ad fortissimè pugnandum acueret. Sic stulti sunt, qui importunas quasdam tētationes, quas possent solo contemptu, & respectu mentis ad aliqua vtiliora proterere, volunt molestia corporis, fractioe capitis, & signis externis, gestibusque fugare, quibus præsentibus & aspicientibus, se ipsos ridiculos, & pene fatuos ostendunt. Cum turpes imagines, aut cogitationes blasphemiarum ante oculos cordis vobis nolentibus circūvolitare, & liberè vagare conspiciatis, quid ad eas abigedas in suetis motibus insanitis? Peccatum non in sensu sed in consensu est, sensum mansuetè & tranquillè supportate, consensum autem cohibete, & huiusmodi dehramentorum contemptu ea sine dubio vincetis. Dominus Deus, qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto cunctis videntibus. Annon Aegyptum sæculi, aut sæcularis vitæ solo contemptu & derelictione prostratis? & pugnante pro vobis Domino in regionē salutis, id est in spiritualem vitam appulistis? Eodē modo has importunas cogitationes, quæ reliquæ sunt sæcularis vitæ, & quasi racematio præterita conuersationis, solo contemptu, & respectu mentis ad alia vtilia, deiicietis.

Deut. 1.
30.

Sexta imperitia bellatorum est, si non vtantur in bello cōtrariis, quæ possint conatibus aduersariorum obfistere. Exempli gratia, isti castra incendit, stultum erit, si aqua ignē non extinguas. Murum diruerit, ab-

stultum erit, si non iterū ædificare contendas: armorum multitudinem aciem disturbare nituntur, ridiculū erit, si nō se facili negotio acies aperiat, vt equis, bobusque per media currentibus, statim diligens cura militam iterum aciem occludat. Similiter in spirituali bello est magna stultitia, imminetibus malis familia adiungere, & non contrariis reluctari. Caro igne cōcupiscentiæ ardet, & tu cibo, & potu te ingurgitabis: Delicatas vestes indues? Fœminarum cōfortia diliges? Et tam manifesta ignis fomenta in ignem te depascentem, coniciēs, quid mirum si luxuria cōsumaris? Frater conuicio te impetit, quem solo silentio & mansuetudine placare debueras, & cōuicio eius conuicia adhibes, & manifesta contumelia respondes, & vna tantum bestia in aciem tu cordis iactata, in diuersa per in dignationē distraheris: Non erit mirabile si ire gladio confossus ab odio vincaris. Vide quid dicat Paulus: Noli vinci a malo, sed vince in bono malo. Si scias in malum, vt Augustinus pulchre ait, addis te illi, & coniungis illi. Restat igitur vt illum vincas, quod illum sustineas, & non eadem via indignationis, sed via cōtraria mititatis incedas. Qui non vtuntur in bello spirituali contrariis, sed vitia sua fouent, videntur hosti appropinquare, quem à longè possent sine labore deuicere.

Septima stultitia est, oneribus, quæ cursum & pugnam impediunt, ad bellū procedere, & arma supra vires militum ponderosiora gestare. Quam meritò vitauit sanctus Dauid, cum [aduersus Philistæum] certamen inuiturus, arma Saulis sibi minus accommodata deposuit, & funda & lapide, cui assuetus erat, ad gigantem debellandum processit. In hanc verò stultitiam incurres, si pias exercitationes supra proprias vires, ad insultum dæmonis vincendos arripias. Vt si immoderatè vigiles, ieiunes, ores, & alia similia pietatis studia perficias. [Rationabile obsequium vestrum,] inquit Apostolus, Tale scilicet, quod corpus domet, non destruat: tale quod per totam vitam durare possit, nō quod post paucos dies deponere, necesse sit, vt imbecillitas nostræ naturæ subsistat. Pulchre sanè Bernardus hanc spiritualium militum imperitiam, in hūc modum detexit: Quoties diabolus suggestit anticipare vigiliis, quoad solennia fratrum illuderet dormitanti: Quoties produci ieiunium, vt diuinis obsequiis eo inutilem redderet, quo imbecillum? Quoties bene proficientibus in cœnobiiis inuidens, obrentu quasi maioris puritatis eremum petere persuasit: Et cognouerunt miseri tandem, quā verus sit sermo, quæ frustra legerant: Væ soli, quoniam si ceciderit, non habet subleuantem? Quoties ad opus manuum, plusquam opus fuerat, incitauit, & fractū viribus cæteris regularibus exercitiis inualidū reddidit? Quam multæ exercitationem corporis non modicam persuasit, & pietate fraudauit? Deniq; ipsi experti estis, quomodo quidā, qui antè inhiberi non poterant, post ad tantam ignauiam deuenerunt, vt cum spiritu caperint, nunc carne consumuntur; quā turpe iniere fœdus cum suis corporibus, quibus crudele antè indixerant bellū. Hæc ille. Ita ergo corpora castigemus, vt exercitatio corporalis carnem non perimat, sed cōpressam virtuti subiciat. Nec ista dicta sunt, vt omnino necessariam vitæ asperitatem deseramus, & in extremum contrarium declinemus. Caro enim licet non imprudenter oneranda, non tamen molliter tractanda est, ne aduersus spiritum inualeat. In spiritu enim vehementi, inquit Dauid ad Dominum loquēs, conteres naues Tharlis, quia non risus, non abundantia cibi & potus, non vita delicata, sed cōpunctionis feruor, ieiuniorum & vigiliarum studium, & circumspecta conuersatio, mala sæculi gaudia disturbat.

Rom. 12.
n. 21.
Aug. ser.
in natali
S. Laurentij.1. Reg. 17.
n. 40.Rom. 12.
n. 1.

Bernar.

Ecl. 4. n.
10.Psal. 47.
n. 8.

Et

Job 3. 24.
6.
Greg. 4.
mor. c. 17.

Et Iob de nocte culpæ dicit: Noctem illam tenebrosus turbo possideat. Id est (vt interpretatur Gregorius) perpetracionem culpæ, non blandimenta securæ quietis foueant, sed piè læuens amaritudo pœnitentiæ irumpat. Et quidem qui in hoc negligens est, in aliam stultitiam incidit, quòd hostem amicum reputat & contra seipsum manifestè confortat.

Judith 8.
11. & 12.

Octava stultitia est, in ipso conflictu arma abii-cere, & se hosti spoliandum, ferendum, & occidendum offerre. Militem ista facientem imitantur non perseuerantes, qui principio quidem pugnant, & secundùm præscriptum spiritualis magistri media adhibent, si verò tentatio (Domino ita propter eorum bonum disponente) non cesset, despondent animum, & pene desperant, & de tradendis hosti se-ipsis cogitant. Sunt isti sicut Israëlita, qui decreuerunt apud se, quinque tantum diebus auxilium expectare à Domino, & auxilio tardante, atque clapsio dierum termino præstito, ciuitatem hosti committere. Quibus dixit Iudith: Qui estis vos, qui tentatis Dominum? Non est iste sermo qui misericordiam prouocet, sed potius qui iram excitet, & furorē accendat. Posuistis vos terminum miserationis Domini, & in arbitrium vestrum diem constituistis ei. Sed hos monet Paulus: Itaque fratres mei dilecti stabiles estote, & immobiles: abundantes in opere Domini semper. Stabilitas in bono proposito, & immobilitas in loco nostro tenendo necessaria est. Quia professò non incipientibus pugnare, aut pati, sed perseuerantibus solum promissa est, dicente Domino: Qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit.

1. Corin. 15. 58.

Matt. 10. 22. 32.

Nona stultitia bellantium est, non resistere hostibus in locis aptioribus, cuiusmodi sunt loca alta & angusta, in quibus multis pauci resistunt, sed in locis patentibus, vbi aduersarij aliquanto superiores viribus, victoriam assequuntur. Ad quam stultitiam cauendam hortabantur se Syri, dicentes: Dijmoutium sunt Dij eorum, & ideo superauerunt nos; sed melius est, vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Eam autem amplectuntur, qui statum vitæ perfectæ, aut vitam ipsam perfectam, & occupationes sublimes relinquunt, in quibus facile est tentationes vincere, & ad vitam sæcularem, aut sæculares, & exteriores occupationes redeunt, in quibus difficile est à tentationum laqueis liberari. Aues namque in media regione æ-nis securæ volant, at in infima regione, & prope terram periculo sunt expositæ: sic periculosum est animi distractionibus, & terrenis occupationibus adhaerescere, in quibus aut laqueus tentationis latet, aut viscus immoderatæ affectionis nos capientis adhaeret. Eruiere igitur, inquit Salomon, quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. Quod certè difficillimè præstabis, si patiaris te à venatore capi, & laqueis dæmonis implicari, facillimè verò, si omnem occasionem fugias, & sicut damula in uia deserta petens, & sicut auis quàm longissimè à terra se separans, à primo ingressu in laqueum, imò & ab ipso te conspectu laqueorum auertas.

3. Reg. 20. 23.

Prov. 6. 5.

Judith 4.

Judith 5. 1. 26.

Decima & postrema imperitia militum est, (nam alias, quas Dionysius ponit, in prædictis comprehendimus) ibi minùs se de armatura protidere, vbi magis necessaria est, & maiora instant pericula. Sic infans fuit Sifara, qui in tentorio inimicæ mulieris, caput, quod munire debuerat, incautè detexit, & tam crassa imprudentia, quam iam à prælio fugiens euaserat, mortem asciiuit. Nam Iahel [quæ fuit in capite vulneri locum,] quod sine galea re-

A periens, [tempora validè perforauit.] Sic etiam stultus eris, si aduersus alia vitia te muniens, aduersus illud arma non quaras, ad quod, aut ex naturali dispositione, aut ex inolita consuetudine pronior existis. Si superbia te proterit, arma in primis humilitatis assumito: si luxuria vrit, ab occasiois igne discedito, & carnis petulantiam castigato: nam reguorum hostium victo, facile erit milites vincere: his autem aut illis minoribus vitiis deuictis, non statim est facile duce alia acuem deturbare. Mortuo Goliath, dicit Scriptura: Videntes Philistinum, quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Sic vitio præcipuo, & actius nos tentante, per studium contrariæ virtutis extincto, alia nobis non multum curantibus fugiunt, & ipsa, sua debilitate se victa & prostata consentunt. Has tu imperitias in spiritali bello aduersus tentationes fuge, remediaque supra posita diligenter adhibe, & tibi poteris de diuina gratia, hostium victoriam polliceri.

1. Reg. 17. 51.

De tentationibus in speciali, ac primò incipientium.

CAPVT XII.

C **T**ENTATIONVM bella tot sunt numero, quot sunt vitia, quæ nos infestant; quot sunt peccata, quæ nos turbant: quot sunt doli & laquei aduersariorum, quibus nos capere & ligare contendunt: quare sicut impossibile est, vniuersos diaboli laqueos exponere: ita pariter est impossibile, omnes tentationes numerare. Peregrinationis huius vitæ, inquit Laurentius Iustinianus, quisquis voluerit indagare discrimina, inimicorum genera, tentationum species, numerositates laqueorum, & peccatorum lapsus, profusū necesse est, vt in sua consideracione deficiat, præcipuè cum vita hæc horum vniuersa sit plena. Horis quippe singulis, in cunctis actibus, in omnibus negotiis, & in quibusque locis reperies quid cauere, quid metuere, quid respicere, & cum quibus hostibus pugnare, re oporteat. Equidem intra nos videntur concupiscentia, bella geruntur, aduersarij sunt spirituales, hebetatur mens, obnubilatur intellectus, cogitationes perturbant, consilia desunt, alternatur intentio, frigescit affectio, deliberatio nutat, interdum, quæ displicebant, placent, & post paululum, quæ grata erant, odio habentur, sicque interior homo, tanquam nauis in medio pelagi constituta, diuersarum procellarum impulsionibus agitata, naufragioque propinqua obtunditur, deprimitur, atollitur, & periclitatur. Hæc ille. Non ergo opus supra facultatem nostram, & quod planè ab homine fieri non potest, aggredimur, sed quod facile est & simul vtile, enucleare tentamus. Illud autem est, ex innumera tentationum colluue, aliquas communiore seligere, quæ in triplici statu spiritalis vitæ, scilicet incipientium, proficientium, & perfectorum viros virtuti deditos ordinatè perterritant. Alias enim esse tentationes imperfectorum, alias verò perfectorum, docet Origenes manifestè, quorum illi à carne & sanguine, isti verò à principibus, & potestatibus tenebrarum, importunis tentationibus affliguntur. Quod non ita accipiendum est, ac si nunquam caro perfectos, & nunquam spiritus malignus imperfectos impugnet, sed quia communi-

Iustinian. lib. de gradibus perfectio. c. 4.

Origen. in Iesue hom. 11. ad c. 9.

ter soleant imperfecti crassioribus bellis impeti, perfecti vero spiritualioribus tentationibus impugnari. Neque etiam ista tentationes ita accipiendae sunt, ut semper putemus, statum, cui eas assignamus, vitae spiritualis impetere, sed quia saepe ita accidat, eas diuersis temporibus accommodamus. Sicut enim sol aliquando clarus & serenus exoritur, aliquando autem turbidus, & nubibus obuelatus; ita Christus iusticiae sol quosdam manet, id est, in initio conuersionis, sine vlla nube tentationis serenus illuminat, quibusdam vero quasi nube reclusus, inter tentationes apparet. De illo primo exortu dictum est: Ortus est sol, & congregati sunt. intellige, catuli leonum, siue tentationum incursum, & in cubilibus suis collocabuntur: quoniam ad gratiae coelestis aduentum, omnia solent diaboli tentamenta discedere. De ita autem illustratione secunda dicit Amos: Faciens matutinam nebulam, & gradens super excelsa terrarum: Dominus Deus exercituum nomen eius. Illucescit enim Dominus, sed non sine nebula tentationum, quae quodammodo eius serenam faciem abscondant, & ad casum ac peccatum impellant, ita ut dicat anima: Dum adhuc ordire, succidit me. At siue tentationes in ipso exordio conuersionis incipiant, siue vsque ad profectum aliquem animae se contineant, vtilissimum est cogitare, eas non semper defuturas, immo cum minus putamus, aduersus animam surrecturas. Quia, ut inquit Ephraem: Bellum militum breue, sed monachi, & cuiusuis spiritualis viri pugna, quousque emigrat ad Dominum, durat. Vitius autem est, semper animose pugnare, & hosti nunc instanti, & nos insequenti resistere. Nam si huic & aliis suo ordine dimicantibus resistimus, tandem lux pacis, quae nunquam occidat, nobis affurget. Misericordiae quoque obliuisceris, o homo, (ut te lobi verba confortent) & quasi aquarum quae praeterierunt, (cum gaudio) recordaberis. Et quasi meridians fulgor conserget tibi Dominus ad vitam vesperam, & cum te consumptum putaueris, orietur ut lucifer. Sed iam primo loco tentationes incipientium aperiamus.

De segnitie, aut nimio seruore tentatio. S. I.

Incipientes solent imprimis, aut segnitie ac vecordia tentari, aut nimio & indiscreto seruore percellunt. Vecordia causa triplex esse solet. Altera est inscitia, qua quis spiritualis vitae sublimitatem non agnoscens, putat se minima quadam, aut nulla diligentia eius apicem tenere posse, & ideo laborare, & manibus, ac pedibus, ut aiunt, reptare non curat. Altera est falsa quadam tranquillitas ex tentationum defectu proueniens, qua incipiens deposito onere peccatorum, se quasi in tutissimo portu conspiciens, nihil iam superesse agendum existimat. Solet enim diabolus, quemadmodum Cassianus annotauit, a labore tentandi cessare, ut securus, & nihil mali cogitantes perniciosis illudat. Tertia est ficta quadam vel non recta conuersio, qua quis leuitate quadam permotus, saeculum deserere & vitam mutare, non tam pro morum emendatione, quam pro alio praeposito fine, constituit. Nimius autem seruor ex aliis causis enascitur. Primum quidem ex immoderato amore sui, quo quis praeteritorum peccatorum scditatem agnoscens, a poenis pro illis debitis se quam citissime desiderat expedire. Deinde ex timore, quo quis quasi gladio confixus, ignes purgantes exhorret, & temporalibus corporis afflictionibus vult se a durioribus, & diuturnioribus in alia vita sustinendis liberare. Tandem vana fiducia, qua incipiens sibi metipsum subnititur, & quasi propriis manibus, & non adiutorio Dei nititur suas

prauitates dirigere, virtutes arripere, & perfectionis arcem obtinere.

Qui segnitie delinquit, ita suae aegritudini medellam afferent. Si autem male arseptam conuersionem emendent, & denuo in eodem statu, quem arripuerunt, ex desiderio assequendae sanctitatis incipiant: aut certe vitae spiritualis curriculo ex bona intentione proficendi assumpto, congruis actionibus satisfaciant, & non vita tenere, quod professi sunt, sed solo indicio externae vestis erubescant. Dicant hi constanter in corde suo: Nunc coepi, haec mutatio dexterae excelsi, & de dextera illius potentissimi, qui eos mutauit, bonum exitum in proposito arrepto: confidant. Considerent, ut est in Iob, semitas Thamae, & itinera Saba, id est, infelicem vitam tepidorum, & eorum qui se rete nouae obligationis illigant, & ab ea se per sanctam conuersionem expedire non curant, & haec ad contrariam viam tenendam animabunt, ne in mala similia per suam negligentiam incurrant. Id est enim quod Gregorius in eundem locum ait: Damna alieni teporis attendite, & tunc spem de aeternis firmius sumitis, si recto cordis oculo, quod in aliis displiceat, videris. Perfectionis dignitatem, & spiritualis vitae momentum intelligant, ex quo non diuitiae periturae, non regnum temporale, sed vitae aeternae, & immensi gloriae ponderis assequutio dependet, & se stultos sciant, si rem tantam sine cura, & labore periuigili obtenturos esse confidant. Nam sicut ad magna praemia non nisi per merita peruenitur, ita ad magna merita, non nisi per magna opera & magnos labores properamus. Magni vero labore vitam ociosam, & puerilem, & distractionibus deditam nequaquam secum admittunt. Praesentem tranquillitatem, si forte adlit, non magnopendunt, immo ob ipsorum teneritudinem a Domino tentatore ligati, ut aliquantulum ad bellum se praeparant, certo cognoscant aut illam quietem, quam sentiant, occultum esse bellum, & initia impotenti conflictus aduertant. Solet enim diabolus interdum, & praecipue in conuersionis exordio a bello cessare, ut homo sibi persuadeat, spiritualem vitam rem ociosam esse, & paucis subsidis indigere, qua persuasionem deceptus, instante aliqua tentatione a cepto discedat. Pulchre dixit Hieronymus, ad quendam hac tentatione laborantem scribens: Erras frater, erras, si putas unquam Christum perfectionem non pati. Tunc maxime oppugnaris, si te oppugnari nescis. Aduersarius noster tanquam leo rugiens, aliquem denotare quaerens circumit. & tu pacem putas? Seder in insidiis cum diuitibus, ut in occultis interficiat innocentem. Oculi eius in pauperem respiciunt. Insidiatur in occulto, sicut leo in spelunca sua: insidiatur, ut rapiat pauperem: & tu frondose arboris reclusus umbraculo, molles somnos futurus praeda, carpis? Inde me persequitur luxuria: inde auaritia conatur irumpere: inde venter meus vult mihi Deus esse; pro Christo: compellit libido, ut habitantem in me Spiritum sanctum fugem, ut templum eius violam. Persequitur, inquam, me hostis, cui non mina mille, mille non cendi artes; & ego infelix victorem me putabo, dum capior? Haec ille. Nemo igitur putet, se inter hostes positum pacem habere, sed ad resistendum spiritus seruore se parat.

Qui vero contrario morbo nimis seruo laborant, quae supra de imperitiis spiritualium militum diximus, legant. Meminerint etiam iuxta illud: Quicquid obuleris sacrificij sale condies, non sine sale discretionis vitendum esse; & opus hoc sale conditum suscipi, sine illo refutari. Numquid manducabo carnes taurorum, ait Dominus, aut sanguinem

Psal. 63. 22.

Amos 4. 13.

Isaia 38. 12.

Ephre. in dehortat. ad pietatem.

Iob 11. 10. & 17.

Cassian. col. 7. ca. 23.

Psal. 76. 11.

Iob 6. 19.

Greg. 7. mor. cap. 14.

Hiero. ep. ad Heliodo.

1. Petr. 5. nu. 8.

Psal. 10. nu. 8. 9.

ca. 7. Fulgentia 7. Lenit. 2.

19.

Psal. 49. 13.



hirorum potabo? Ac si dicat: Nullo modo. Quia nec stultos superborum labores approbo, nec sacrificia proprio amore, & inani fiducia fœtentia suscipio. Tandem aduertant peccata prœterita, non immoderata afflictione corporis; sed prudenti sui oblatione ex gratia facta, esse delenda, & virtutis arcem non in fortitudine equi, id est, proprii corporis, sed timore potius & amore Domini, ac solidarium virtutum actionibus expugnandam. Has autem impudens corporis afflictio minuit, non promouet, lentescere facit, non vrget.

De memoria seculi & tristitia tentatio. §. II.

TEmpore huius noxii teporis, aut etiam si incipientes fortiter, & diligenter se gerant; solent secundo loco memoria seculi, & antiquæ libertatis, honorum, voluptatum, diuitiarum, parentum, consanguineorum, & amicorum recordatione tentari. Hac omnia quasi agmine facto in cor miserum irruunt, & se sperni lugent, se relinqui conqueruntur, & sine his vitam humanam stare impossibile persuadent. Sic, inquit internæ cogitationes, charos parentes deseris? Sic ab amicis, à cognatis, & à sodalibus te elongas? Sic in vita te sepelis? Sic inglorius, contemptus, tristis, & omnibus bonis orbatus manere constituis? Putasne facile esse, sine delictis viuere? cibus lautioribus afluertum ieiunia longa protrahere? quo tempore socij in domibus regum splendent, te in obscurissimo sterquilino iacere, & (quod morte duritius videtur) consuetudines inueteratas abruptere? Hac tentatione pulsabatur Augustinus, cum de mutanda vita, ac de reditu in domum misericordissimi patris tractabat. Retinebant me, inquit, nugæ nugarum & vanitates vanitatum, antiquæ amicæ meæ, & succutiebant vestem meam carneam; & submurabant: Dimittis nos? Et à momento isto non erimus tecum ultra in æternum? Et à momento isto non tibi licebit hoc & illud ultra in æternum? Et quæ suggererant in eo, quod dixi hoc, & illud, quæ suggererant, Deus meus; auertat ab anima serui tui misericordia tua: quas sordes suggererant? Quæ dedecora? Et alia ibi. Isti vitæ secularis memoria implacabilis tristitia succedit, à qua miselus animus si non nouit extricare. Omnia vitæ spiritualis itinera plena scopulis; omnia virtutum exercitia felle illita; omnes eiusdem propositi socij pannosi, inculti, tristes, insuauisque videntur; adeo vt mens non aliud quam tristitia tenebras, & illas perpetuas, ac cordis semper duraturos angores expectet. Accedit tandem expectatio quædam vitæ vsque ad canos, & multam senectam protelanda; & infelicissimum iudicatur, tandiu in dura captiuitate viuere, & huius lucis vsura priuari.

Hac molesta tentatione impugnati non pauca, nec infirma habent remedia, quibus diabolo impellenti resistent. Considerent namque vitæ breuitatem, quæ vapor est ad modicum parens; & quasi vmbra super terram, & nulla est mora; quam aduersarius longam mentiens facit, sed ipsa tum incerta, tum breuissima est, quam paucorum annorum meta concludit. Certumque esse senem diu non posse viuere, & iuuenem flore iuuentutis viuendum citissime (quod sæpe videmus) posse falcem mortis succedi. Considerent omnia illa bona, quæ sibi magna prædicantur, te vera esse bonorum vmbra; felicitatum laruas, & signentorum imagines, quæ ingenti labore, & periculo æternæ vitæ quaesita, in ictu oculi, quasi vmbra diffugiunt, & miseris sui amatores vacuos, tristes, & sempiternæ morti addictos relinquunt.

A Transeunt omnia illa tanquam vmbra; & tanquam nuncijs præcurrentes, & tanquam nauis, quæ pertranfit fluctuantem aquam, cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire.] Quanta ergo dementia est ob vmbra & fictam imaginem bonorum, vera bona perdere, & se sibi meritis illudere? Expendant tristitiam illam esse arte impugnatore iniectam, cui mentis tranquillitas, & vera lætitia citò succedet. Deus enim, qui artem gubernandi optime caller, seruos suos, (quos lætitia, & cõsolatione potest afficere) non semper tristes, & quasi in rabiem actos tenet, (quod omni est bonæ gubernationi contrarium) sed post paulum lætitia & exultatione perfundit. Pater quidem ille euangelicus, in quo suam ipsè benignitatem signauit, filium prodigum è tantis flagitijs reuertentem, & non tam amore quam necessitate cõpulsam, in paternam domum remeantem, non flagello y non maledictione, non verbis contumeliosis, sed conuicio lato excepit. Et alio loco pollicitus est, quia [tristitia nostra verteret in gaudium.] Tu verò amore conuictus, & desiderio placendi Domino ad nouam vitam euocatus, putas, quia semper tristitia durabit, & nunquam cordi tuo radius lætæ lucis affluget? Toto cœlo erras, & malè de diuina bonitate cogitas; & in hoc, aduersario te deipienti consensis. Tandem aduertant hi, quam horridum facinus sit, post amicitiam cum Deo initam, ab ea ob amorem sacrilicium velle discedere, de quo hæc Petrus ait: Si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri, & Saluatoris Iesu Christi his rursus implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quam post agnitionem reuersum conuerti.] Quam timendum sit, veniam peccatorum obtentu difficiliorem facere, quæ iteratis peccatis difficilior conceditur, cum voluntarie peccantibus post acceptam notitiam veritatis, non relinquatur pro peccatis hostia.] Quam ignominiosum sit, vt qui in croceis nutriti cœperunt, iteram amplexentur heretora, & in præteritis miseris ceu stobda iumenta computrescant. His ergo omnibus excitati stultas cogitationes excutiat; se ipsos ad amorem cœptæ virtutis accendant; auxilium diuinum feruentius efflagitent, Sanctos adiutores vocent, exemplo aliorum perseverantium se prouocent; spirituali magistro valnus, quo sauciuntur, aperiant, & sacramenta confessionis, & Eucharistiæ frequentius & deuotius accipiant; ita fiet vt hunc laqueum frangant, & ex periculosa agitudine citissime conualecant.

De desperatione perseverandi tentatio. §. III.

SI hæc tentatio importunius vrgeat, solet in quandam desperationem incidere, (quæ tertia tentatio insipientium est) & ad deserendum statum virtutis impellere. In eo namque tot spinis cincto, tot difficultatibus & insuauitatibus obuoluto, impossibile videtur, non dico, vsque ad mortem perseverare, sed vel aliquot mensibus aut annis permanere. Scimus quia aduersus eos, qui conuertuntur, (inquit Bernardus, hunc laqueum ostendens) certamen esse de molestiis corporis consuevit. Caro enim hætenus indomita castigati, & in seruitutem redigi nequaquam æquanimiter patitur; sed adhuc memor recens perditæ libertatis, ac rursus concupiscit aduersus spiritum, maximeque in his peccatis, in quibus estis vos quotidie morientes, immò morte affecti tota die, quæ & supravires sunt, & ultra naturam, & contra consuetudinem vestram. Quid igitur mirum? Turbant ista maxime eos, qui necdum consueuerunt, necdum satis in pròptu habet recurre ad orationes, resurgere

Sapient. 9. & 10.

Lucæ 15. 17.

Ioan. 16. 20.

2. Petri 2. 20. & 21.

Heb. 10. 26.

Thremo. 4. 5.

Bern. ser. 6. in Psal. qui habitat.

Aug. 8. cõfession. c. 21.

Jacobi 4. 15. 1. Paral. 29. 15.



ad meditationes sanctas, ut sic releuetur dici pondus & aestus.] Auger huius tentationis molestiam multiplicium experimentum, quas quis in vita seculari non nouerat, & in ipso limine vite spiritualis sustinere cōpellitur. Iudicaturque ad priorem vitam, ac conuersationem secularem repedandum, in qua depulsis vitiis poterit liberius, & tranquillius Deo (si ita libuerit) vacare, & tot pericula, tot bella, tot demonis insultus præcauere.

Quos aduersarius hoc telo feriendos aggreditur, Deus armis ad repugnandum vacuos non deserit. Immo multis quorum præsidio valeant se rueri, & hostes vulnerare vndiquaque communit. Ipsi sane, si sciunt secundum consilium Cypriani, quasi in excelsi montis verticem mente conscendere, & inde faciem seculi, à quo fugerunt, contemplari, facillime ad tanta pericula, ad tantos dolos, technas, mendacia, atque dolores redire formidarent. Speculare inde, inquit sanctissimus doctor, ad Donatum scribens, rerum infra te iacentium facies, & oculis in diuersa porrectis, ipse à terrenis contactibus liber, fluctuantis mundi turbines intueri. Iam seculi & ipse miseraberis, cuique admonitus & plus in Deum gratus, maiori læticia, quod euaseris, gratulaberis.] Quanta ipse pater deinde de miseris seculi scribat, referre non vacat; certe ab eo, qui hanc vocationis tentationem experiretur, esset ipse legendus. Aut saltem vnusquisque quod de mundi cæcitatibus & periculis nouit, ut æquus iudex attentè consideret, & nunquam in animum inducet, difficultatem securam, & labores animæ vitales, (demus nunc hæc in religiosa vita esse) pro difficultatibus periculorum plenis, & pro inutilibus laboribus commutare. Animaduerrat etiam belli imperatorem iuste capite plecti militiæ desertores, quos ante, & post mortem in patibulo illis illatam, sempiterna infamia denigrat: & apud se statuat, quid Christus spiritualis militiæ dux, cum desertoribus status religiosi facere debeat, cui se sponte dederunt, & quam diris conscientiarum mortibus, & quanta infamia in præsentis seculo, & quam acerbis pœnis in vita futura puniat. Nec quisque hac ratione se protegat, quod necdum voto se ad permanendum obstrinxit, & scriptum ius facultatem facit probandi religiosam vitam, & si non placuerit, discedendi. Licet enim discedere ante professionem, aut votum culpæ non imputetur, at quanta inconstantia est à bono leuiter retrocedere, quanta pusillanimitas ob nescio quam difficultatem, (quæ vel in initiis cuiusque occupationis, etiam vilissimæ adest) cœpta relinquere: quanta temeritas è tuto loco, in quo te Deus posuerat, iterum in circum, vbi agitantur tauri, saltare: Considera etiam infœlices euentus, & immaturas plurimorum mortes, qui à statu religioso discesserunt, & quidem si quos noui, ego solus tibi referrem, tempus me deficeret, & time iudicia Dei, ne malis similibus inuoluaris. Peccata tua in memoriam reuoca, & dicens cum Propheta: Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper,] ad flagella & pœnas pro peccatis anterioris vite sustinendas, te para, ut castigatus, cœu filius post modicum ad hæreditatem admittaris. Saluatoris tui passiones pro te susceptas meditare, & indignissimum duces à paruo labore resilire, & pro eo modicam crucem nolle portare. Cum minus putaueris, tempestas ista sedabitur, caligo fugiet, tristitia discedet, virtus amabilis, socij supra omnes seculi consanguineos & amicos, & stimabiles apparebunt, & omnia prius amara dulcescent. Nec te præsentis tentationes exterrcant; quid enim mirum, si diabolus suum mancipium, à Christo sibi præreptum querat: si seruam à se fugien-

tem insectetur: si hominem ex amicissimo hostem factum persequatur? Primordia semper boni pulsat, inquit Petrus Chrysológus, tentat rudimenta virtutum, sancta in ipso ortu festinat extinguere, sciens, quod ea subuertere fundata non possit.] Vitiis etiam & passiones, quia indomita sunt, flagellum abnegationis sentientes indignantur, & præsentem turbationem cieunt, post paululum victa tacebunt, & nullam aut satis modicam, & facilem turbellam excitabunt.

De mutatione status tentatio. §. I V.

NON potuit diabolus his modis incipientē deiicere, iam alia consilia meditatur, alias artes nocendi molitur. Perfectionis dignitatem illi proponit, (sicut enim, ut malum eliciat, bona iniquus docere;) proficiendi & in virtute crescendo desiderium inuicit, & statim in accepto statu huius religionis, nonnulla esse impedimenta præterdit omni ratione vitanda, ne quis in proposito distinctioris, & altioris vite aliquando deficiat. Hæc quia in hac familia (ut videtur) vitari non possunt, vocationem mutantem esse suadet, & ad aliam religionem emigrandum, in qua minora impedimenta apparent, & maiora perfectionis subsidia. Hinc videas nonnullos ad solitudinem & vitam contemplatiuam vocatos, vitam mistam & animarum lucra percipere; alios verò animabus lucrandis addictos solitudinem, & vitam ab hominibus auulsam suspirare. Hinc etiam multorum inquietudines aspicias, & ex eis exorta scandala pusillorum, dum prætextu maioris boni, & districtioris vite nusquam subsistere nouerunt, & ex vna religione ad aliam transire constituunt.

His desiderijs insecatos Spiritus sanctus, patres, ratio, & experientia curabunt. Spiritus quidem sanctus, qui non semel hanc loci, & status mutationem, ut noxiam dissuadet. Annon sunt verba Saluatoris, & spiritus eius illa à Luca relata: Nolite transire de domo in domum:] Ut seruemus nimirum, quemadmodum dicit Ambrosius, hospitali in amore constantiam, & ne de domo ad domum quis vaga facilitate demigret. Si ergo ius hospitij violandum non est, quod ad tempus breue suscipitur; quanto minus vnus religiosus status pro alio deserendus, quem quis arripuit, ut ad mortem vsque proficeretur? Sed & idem Spiritus veritatis per Paulum ait: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat.] Nam si in qualibet Dei vocatione quis potest proficere, non est cur ex desiderio proficiendi locum demutet, illum præcipue, qui perfectionis locus est, & quem Deo inspirante expetiuit, & ab eo non sine aliorum offensione discedet. Et alio loco: Obsecro vos ego vincus in Domino, ut dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis.] Puto sanè Paulum hoc loco, suorum vinculorum mentionem fecisse, ut intelligant promissione deuincti sibi cogitandum esse, non quomodo ad aliam vocationem fugiant, sed quomodo in sua vocatione proficiant. Quare addit: Cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia supportantes inuicem in charitate, solliciti seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis,] ut sciamus instabilitatis radices, superbiam, iram, impatientiam, & diuisionem cordium existere. Ac iterum ait: Non deseretes collectionem nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis, quanto videritis appropinquantem diem.] Ad idem facit illud Salomonis: Locum tuum ne dimiseris.] Atque illud Ecclesiastici: Confide in Deo, & mane in loco tuo.] Et prouerbum est: Sicut

Cyprian. li. a. epist. 2.

e. consil. li. a. c. 5. inimus de regu. laribus.

R/al. 37. 18.

Chrysol. ser. 21.

Luca 10. 7. Ambros. li. 7. in Lucam.

1. Cor. 7. 29.

Ephes. 4. 1.

Ibid. n. 2. 3.

Hebr. 10. 25.

Eccle. 10. n. 4. n. 22. Prou. 27. 8.

anis transigens de nido suo, sic vit, qui derelinquit locum suum. Nam profecto, sicut auicula nidum suum deserens, ad locum incommodiorem peruenit, aut antequam veniat, laqueo capta manet: ita iustus à sua vocatione discedens, aliam reperit sibi minime congruentem, vel priusquam illam arripiat, aliqua aduentarij decipula illaqueatur.

Spiritus quidem Dei in sanctis Scripturis sic loquitur: qui etiam Ecclesia doctoribus; quid nos in hac re docturi essent, instillauit. Ego paucorum sententias referam. Basilius vberissime hanc rem profert, qui multis exemplis ad stabilitatem adductis, & causis eius explicatis, tandem concludit:

Basil.
const. mo
naft. c. 22

Ephre. de
vita spi-
rit. ad no-
uit. c. 55.

Bernar.
epist. 32.
Vide vit
in Apolo-
gia ad
Guillel.
Ep. lib. de
praecepto,
Ep. dis-
pen.

Habet. li.
1. vita
eius apud
Suri. in
April.

D. Tho.
22 q. 139
art. 8.
Col. 14.
cap. 1.

Omnis igitur praerextus excusandi sui nimirum, variatione diligentius praecisus ei est & ademptus, quia spirituali cœtu segregare se velit, demonstratūque, originem istiusmodi consilij nihil aliud esse, quam vitiorum intemperantiam, & laborandi fugam, & iudicij corruptelam instabilitatemque. Ephream Syrus sic ait: In loco habitationis tuae, vel quem à Deo assignatum accepisti, lubens permaneto, ocius atque desideriam à te repellens, cum neque in loci mutatione, atque distantia sitam sit, vt passionem nostras reprimamus, sed in attentione & cura mentis. De hoc etiam multa Bernardus variis in locis, sed illud nobis sufficiat, ex epistola ad quemdam Abbatem, acceptum: Fratrem Hugonem de Laufanna ore tuo, & nostro spiritu commoneamus, non omni spiritui credere, & ne citò moueatur, certa pro incertis desistere, sciens diabolum soli semper perseuerantiae insidiari, quam solam virtutum nouit coronari: tuūque esse in ea vocatione, qua vocatus est, simpliciter perseuerare, quam sub specie quasi melioris bonij, id quidem, quod iam cepit amittere, nec ad id quod praesumit, fortassis sufficere. Anselmus longam epistolam super hac re scripsit, in qua hæc verba sunt notatu dignissima: Quapropter quicumque cœnobitarum fortè propositum aggreditur, expedit ei, vt in quocumque monasterio professus fuerit, (nisi tale fuerit, vbi malum facere inuitus cogatur) tota mentis intentione, amoris radicibus ibi radicare studeat, atque aliorum mores aut loci consuetudines, si contra diuina præcepta non sunt, etiam si inutiles videantur, diiudicare refugiat. Gaudeat se iam tandem inuenisse, vbi se non inuitum, sed voluntarium tota virtute mansurum, omni transigens ad sola pia vitæ exercitia exquirenda sedulo vacet. Quod si sibi videtur maiora quædam, ac vitiosa spirituali feruore appetere, quam illi præsentis monasterij institutionibus liceat, æstimet aut se falli, siue præferendo paria paribus, vel minorā maioribus, siue præsumendo se posse, quod non possit: aut certè credat se non meruisse, quod desiderat. Thomas Aquinas transire de vna religione ad aliam, illaudabile putat, (ad quod ex Casiano sententiam Abbatis Nestorotis inducit) nisi aut zelo maioris perfectionis, aut quia disciplina in sua est religione collapsa, aut quia corporis imbecillitas cogit, non sine dispensatione Pontificis ad laxiorem religionem declinare. Zelus autem ille examinandus est ex antè dictis verbis Anselmi. Sæpe enim decepti solitudinem lucris animarum præferimus: sæpe aliquid supra vires aggredimur, sæpe à Domino minime vocati, nos ipsos propria sponte vocamus, & tanquam propria voluntate ducti, nullos perfectionis fructus ferimus.

Sed quid necesse est in his amplius immorari? Equidem arbutuscula ex vno solo in alium locum translata, non erit fructifera, sed languescit; non fructificat, sed atrescit; præterit si loca illa diuersas temperies ha-

beat, & contrariis cœli, & astrorum influxibus adiuuentur. Et tu quasi arbutuscula es in horro huius religionis plantata, vt spirituales fructus feras, quid mutationem cogitas? Quid alia exercitia, velut alios cœli influxus meditaris, quibus non fructifices, sed atrescas? Qui instabilitate ducti nunc hanc, nunc illam artem profitentur, in nulla proficiunt. Varia autem instituta, quasi variae artes sunt, & diuersi modi viuendi, in eundem quidem finem charitatis ordinati, sed proximis finibus, & occupationum varietate distincti. Si igitur non in vno stabiliter perseueras, sed post gustum huius, alium descendum apprehendis, nullius perfectionem assequeris. Iam cum his hominibus contractum societatis iniuisti, quo non substantiam huius mundi, sed cœlestes thesauros lucraretis, non erit tibi vtile, nec honorificum societatem rescindere, & ad aliud genus lucrandi cœlum anhellare. Vnam viam ingressus es, quæ sine dubio (ab Ecclesia approbata) in perfectionem ducit, quid eam deseris, & aliam ambulare incipis, vt nunquam aut tardius ad optatum finem peruenias? Hæc religiosa familia, istaque vocatio, sponsa est, cui velut sponsalibus, si adhuc tyro es, & perfectio connubio, si professus, fuisti coniunctus. Non expedit, immò nec licet temerariè hunc nexum abrumpere, & si fortè obduritiam & instabilitatem cordis tui, ius scriptum illi libellum repudij dare permittat. Membrum es huius mystici corporis, cui te proposito perfectionis assequendæ iunxisti, & contra naturam est membri à proprio corpore seiungi, & alieno corpori copulari: ne & tu hanc naturæ peruersionem per inconstantiam imiteris. Nec mihi obicias Beatum Antonium Paduanum ex ordine Canoniorum Regularium ad ordinem Sancti Francisci translatum, nec alios paucissimos ex Sanctis (si qui sunt), qui religionis familiam demutarunt. Non sunt enim pauca speciali Spiritus sancti instinctu præsumpta in exemplum assumenda. Immo via regia incedendum est, & alij innumerabiles considerandi, qui (vt propriis oculis vidimus) post ordinis mutationem, vel ad priorem matrem redierunt, suam insipientiam confitentes, vel in ordine de nouo suscepto tristes & inuiti permanerunt, vel tandem nec minimum indicium maioris profectus demonstrarunt. His tam firmis auctoritatum, rationum, & experimentorum momentis poteris hanc tentationem eludere, & in loco, in quo te Deus posuit, stabiliter permanere.

De scrupulis tentatio. § V.

Postremò de tentatione scrupulorum tractamus; quæ solet mirum in modum incipientes, immò & proficientes affligere. De qua pauca apud antiquos patres, multa verò apud nouos doctores, & præcipue scholasticos inuenimus, quæ magna breuitate, & paucis verbis exponemus. Sunt autem scrupuli, cogitationes quædam lenissimis rationibus, & ferè nullis fundamentis innixæ, quibus iudicamus peccatum aliquod, siue graue, siue leue, pro qualitate scrupuli, actionibus nostris inesse. Quæ autem sunt rationes leues, & quæ ferè nullo fundamento nitantur, non ipse qui scrupulis, vel dubitationibus conscientia agitatur, iudicare debet, cui suæ rationes euidentiæ videntur, sed illi incumbit iudicare quem quis prudenter in magistrum spiritualem elegit, si facultatis sit, vel si religiosus, quem Prelatus illi singulariter, aut omnibus generaliter assignauit. Quis dicat rationes illas parui momenti esse, & illarum nullam esse rationem habendam, hæc ipse decipiatur, subditus illi obediens, & scrupulum, aut trilitiam de-

ponens

ponens non peccat: nec illum Deus vnquam ob tale peccatum damnabit, quia dum praelato aut magistro credidit, prudenter se gessit.

Quam varij autem sunt, & multiplices scrupulorum nodi, quibus aliqui illigantur, non est facile explicare. Quosdam præteritorum criminum memoria, & in confessionibus sacramentalibus retro, actis admissa negligentia discruciat. Putant enim se hoc graue peccatum non fuisse confessos, aut non bene explicasse, aut aliquam circumstantiam necessariam reticuisse, aut sine debita discussione conscientia, sine conueniente dolore, & sine vero emendationis proposito absolutionem suscepisse, ac proinde teneri iterum confiteri, quin & generalem omnium totius vitæ peccatorum confessionem coguntur millies iterare. Alios horrendissimarum blasphemiarum, stultissimarum hæresium, & amarissimarum erga Deum & Sanctos maledictionum cogitationes exagitant, & se blasphemos & hæreticos putant, qui debeant ad hæreticæ prauitatis censors, & non ad communes animarum medicos pro remedio recurrere. Alios turpissimæ phantasia, seu omnium peccatorum, vt luxuria, vindicta, & superbia cogitationes impugnant, quibus se præbuisse consensum existimant. Sentiuntque se à patre spirituali non probè cognosci, ac propterea suos in grauissima peccata consensus ab illo excusari, & impulsus tantum demonis æstimari. Alios ea persuasio vexat, qua interius dicitur eis, quod in omnibus quæ agunt, & cogitant, lethaliter peccant: adeò vt ipsa confessio, ipsa Eucharistia sumptio, ipsa interrogatio, qua magistrum interrogant peccatum mortale sit eis: ideoque à confessione abstinere, ab altari, ad quod sumpturi Eucharistiam accesserant, fugiunt; & nihilo loqui, nihil facere audent, nam in omnibus se peccare præsumunt. Eò solet hæc dementia procedere, vt hi putent se esse excommunicatos, suspensos, interdictos, & irregulares; & omnino ab Ecclesia præcisos, quibus nullum remedium maneat, sed sola sit expectanda damnatio. Alij censent se non implere aliquod præceptum, vt (exempli gratia) recitandi horas canonicas, quia defuit implendi præcepti intentio, vel debita attentio, aut integra pronuntiatio, aut aliquid simile, quod illos ad repetendum officium astringat. Alii diuinæ præscientiæ, & prædestinationis dubitationes illudunt, & se reprobos & damnandos esse coniectant. Alios denique dæmon infestat interrogando quid facerent, si hoc, aut illud succederet, si hæc aut illa peccandi occasio contingeret, si illis talis contumelia, aut talis iniuria eueniret.

Gerfon 3. p. tract. de pñsillanimitate. Dionys. lib. de re medicis te. art. 10. Scho. in 2. d. 39. An. ten. 2. p. tit. 3. Sūmista verb. scrupulus.

Gerfon, Dionysius Richelius, & Theologi varia medicamenta ad hanc infirmitatem curandam affigunt. I. fit, vt homo se scrupulis agitatam, & (vt aiunt) scrupulosum esse cognoscat. Id autem deprehendet, si se tristem, atra bile affectum, & vehementibus imaginationibus impugnatum videat: si eadem præter ordinem inculcet, & facilia, ac omnibus nota frequenter interroget: si post responsum à viro prudenti datum, animum minimè quietum, sed nurrandum & hærentem aduertat: si cautela extraordinaria, & sæpe ridicula peccata, & imperfectiones vitæ: si quæ antea peccata non esse sciebat, nunc velut peccata conspiciat: si de his dubitet, in quibus nullus vnquam dubitandi rationem inuenit: si post arreptam virtutis viam se in his, in quibus quietus erat ex prudenti ratione, inquietum, & turbatum reperiat: si tandem ea negotia, aut occupationes, quas alij sui status timorata conscientia sine vilo timore suscipiunt, ipse non sine molestiaurbationis exerceat. Qui hæc omnia signa, vel aliqua, vel aliquod illorum in se ipso

A denuo animaduertit, vel post aliquod tempus quietus pullulasse conspexerit, se scrupulis agitatam, & planè hac molestia spirituali ægrotum existimet, & vt talis factus se ab alio curari permittat. Si enim peritissimus medicus infirmitate corporali laborans non sibi ipsi medetur, sed alium medicum etiam imperitorem aduocat, à quo cūretur; cur vir spiritualis etiam magnæ sanctitatis, si scrupulis agitetur, non se sinet ab alio etiam minore curari? At sunt aliqui ita miserabiliter scrupulosi, vt his omnibus signis affecti adhuc suam infirmitatem ignorent, & se non scrupulosos, sed peccatorum plenos proclamant. Sciunt tamen quòd si spiritualis pater hæc in illis signa conspiciens, eos scrupulosos esse iudicet, possunt se ipsos tales reputare, & permittere se regulis scrupulorum curari.

B Cognito morbo, scrupulosus, & qui eius spiritua- lem curam habent, causas huius ægitudinis diligenter inquirant. Hæc quidem multæ ac variae esse solent, quas possumus ad tria capita reuocare; nam omnes scrupuli nascuntur vel ex aliqua affectione animæ, vel ex aliqua corporis qualitate, vel à causa extrinseca, quæ nos ad hæsitandum in omnibus, & in anxietatem hanc venire compellit. Ex parte animæ causæ scrupulorum sunt ignorantia, qua quis aut Dei præcepta, aut Ecclesiæ imprudenter intelligit: immoderatus amor sui, quo homo inordinate se amat, & in turbationem incurrit, dum aliquid sibi nociuum apprehendit: nimius timor, quo supra debitum timet effectum peccati, scilicet penam ex futuro peccato incurrendam, vel ob præteritum delictum incursum, fiducia sui, qua quis putauit omnia vitæ spiritualis studia esse prona & facilia, videns autem difficultatibus redundare, incipit se ipsum vereri: superbia, qua animus elatus deicitur, & si non in peccata, at in dubitationes, & in cogitationes pueriles & ridiculas labi permittitur: immisericordia, vt qui alios dubitantes, anxiosque contemplit, eandem anxietatem experiat. Ex parte verò corporis causæ scrupulorum esse solent, constititudo corporis flegmatica, quietis auida, & doloris impatiens, quæ facit, vt homo cuncta horreat, quæ aliquam præ se ferunt difficultatem: compositio corporis frigida & melancholica, cuius est inanes cogitationes excitare, & timores incurere: immoderatus rigor in corpore, ieiuniis, vigiliis, & aliis huiusmodi affligendo; is enim rigor, dum corpus debilitat, animam ad bene de rebus indicandum eneruat: infania quoddam genus, quæ mania dicitur, & caput possidens mirabiles phantasias, rerum apprehensiones, & horrendos cordis affectus exsuscitat. Causæ extrinsecæ sunt: dæmon, qui permittente Deo scrupulis hominem infestat, vt à via virtutis abducat: Deus, qui scrupulis instigulat tepidos, vt imperfectiones fugiant, aut probat feruidos, & tanquam in fornace purificat: & tandem societas scrupulorum, qui velut pelles latius serpunt, & in alios se diffundunt.

C Inquisitis scrupulorum causis, apta remedia adhibenda sunt. Et sanè si scrupuli à causa corporali exortiantur, medici corporum eos, & rigoris moderatio, & capitis medicamenta curabunt. Si à Deo procedant societas nostram castigante, defectus vitandi sunt, si autem probante nos, scrupuli sunt patienter tolerandi. Si à societate aliorum, qui scrupulis agitantur, illi sunt omnimodis fugiendi. Scrupulis verò ab aliis causis permanentibus hæc generalia remedia medebuntur. Primum sit oratio, qua quis per Christum efflagitet ab hoc malo liberari, & virginem Beatam, ac omnes Sanctos sibi patronos inuocet. Secundum: Frequens sacramentorum usus.

præter

II.

III.

I.

II.

præsertim Eucharistiæ, qua ab auctore pacis verè in hostia contento pacem inquirat. Tertium: discreta corporis castigatio & misericordiæ opera, lectio & meditatio, quæ infirmum ad gratiam tranquillitatis suscipiendam disponant. Quartum: obedientia, qua quis Prælati, aut magistro spirituali se submittat, ei credat, & imperanti scrupuli contemptionem obediat. Nec ea obiectione se protegat, quod non est à magistro bene intellectus, quia nunquam ille in re tanta, ad animam scilicet pertinente, quietem imperasset, nisi eam probè intellexisset. Illum autem minus doctum, aut sufficientem putare magnæ dementiæ & superbiæ est, dicente Domino ad Prælatos & spirituales magistros; qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit.] Et si ille erraret docens, discipulus non errat, nec peccat, illi in sua dubitatione obediens. Non est verò minus stultum, si scrupulosus dicat se non esse scrupulosum, nec aegrotorum regulis gubernandum: potius enim standum est dicto medici, id est, Prælati, ex supra dictis indicis scrupulosam iudicantis quam dicto insipientis aegroti. Ac tandem certum sit, scrupulosum magistro non credentem curari non posse. Quintum: probabilis existimatio, qua quis in rebus moralibus, & incertis debet se prudenter ducere; & eam vel ab ipso scrupuloso inuentam, vel à patre spirituali propositam, licet omnem hæsitacionem & suspicionem non eximat, sufficientem putare, ut quis in huius actus particularis executione aut omissione, vel in huius scrupuli contemptione non peccet. Neque enim res incertæ, & obscuræ evidentis ratione metiendæ sunt, sed verò simili existimatione moderandæ. Sextum: benigna legum ac præceptorum interpretatio, qua vnusquisque per virtutem æquitatis potest sine illo suæ conscientiæ detrimento inter duas legis interpretationes benigniorem. & sibi accommodatiorem sequi, nec tenetur eam modo impossibili, aut nimis difficili, aut ridiculo, aut aliter quam alij sui status homines obseruant, aut contra receptam consuetudinem obseruare. Sibi que licere saltem siue lethali peccato illius legis, aut præcepti obseruationem prætermittere, dum sine contemptu, & bona intentione iudicat, in præfenti euentu nequaquam obligationem inducere. Ac similiter posse sine peccato quamlibet opinionem probabilem sequi, licet minus probabilem & securam, quam aliqui doctores, vel saltem aliquis doctor non contemnenda autoritatis probabilem censuit. Hæc enim omnia admittit benignitas diuinæ legis, de qua dictum est à Domino: Iugum meum suauis est, & onus meum leue.] Et Ioannes ait: Quia mandata eius grauiora non sunt. Septimum: scrupulorum depositio, nam scrupulis agitur debet in omnibus ad instar hominum prudentium & bonorum viuere, & quod illi licitum putant, licitum putare: quod illi sine timore faciunt, facere: & aliam aut alias leges, quam alijs, sibi non esse impositas intelligere. Octauum: initij scrupulorum contemptio, ita nimirum, ut si ex vna cogitatione alicuius rei scrupulus incipiat, illam contemnas & reicias, & ad alia vtilia cogitanda animum conuertas. Neque in hoc periculo errandi, aut peccandi te ipsum exponis, quia prudenter omittis cogitare, quod aut ex probabili coniectura, aut ex præscripto patris spiritualis scrupulum esse cognoscis. Quod adeo verum est; ut si ex hac reiectione scrupuli aliquod in opere sequeretur peccatum, tibi tamen ad peccatum non imputabitur. Nonum: opposita operatio,

A] qua vir prudens contemnens scrupulum, oppositum eius, quod dicitur, agat: & si aliquid scrupulus faciendum oblatret, non faciat, si verò è contra aliquid omittendum esse decernat, non omitat. Recitasti horas canonicas, & scrupulus dicit tibi ut iterum recites, quia voluntariè distractus pronuntiasti, aut hæc, & illa prætermisisti, nequaquam iterum recites. Confessus es peccata tua mediocri diligentia ad arbitrium sacerdotis, & scrupulus tibi importunè suggerit repetendam esse confessionem, vel illud peccatum amplius esse declarandum, vel talem circumstantiam omissionem esse dicendam, nihil horum omnino facias, sed ac si nihil tale fecisses, penitus omittas. Dicit tibi diabolus, quia hæreticus es, & excommunicatus, ac proinde debes à tremendo Eucharistiæ sacramento abstinere, ride illum, & fidenter ac securè ad sacramentum accedas. Ais: si ita facio, amo periculum, & iuxta dictum Ecclesiastici, in illo peribo?] Non amas, quia solo ridiculo scrupulo secundum sententiam spiritualis patris, & non probabili ratione ducaris, quare scrupulus peribit, tu autem ita faciens nullum omnino peccatum subibis. Ais iterum: In dubiis tutior pars eligenda est. At tu non dubitas prudenti dubio, sed scrupulo cruciatis, quare non debes tutiorem partem eligere. Immo & tutiorem elige, hæc autem est scrupulum conculcare, & contra illum agere, quia sic te à molestissima tentatione defendis. Pergis esse importunus, & dicit, quia in hora mortis non esset oppositum scrupulorum agendum: ergo neque in vita. Sic enim viuendum est, ac si continuò essemus mortituri? Immo in hora mortis & postremum halitum spirans, oportet te contra scrupulos agere, & Deum non crudelem, aut immisericordem, aut durum putare, sed de eo, secundum dictum sapientis in bonitate sentire.] Decimum ac postremum remedium sit, cognoscere scrupuli dubijque distantiam. Dubium enim est iudicium rationis, quo nescit homo determinare an hoc, vel eius oppositum sit verum, quare nullum habet assensum, quo affirmet; exempli gratia, ego in hoc opere peccaui, aut ego non peccaui, sed anceps & quali suspensus in medio propendit. Scrupulus verò est argumentum, vel apparenzia, vel formido aduersus id, quod quis credit, vel opinatur, in quo huius rei inuenitur assensus, scrupulo, vel formidine illa, aut ratione contraria velatus. Solent autè istæ hæsitaciones tam importunæ, & graues esse, ut pene assensum illum in contrarium obruant, & pene illum emergere & apparere non sinant. At cum assensus ille sine dubio sit in mente scrupulosi, præcipue postquam virum doctum suos scrupulos suggillantè audiuit, non est cur timeat scrupulos & hæsitaciones contemnere, & secundum illum assensum, licet leuissimum, quo aliquid licitum credit, operari.

Ecce remedia ad scrupulos curandos generalia, nunc pro illis specialibus scrupulis, quæ tetigimus, remedia specialia breuiter attingamus. Post factam peccatorum confessionem cum ea ordinaria discussione & diligentia, quam solent alij homines alicuius timoris Domini in suis peccatis confitendis adhibere, scrupulis in generali tangeris, quod non fueris cū debita examinatione, aut cū necessario dolore, ac proposito emendæ confessus ac propterea multa te fortè prætermisisse, quæ erant sacerdoti pādenda. Securè poteris, immò & meritorie his cogitationibus ianuam occludere, & nō amplius tuam conscientiam circa præterita peccata discutere, & ac si nihil fecisses, nihil penitus de præteritis cōfiteri. At scrupulus specialis est huius scilicet peccati, quod putas te non fuisse

confessum,

Lucæ 10.
n. 16.

V.

VI.

Matth.
11. 30.
1. 10. 5. 3.
VII.

VIII.

IX.

Ecclesi. 3.
n. 27.Sap. 7.
n. 1.
X.

confessum, aut quia non recordaris omnino te illud aperuisse, aut quia aliqua ratione moueris ad id credendum, licet ex alia parte etiam adit aliqua ratio, qua mouearis ad putandum, quod forsitan in particulari, aut saltem in generali cum aliis eiusdem generis illud fuisti confessus, poteris securè, & sine ullo peccandi periculo illud reticere, & nihil de illo curare, ac si nūquam illud commisisses. Sed viget scrupulus insolubilior: quia scilicet nullam habes rationem in contrarium, qua putes te illud peccatum Sacerdoti dixisse, sed omnino dubitas an dixeris vel non dixeris, & habes pro vtraque parte rationes, quæ te planè dubium & ancipitem reddunt: Adhuc in hoc euentu, sine ullo timore displicendi Domino peccatum illud ad confessionem non afferas, sed obliuioni traditum sepulchrumque relinquant. Nam Dei, & Ecclesiæ præcepta ad nihil nimis difficile vel intolerabile volunt adigere. Tale autem esset si quis teneretur post factam medioeriter confessionem, locum dare his ambiguitatibus, & iterum omnia peccata, aut illorum partem, aut aliquod in particulari ad scrupulum sedandum repetere. Et cum scrupulosi, cæteris paribus, maiori cum diligentia ac præparatione, quam alij non scrupulosi confiteantur, quis credat istos secundum doctrinam omnium esse securos, illos verò non esse tutos, sed ad nouas peccatorum repetitiones obligatos? Et certum est scrupulosum solo dubio ad confitendum aliquod præteritum non ligari, sed ad id obligationis subeundum, certitudinem, quod peccatum illud non dixerit, debere intercedere. Multi tandem ex his scrupulis circa confessionem oriuntur ex ignorantia eorum, quæ doctores de obligatione sacramenti penitentia suscipiendi tradunt, quæ, qui per se, aut per magistrū discere non potest, patrem spiritualem credat.

II. Blasphemias & maledictionum erga Deum, & Sanctos cogitationibus molestaris, immò te in hæresim incidisse vereris? Has cogitationes omnino non timeas, quas non tu dicis, sed diabolus (permittente Deo) mouens imaginariam potentiam, & species aut rerum similitudines adaptans ad hæc horrenda significanda, in te dicit. Ride igitur illum, & quanto magis affligeris, tanto magis à consensu & peccato te distare scias. Immo si latereis præ amore Dei, & confessione fidei cum Apostolis, & martyribus verbera & afflictiones pati, lætate etiam pro eodem Domino multo maiorem penam, scilicet harum cogitationum molestiam sustinere. Ora eum cum Dauide: Effunde frameam, & condele aduersus eos, qui persequuntur me. Ipse opportunè abiget muscas has tartaras, & optatam tranquillitatem concedet.

III. Multorum, ac diuersorum peccatorum tentationibus impeteris, & interiora luxurie crimina, & odij, vindictæ, ambitionis, & alia mille facinora (vt tibi videtur) singulis momentis admittis? An nescis, quia aliud est peccati sensus, aliud in peccatum consensus? Sensus peccati est cogitatio peccati concepti, & quasi ab exteri in se co immissa, est velut ignis iniectus, & in fomite nostri cordis accensus, quem non facile valeamus extinguere, qui etiam interdum corpus mouet, & iracundiæ flammæ, aut turpes motus & inuerecundos accendit. Consensus verò est actus voluntatis, quo expressè peccatum vis, & iniquitatem amplecteris, qui vocatur consensus formalis, aut ita negligenter, & osecitanter sensualitatis motus dissimulas, vt nec minima diligentia igni iniecto extinguendo intendas, nec minima displicentia contradicas. Si sentis & non consentis, nullum (in quo omnes conueniunt) peccatum est tibi. Sed an consentias facillimè potes aduertere. Est enim

A | consensus in peccatum mortale tanta iniquitas, tam manifesta rebellio, tam aperta honestatis, & virtutis contemptio, vt celari aut ignorari non possit. Sed tu talem in te procacitatem non sentis, immò times, ne Deam offendas, & ideo de tentatione tristaris; ergo lethaliter non delinquis. At dicis: Ego interpretari me consentio, quia illas phantasias non reicio. Sed rogo te, esto iudex æquus tui. Nonne vis Deo placere? Nonne in vita bona quam cepisti, permanere? Nonne millies firmum propositum concepisti nunquam mortaliter delinquendi? Bene ergo & securè putare potes, te non omnino dissimulasse, sed aliquantulum saltem lenissimè restituisse. Hæc autem vel minima reitentia sufficit, vt graue peccatum non admittaris. Si verò in leue aliquod peccatum impigeris, scito Dominum hæc vulnera à suis militibus in impartunitissimo bello suscepta non acriter improperare, immò compassionis oculis aspiciere & benignissimè condonare.

B | Eò agnatio vel insania progressa est, vt putes te in omnibus, quæ agis, aut cogitas, peccare, immò tūmq; ceu lapidem tum interitus, tum exterius te debere esse, ne pecces, te etiam mille excommunicationibus, & aliis censuris illicatum existere. Cum in sæculo, frater, tuo more vivebas, cum diabolo seruebas, cum impudicitia & aliis peccatis insisteres, in omnibus non peccabas, nec in censuras Ecclesiasticas incurtebas, & nunc in cœnobio positus, sanctis actionibus occupatus, ab omni peccandi occasione sequestratus, in omnibus peccas? Ecclesia peccatorem lasciuum & superbum, qualis tu eras, excommunicatione non ligauit, & nunc penitentem, & peccata plangente excommunicatione percussit: Quis non hæc esse insaniam aduertat? Considera, obsecro te, quod diabolus has cogitationes immittit, vt saltem timore peccandi te à sacra communione, & confessione & bonis studiis auertat. Vt etiam in varia peccata deiciat. Sicut enim pueri per viam lutosam ambulantes, si illis proclametur, laberis, laberis, ipso timore labantur, ita diabolus te vt pusillum eludit. Clamat ille: laberis, laberis; peccas, peccas, vt ipso timore cadas, & conscientiam erroneâ ex bono opere peccatum facientem concipias. Ora igitur Dominum enixe, vt te ab hac molestissima tentatione liberet, & animosè ac constanter in oppositū operare. Si enim alij tui status homines aut confitendo, aut communicando, aut orando, & loquendo, & similia faciendo non peccant, quare tu peccabis? Si illi non displicent Deo, quare tu solus inter homines displicebis?

C | At, inquis, certè præcepta non impleo, quia distractus omnino Missam audiui, quia sine intentione, & attentione, & pronuntiatione debita horas canonicas recitavi, & quia in aliis actibus præceptis, non vt oportuit, me gessi. Iam hæc omnia essent Ecclesiæ exponenda præcepta, vt hunc scrupulum euelleremus, quia prudentius feruntur, & mitius obligant, quam scrupulosi arbitrantur. At hæc longa res est, & extra propositum. Illud tantum documentum propono, vt omnia Dei, & Ecclesiæ præcepta pro tua tenuitate perfectissimè adimpleas. Si autem nec tuo desiderio, vt par erat, nec præcepto satis facis, non propterea inquietè tristeris, quia Dominum habes scientem infirmitatem tuam, & matrem non te onerantem vltra pusillas vires tuas. Consule igitur virum doctum, & pium de his scrupulis tuis, & quod semel dixerit, pro regula accipe, & quod adimplendum præceptum sufficiens affirmauerit, tu sufficiens esse crede. Neque tam actualis intentio, aut tam irremissa attentio, aut tam exquisita pronuntiatio necessaria est ad implenda præcepta, quam tu cum aliis scrupu-

lōis cogitas, quos Ecclesia supportare vult, non ob
similes defectus damnare.

V. I. Sed te cogitationes diuinae praesentiae, & praedestinationis inquietant. Non inuestigare autem si Dei immensam bonitatem agnosceres. An alacer esses & securus, si praedestinationem & postremum eius effectum, scilicet gloriam, in tua haberes potestate: Ita sane, ais, cum tamen scias te posse destruere, ac dilapidare, quod a sola tua potestate dependet. Gaude igitur quia salutem animae in manu illius habes, qui te, plusquam tu teipsum, in infinitum diligit: a cuius manu nemo te rapiet, a cuius gremio, modo tu velis, nunquam te aduersarius excutiet. Illudque sit praesentissimum huius illusionis remedium, cogitationes istas abicere, argumentis diaboli solo contemptu, & conuersione ad alia cogitata respondere, & non teipsum, sed diuinum in omnibus beneplacitum queritare. Statue firmissimè apud teipsum ab omni peccato abstinere & diuinam legem custodire, quod si feceris, certò scias te esse saluandum.

V. II. De rebus, aut actibus futuris noli esse sollicitus; & daemōni interroganti, quid in hac aut illa occasione faceres, responde, quoniam sufficit dei malitia sua,] & quod Deus in occasionibus tibi gratiam praebit, ut illi fideliter seruias. Hæc in gratiam scrupulosorum ex doctrina scholastica, cum quanta potuimus breuitate, collegimus, quæ scimus vtilia non fore, nisi illis, qui patri spirituali crediderint, & se fuerint gubernari. Qui verò patri spirituali non credunt, nunquam curabuntur, & sunt velut ægroti desperati, donec dæmoni se subiciant, in Deo confidant, & dictis aliorum obediunt.

Matth. 6
34

De tentationibus Proficientium.

CAPVT XIII.

TENTATIONIBVS incipientium explicatis, satis huic tractationi satisfactum videbatur, in qua necdum gradus incipientium excessimus (qui in primo huius operis volumine propositi sunt) & vitæ adhuc spiritualis tyrones erudimus. Et certè licet hoc ita sit, visum est hoc locutiones quasdam proficientium & perfectorum exponere, ne iterum ad tētationes tractandas redeamus. Proficientium autem bella à pusillanimitate libuit exordiri, quia ab ipsa, vel à remedijs, quibus ea curare nitimur, solent aliq̄ tētationes prodire.

De pusillanimitate tentatio. §. I.

Proficientes igitur, ne crescant, & ne secundum gratiã sibi datam operentur, solent à diabolo spiritu pusillanimitatis impugnari. Est autem pusillanimitas, vt Thomas Aquinas ait, vitiosa affectio mētis, qua quis conuenientiã ac proportionata sibi, data potentie vel virtutis recusat attentare. Qua laborabat ille, qui acceptum talentum sepeliuit, & in sudario abscondit pecuniam domini sui. Hæc solet interdum sola imaginationi & vanæ apprehensionis, interdum vero alicui molestia corporali subniti. Illi sola inani cogitatione pulsantur, qui cum iuuenes sint, & corpore satis robusti, proprio amore decepti, omnia virtutis studia sibi nocuummentum aliquod allatura diiudicant. Ideo orationem, & attentã rerum celestium meditationem fugiunt, ne caput lædãt, cilijs vsum moderatum auertantur, ne stomacho imbecillitatem afferat, flagella corpus domantia & castitatem custodientia timent, ne oculorum aciem imminuant, & breuiter omne genus religiosarum asperitatum horrent, ne salui corporis, Dei obsequio apprimè ne cessaria rãtilum officiat. Illi verò nõ sola imaginatione, sed etiam molestia corporali obnuntur, qui aliqua debilitate

D. Thom.
2. 2. q. 193.
ar. 1.
Matth. 25.
n. 18.

A corporis afflicti, quã in alius fiducia in Deum & fortitudo vincit, se ad omnia virtutis ministeria ineptos existimant. Ita oppressi nec conuocari, ne caliquã administrationem subire audent, immò & sacrum peragere coram alijs, praesertim nobilibus & doctis metuunt, quorum conspectu turbantur, ita vt nec orationes memoria commendatas, quas etiam in Missali legere possunt, proferte valeant. Quin & nescio, quas repentinas calamitates sibi breui & subito euenturas timent, quorum consideratione velut attoniti nihil pro suo profectu, & Dei gloria moliri concupiscunt. Hunc enim pusillanimitatis esse fructum docet aperte Chryostomus. Pusillanimitas est, inquit, maximè eorum gratia, quæ necdum contigerunt, incertumque est an euentura sine, merore iam nos ac dolore concere. Mira possem, & ferè incredibilia de hac tentatione conserbere; omitto tamen, quoniam qui ea experti sunt, ex his paucis seipsos agnoscent. Qui verò experientiam non habent, non tam diaboli astutiam, quam sanæ mentis carentiam putabunt. Ne tamè hoc sine aliqua auctoritate, & ex proprio cerebro dictum putent, verba Gersonis noranda, & remedium ab eo datũ, quod postea repetemus, subiiciam. Sit quis, inquit, naturaliter timidus, & in naturalibus quibusdam defectuosus, huic si coram multitudine quidpiam ad agendũ incubuerit, poterit facillimè spiritus nequam (Deo id ad probationem, & exercitationem huius permittente) passionè timoris in tali tãrum augmentare cum naturalium defectuum eius adiumento, vt quasi totus stupefiat, visusque & auditus vsum, quasi intermitat, imò & sensu tactus quasi intercepto per totum corpus spasma incurrat, & frigido quodã persufus sudore velut amens in terram cadat, quemadmodum experientia in nonnullis docuit. Cui grauisimè passioni timoris (si quis eam semel aut bis expertus) cesserit, & se viriliter propter cõpertam difficultatẽ, & præsumptam consulationem eidem non opposuerit, deueniet ad tantam pusillanimitatem, quod vix aut nunquam curabitur. Imò videbitur illi (quam phantasticè & diabolo illudente) quod potius vellet morte subire, quàm tali operi, vbi tantã expertus est difficultatẽ, iterũ intẽdere.] Hactenus Gerson.

Chrysol.
2. de prouident.

Gerson.
tract. de remedijs
cõtra pusillanimit.

B Hanc tentationem cum quodam magna sanctitatis viro, ad remedium cuiusdam afflicte animæ conferens, dixit mihi esse penam superbae complacentie ac inanis confidentie, qua quis sibi ipsi placet, atque de seipso confidit. Quod & Dauid videtur indicasse, cum ait: Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor. Superbi namque & sibi ipsis praesidentes sunt, qui Deum adiutorem in omnibus inuocare obliuiscuntur, qui inani terrore pulsantur, vt sciãt ad suum conditorem pro medicamento recurrere. Indicat etiam Gregorius, dum sic scribit: Multum de se animus confidit, quando sibi ad votum vires suppetere conspicit. Iam sibi fiduciam sanctitatis arrogat, iam se idoneũ etiam ad cuncta virtutum culmina, quæ sola cogitatione conceperit, putat. Sed cum hunc tentatio subito oborta manuerberat, eas, quæ nata de virtutibus fuerat, elatas cogitationes funditus turbat. Quasi securam quippe vrbem inopinatus hostis ingreditur, & repẽtino gladio superborum ciuiũ colla feruntur. Nihil ergo tunc, nisi cõtinuus luctus agitur, dũ capta vrbis animã magnarũ, id est, virtutum suarum gloria, eade interueniente, vacuat. Remediũ igitur huius tentationis est, primò quidem superbiae, & propriae confidentie culpas herere, & coram Domino hominem verissimè se denecere, & in illo solo, atque in eius auxilio omnem spem ac fiduciam collocare. Contra pusillanimitatem, inquit Bernardus, habenda est diuinæ fiducia potestatis, vt

Gerson.
tract. de remedijs
cõtra pusillanimit.

Psal. 19. 5.

Greg. 26.
mõr. 28.

Bern. ser.
5. de As.
sumpt.



Philipp.
4. n. 13.
Psalm. 114.
6.

quod tuis viribus non posse putas, ex illius adiutorio possis, & cum Apostolo dicas: Omnia possum in eo qui me confortat. Optimè sanè dicta sunt hæc: nam ut canit sanctus Dauid: Custodiēs paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me. Qui seipsum deiecerit, & quasi nulla sui ratione habita in Domino solo confiderit, opportuniū, quàm cogitare poterit, eius auxilium adesse præsentiet. Deinde remediū est, quemq; seipsum animare, & bonis cōsiderationibus, vel eorum beneficiorum, quæ à Domino accepit, vel eorum, quæ accepturus est, & exemplo aliorum erigere. De quo Isaias ait: Dicite pusillanimis: Confortamini; & nolite timere: ecce Deus vester vltionē adducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit vos. Ipse saluator aderit, & hostibus nos persequentibus pœnas, nobis autem auxiliū impertiet. Si pusillanimitate faciente, cæci sumus, ipse aperiet oculos cæcorum; si surdi, aures surdorum patefaciet; si claudi, ad modum ceruorum saliemus; & si muti & elingues, dabit ille linguam eruditam & expeditam, quæ eius laudes ac perfectiones enuntiet. Tandē medicamentum est, si pusillanimis seipsum cogat, & nihil quod suo statui & vocationi congruat, ob timorem prætermitat. Quod si hodie minus aptè, timore & pusillanimitate faciente, suo muneri fatiscit, cras aptius, & melius suæ obligationi respondebit, & defectum, quos in rebus sibi iniunctis propter hanc victoriam reportandam incurret, facillimè à Domino veniam obtinebit. Semel autem, ò vir Dei, in aliqua occasione ab spiritu vani timoris, aut ex toto, aut saltè ex parte liberatis, gratias age; animi hilaritatem concipe, & de Domini benignitate maiorem in dies emendationem spera. Dic cum Dauid: Expectabam eum, qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus & tepèstatis. Iam ille ex parte saluum te fecit, qui autem cepit, ipse perficiet, & ex toto ab hac tempestate timorum, & ab impetu pusillanimitatis eripiet.

Isa. 35. 4.

Psalm. 54.
9.

Rom. 13.
14.

Psalm. 24.
18.

Bern. de
clamatio-
na de bo-
na dese-
renda.

Quæ diximus, illis proficiet, qui in ministeriis vocationis suæ immoderato timore, & diffidentia cogitationibus agitantur. Illi autem, qui corporis incommoda futura pertimescentes, cōsuetam vitis perfectis asperitatem vitæ refugiant, facillè docentur, si auferent ipsi, imaginatione seposita, proprias vires experiri, & saltem per aliquot menses sanctas corporis afflictiones amplecti. Videbunt profectò se nihilo imbecilliores hominibus cæteris: videbunt maiores sibi, quàm existimabant, vires suppetere; & molesto onere peritura carnis seposito, non solum agiliores & lætiores, sed & Deo cōiunctiores sentient. Pro comperto habeant se non posse bene proficere, neque ad perfectionem ascendere, nisi corpus domet, & ut Paulus monet, curam carnis non faciant in desiderijs. Dñs enim latera scalæ qua in cœlum ascenditur Psalmographus illo versu complexus est: Vide humilitatem meam & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea: quæ qui non tenuerit, nullo modo securus ascendet. Humilitas animi modestiā, & labor corporis afflictionem designat. Sed habet hæc Bernardi verbis explicare. Hæc, inquit, sunt latera scalæ, vilitas & asperitas, quibus deinceps internæ virtutis & gratiæ gradus firmiter inferantur. Est enim videre homines mundum contemnentes, fauorem calcantes populi, non desiderantes humanum diem, sed non adeo fortes in tolerantia molestiæ corporalis, non adeo reicientes mollia, non adeo carnis illecebras superantes. Quid istos dixerim, nisi latus alterū non tenere? Porro vni tantum lateri innitenti periculosus nimis ascensus, & proximus est ruinæ. Quod si perichitatur, qui circa carnem videtur plusquam oporteat infirmari, licet mundi respuat gloriā, nec contumeliis moueatur:

A profectò longè horribilius est periculū, & multo magis inexcusabile, si quis fortè, licet caligans vilititer corpus, & non parcens eius afflictioni, inueniatur tamen minus resistens gloriæ desiderio, minus patiens iniuriarum, minus puritatis & solidæ humilitatis habens, minus immunis à sæculi vanitate. Hæc ille. Gemina igitur tentationi pusillanimitatis, & superbiæ geminum scurum opponendū est, vt & corpus seuera castigatione domemus, & mentē modesta deiectione deprimamus. Qui enim aut in hoc fuerit negligētior, aut in illo remissior, nunquam à communi & tepida vita discedet, nunquam in virtute proficiet.

De nimio zelo tentatio. §. I.

Alij ex proficientibus nimio & indiscreto zelo tentantur, qui quodammodo prædictæ animi pusillanimitati opponitur, sed non est minorum malorum exordium. Hic autè zelus multiplex est. Quidam enim externæ disciplinæ, & cæremoniis, ac obseruatiis nimis addicti sunt, ad eò vt illas omnibus rebus præponere videantur. Qui, vt inquit Bonauer, pro vna inclinatione in choro neglecta plus accenduntur, quàm pro lēga detractione de alio religioso excitata, & grauius indignantur pro versiculo, aut rubricula prætermissa, quàm pro magna perturbatione cū scādalo procurata. Alij corpore satis validi solas corporis asperitates in pretio habent, & dum corpus immoderatis ieiunijs vigiliisque conficiunt, alios, vel ob status necessitatem, vel ob corporis imbecillitatem, mitiorem vitam amplectentes, contemnunt. Et velut ille superbus Phariseus, quia ieiunant bis in sabbato, se alijs non ieiunantibus præferunt. Alij, qui cum prædictis sunt numerandi, religiosam disciplinam, & vitæ externam seueritatem mordicus tenent, cella amant, silentium obseruant, & in nullo ab obseruantia deficiunt, at amarissimis cogitationibus fratres suos in aliquo istorum remissos damnant, & non solum corde, sed ore imperfectos, & vitæ religiosæ destructores pronuntiat. Alij demum desiderio animarum cōuertendarum ardent, quod minime discretione moderantes non sine periculo suæ salutis exercent. Nō putant se homines esse, & ideo occasiones peccadi non timent, sed dum alicuius animæ (vt sibi videtur) salus proueniat, omnia tuta & secura prætendunt. Nec aduertunt se esse alicuius cōtegrationis membra, vnde, si suo videri aliquibus possint, eidem familiæ infamiam, aut minus bonā opinionem apud alios consistere non metuunt. Suscipiunt externas occupationes sine vlla mensura, quæ etiam tempus orationi, meditationi, sacræ lectioni destinatū prætripiunt, & more secularium mercatorū viuentes, qui nunquā quiescunt, se, quoniam salutem animarū querunt, in confusibiles Euangelij operarios appellant. Aderit tamen tempus, cum se inuenient confusione plenissimos; nam in die discussionis nihil se profecisse, & nihil aliud nisi vanitatem captasse, & nullam vilitatem suis magnis occupationibus Ecclesiæ attulisse cognoscent.

Zelus iste tepèrandus est, ita vt, quod ignorantia & superbiæ habet, deponatur, & quod in eo est virtutis perfectionisque seruetur. Cæremoniæ igitur zelatores, eas quidem solerter exercent, nam & in obsequio Dei multo magis, quàm in obsequio nobilium, aut regum quarendus est præscriptus actionum ordo & operū pulchritudo, at si ad ipsos ex officio non pertinet, alios increpare & emédare permittat. Ne minora maioribus anteponant, nec vt arboris foliū custodiāt, fructus lædant. Cæremoniæ autem minima obsequia sūt, & velut folia, quæ internā deuotionem protegunt, & reuerentiā mentis ac charitatem operiunt. Quæ dementia est, & ob istorū minimorū custodiā ab

IIV

Bonauer.

Luc. 18.
11.

Bonaus.

alio pratermissam, indignatione deuotionem extinguere, obmurmurationibus seueritiam perdere, & rancore amoris dulcedinem ablegare. Priores partes, vt Bonauentura ait, diuini preceptis deferendae sunt, deinde preceptis Ecclesiae, postea specialibus obligationibus ex voto, vel statu susceptis, tandem cultus exterioris decoro. Ergo stultum est ob hoc decorum externum, quod non tu, sed alius pratermisit, preceptis contrae (dum alium damnas & spernis) & pacem animorum turbare.

Asperitatum vero amatores ament quidem eas; sed non sine discretionem amplectantur, ne dum corpus domant, instrumentum sibi ad diuinum obsequium datum conficiant. Magistri spiritualis consilio regantur, ne supra vires onerati corpus exhauriant, & post paucos menses, primum necessitate cogente, vitae seueritate deserant, & postmodum imaginatione crescente, dissolute & saeculariter viuant. His enim saepe quadrate solet, quod de Moab dixit Ieremias: Plus fecit, quam potuit, idcirco perierunt. Nam vnde profectum spirituale promouere voluerit, inde ob indiscretionem ad tepore declinantes eundem profectum labefactarunt. In illud autem praecipue incumbant, ne alios mitius & humanius viuentes contemnant. Si enim seueritas in domando corpore bona est, sed melior humilitas. Dum ergo ex vitae asperitate superbiunt, melius bonum, sine quo asperitas bona non erit, scilicet humilitate amittunt. Sciant vera sanctitatem (quod alibi probauimus) non in ieiuniis, aut vigiliis, & non in sacco, nec in humi cubationibus, sed in charitate, & in virtutibus veris, solidisque, consistere. Praecipue autem, & efficacissimum affectum charitatis instrumentum non est externa carnis castigatio, sed interna iudicii, voluntatis, passionis, & affectionum abnegatio, ac cordis ab omni ambitione, & amore rerum temporalium auulsio. Quid igitur de minoribus virtutis exercitationibus, scilicet de afflictionibus carnis se iactant, si propriam voluntatem & sui aestimationem (quod alij mitius corpus tractantes non faciunt) impingunt? Interiori itaque culturae praesertim insistendum est, corporis autem afflictionem eatenus vacandum, quatenus vires non absumat, & interna puritati proficiat.

At qui externam religiosae vitae disciplinam accuratissima sedulitate suscipiunt vehementer laudandi sunt, sed si fratres suos remissius viuere non iudicet, nec aduersus illos obmurmurent. Verum enim religiosam disciplinam transgredientes peccant, sed multo grauius iudicii alieni praesumptores, & detractores delinquunt. Tu quis es, inquit, sanctus Iacobus, qui iudicas proximum? Ac si dicat: Aeternus pater omne iudicium dedit Filio, non tibi, quare iniuriam illi facis, dum munus eius inuadis, & in messum alienam (vt dicitur) falcem mittis. Quid iudicas alienum seruum, qui Domino suo stat aut cadit? Et si ille disciplinae regulas praeteriens cadit, cur tu eum superbe & contentiose damnas, nec illum erigis? & te ipsum in cenam detractionum, & temerariorum iudiciorum immergis? Si alium iudicas, personam Praelati ac iudicis sumis. Sed scito scriptum esse: Iudicium durissimum his, qui praesunt, fiet. Quod si iudices ab ipso Domino constituti iudicium durissimum expectant, in quo suorum iudiciorum rationem sunt reddituri, tu contra voluntate Domini iudex factus iniquorum iudiciorum poenam effugies? Compece te ipsum, tum ne a Domino derelictus in similia, aut peiora cadas (quod saepe euenire solet) tum etiam ne punitionem superbis paratam incurras.

Illi tandem, qui suae salutis obliuiscuntur, vt aliorum infirmitatibus medeantur, monendi sunt: vt si pro charitate militant, charitatis ordinem, quae in vi-

A ro iusto ab ipso met incipit, non praetermittant. Nam & sponsa ait: Introduxit me rex in cellam vinariam, ordinauit in me charitatem. Profusus bene conueniunt ingressus in cellam vinariam, qui zelus significat, & charitatis ordinatio. Importabilis siquidem, vt inquit Bernardus, sine scientia est zelus. Et vbi vehemens amulatio, ibi maxime discretio est necessaria, quae est ordinatio charitatis. Semper quidem zelus absque scientia minus efficax, minusque utilis inuenitur, plerumque autem & perniciosus valde sentitur. Quod igitur zelus feruentior, ac vehementior spiritus, profuliorque charitas, eod vigilantiore opus scientia est, quae zelum supprimit, spiritum temperet, ordinet charitatem. Sapienter dicta sunt haec: & illud de inefficacia, & inutilitate, ac damno nimij zeli mille experimentis comprobatur. Milites quippe fatigati nullum ferere detrimentum hostibus inferunt, & operarij Euangelij seipfos non curantes, & proprium spiritum minime saginantes, ab animarum hostibus vix formidantur, quos sciunt frigidis tantum verbis pugnare. Mater quoque se ipsam non pascens, inutilis est ad filios educandos, quorum imbecillitati & fami, praefectum lactis, subuenire non potest: & minister Euangelicus animam suam sanctis exercitationibus non enutrens, lacte, id est, pinguedine doctrinae caret, quo filios spirituales sustentet. Qui etiam diuitiarum huius mundi parum habentes, multum insumunt, debita contrahunt; & quia non habent vnde exoluant, in carcerem detruduntur. Sic qui supra vires spiritus se ipsos effundunt, & occupationibus licet pijs implicantur, grauisimam saepe imperfectionibus obruuntur. Hi inter precipites numerandi sunt, quibus dicit Gregorius, quia dum bonorum actuum praenunt tempus, meritum peruertunt: & saepe in malis corruunt, dum bona minime discernunt. Qui nequaquam quid, quo modo, vel quando, quaeque agant inspiciunt, sed plerumque acta, quia ita non debuerunt agere, cognoscunt. Discant igitur proficientes zelum temperate, & primo ac praecipue se ipsos, deinde vero alios perficere: quos procul dubio efficacius inuabunt, si propriae perfectionis ingentem curam suscipiant.

B

C

De incuria in operando tentatio. §. III.

D Solent etiam proficientes interdum negligentia tentari, & ea, quae ad proprium ministerium vel cultum Dei pertinent, negligenter perficere. Qui rebus temporalibus ex obedientia destinatur, ea cum nausea & tristitia obeunt, qui animabus in viam Dei ducendis vacant incuriose & tepide, onus suum portant; qui orant, psallunt, meditantur, aut aliquid simile diuini cultus peragunt, distracti, aridi, & frigidum diuinis insistant. Quod autem peius est, non curant isti se ipsos accendere, & a tanta oscitantia resilire. Aptereque dicitur tepido illud Isaiae: Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo; quasi stirps inutilis. Iusti enim seruetes; qui reges dominantur, in gloria & in domo sua dormiunt, quia diligenter exequentes ministeria, ad quae vocati sunt, in eis, quasi in gratissima domo requiescunt. Tepidus vero in contumelia, & extra domum dormit, quoniam in bonis torpet, & in rebus inutilibus, ac negotiis saecularibus quietem inuenire contendit.

E Qui se hac tentatione impugnari cognouerit, quae pestilentissima est, ab ea se extrahat, si cui seruiat, attentè consideret. Domino enim vniuersorum in exterioribus & interioribus virtutis actionibus obsequium praestat. Si autem damnabile est tereno principi cum taedio & negligentia famulari; quanto danabilius erit re-

Cant. 2. r. 4.

Bern. ser. 49. in Cant.

Greg. 3. p. pastor. ad mont. 16.

Isaia 1. 4. 18.

Ierem. 48. 36.

Tom. 1. lib. 3. 6. 5.

Iacob. 13. Ioan. 5. 22.

Roma. 14. 4.

Sapient. 6. 6.



Jerem. 48. 10.

Theodo. ib.

gi celesti, à quo primum æternum speramus, officiant ac incutosè seruire? Amat ipse in omnibus quæ præcipit diligentiam, aded vt eos, qui iussu illius hostes occidunt (quod sibi cordi non est, cum in opera miserationis sponte prodeat, & in vltionem ac vindictam, quasi peccatis compulsus procedat) velit gnauiter & diligenter occidere. Eòque si remissi in occidendo sint, maledictione percutiat per Ieremiam, dicens: Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter, vel vt alia littera habet, negligenter; & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine.] Quanto magis maledictione castigabit eos, qui opera vitæ negligenter perfecerint, & debitum conatum suffurantes quasi fraudulenter exercuerint. Theodoretus sanè Domini voluntatem à nobis feruorem actionis poscentem, ex hoc loco sapienter collegit. Atqui, ait, si iussu Dei sermo propheticus subicit hic maledictioni eos, qui negligenter occidunt, quantas nos penas exoluemus, si munus spirituale parui penderimus? Illud etiam nos ad viuendum animabit, quod operibus segniter factis ferè nihil proficimus, & nunquam veri humiles, patientes, obediens euadimus, nunquam post multos orationis annos donum orationis acquiritimus, & viri spirituales efficiuntur. Laborandum ergo est, vt perficiamus actiones nostras, quæ perfectè elicita nos ipsos in vita studiosa perficient. Id autem suauiter fieri, si per aliquot dies vnum ex bonis operibus, vt orationem, & postea per alios dies aliud, vt psalmodiam, & sic deinceps emendauerimus. Hac enim solertia, quam diuina gratia excitabit atque iuuabit, diabolus victus fugiet, & hanc nocendi artem, qua nos semper pusillos & imperfectos tenebat, detectam & elusam aspiciet.

De adhesionem ad loca & ministeria tentatio. §. IV.

Alios ex proficientibus decipit aduersarius immoderato affectu ad locum, vt ad cœnobium, vel cellam in qua habitant, & ad ministerium, verbi gratia, docendi, concionandi, aut excipiendi confessiones, quod obeunt, ita vt non patiantur ab eo quod amant, saltant Prælati obedientia, vel postulante necessitate, diuelli. Quem nimium affectum diabolus percepta, ac percipiende utilitatis prætextu cooperit, & ne timeatur bonum esse, & ob gloriam Dei admissum, persuadet. Videatque alios ex his non minus quam sæculares homines, suis utilitatibus, quas in cœnobio ad vitæ usum accipiunt, & suis muneribus ac officiis addictos. Et si obedientia locum necessitatis gratia mutandum esse decernat, aut ministerium hoc omittendum, & aliud obeundum esse constituat, non minus repugnant, quam si coniugati domo propria, in qua habent vxores & filios, pellerentur, aut officium mutare cogerentur, quo se familiamque sustentant. In tantum autem solet hæc dementia crescere, vt nonnulli religiosi putent se huic loco, aut muneri esse omnino necessarios, omniaque ruitura esse, & in manifestam perniciem itura, si ipsi, columna scilicet religionis, aut hunc locum deserant, aut ab hoc munere, quod multis annis optimè tractarunt, abscedant. Quodque mente concipiunt, ore fatentur, & non sine aliorum scandalo excusationes discedendi, vel mutandi ministerium prætexunt.

Hos planè spiritus superbiæ & proprij amoris excæcat, qui si volunt proficere, debent his, quæ subiciuntur remediis hanc tentationem profligare. Sciant ergo, & sibi, quod verissimum est, persuadent, Deum ipsi opus non habere, neque eorum absentiam, aut

A mortem familiæ religiofæ, aut cœnobio aut muneri, quod tractant, officere. Dominus enim potētissimus, qui eos amouet, alios in eorum locum meliores vel certè æquales substituet. Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, (inquit sanctus Dauid Ecclesiam alloquens) constitues eos principes super omnem terram;] quia deficientibus Apostolis Deus ad gubernationem Ecclesiæ suæ viros Apostolicos suscitauit; vnde non debent patres (quia in quavis religiofæ familia pro patribus filios suscitatur) spiritu superbiæ ducti cogitare, quod eorum absètia disciplina rigor & optimus ordo deficiat. Mortuus est Petrus, & mortuus est Paulus, & mortui sunt Apostoli, & Ecclesia non cecidit; mortuus est Ioannes Chrysofomus, & mortuus est Gregorius Nazianzenus, & mortui sunt alij concionatores insignes, & munus concionandi non est imminutum; mortui sunt Thomas Aquinas, Bonauentura, & Scotus, & alij doctores præcipui, & non perierunt cathedræ, nec magisteria Theologiæ; & tu putas gubernandi, aut concionandi, vel legendi munus in nihilum redigendum, si discedas, & illud non obeas? fatis profectò stultitia & superbia turges.

B Si autem in hac adhesionem ad loca aut ministeria, aliqui non communem utilitatem, sed propriam commoditatem querant, hi erubescant, & se ipsos curare satagent, si ignominiosum morbum sui cordis aspiciant. Ipsi namque qui propter Dominum cuncta reliquerant, ad ea, & ad propriam voluntatem, vt canes ad vomitum, redeunt. Idola sæculi, vt Rachel exiens è domo Laban, scilicet propria commoda secum in vitam spiritualem adducunt, quæ & ipsos inquietent; & Christi, aduersus se præuaricatores, indignationem excuscent. Idolum religiosi, inquit Humbertus, est omnis res transitoria, quæ in amore eius, Deo præponitur vel æquatur.

C Scrutabitur Christus virum religiosum: sed eius scrutinium multum erit dissimile scrutinio Laban. Scrutabitur enim non sola exteriora, sed etiam interiora. Scrutabor (inquit Ierusalem in lucernis.) Non solum in lucerna, quia non solum exteriora videbuntur, sed etiam cordium abscondita.] Hæc itaque, quæ propter Deum solum accipiuntur, propter ipsum etiam, cum opus est, sine vlla difficultate relinquuntur. Nec iustus vnico corde adhaerere, cui totus in domum concessus est orbis. Vna enim viorum Apostolorum qualitas à Paulo recitata, est libertas sancta vbiq; viuendi. Instabiles, inquit, sumus; id est, vt quidam interpretatur, Palantes & vagabundi incertis sedibus. Quid ergo stultius, quam ad hæc libertate vocatus vni se loco addicere, commodiq; suis à sanctis laboribus auocari? Nec etiã se amore immoderato ministerio liget, cui non vnũ, sed multa munera varijs temporibus obeunda, demandata sunt. Faciat quod vult secundum cor Dei; qui ad regnũ euectus, & ab iniquo filio domo pulsus, paratus est in potestate regiam redire, & paratus est eam in perpetuum relinquere. Si inuenero gratiam in oculis Domini, ait, reducet me, & ostendet mihi arcã & tabernaculum suum: si autem dixerit mihi: non places, præsto sum; faciat quod bonum est coram se. Si Dominus voluerit, dicit sanctus Dauid, te ad regnũ redire, quid facies? Præsto sum. Et si voluerit te in ordinẽ redigere, & sceptro, ac diadema te spoliare, quid dices? Præsto sum. Et si decreuerit te nusquam consistere, & ab omnibus affligi ac asperrari, numquid patienter sustinebis? Præsto sum. O anima sancta, quam Deus tanto rerum contemptu dotaui, vt Apostolici viri eam imitarentur, & discerent se expeditissimos fore ad cuncta deserenda aut aggredienda, quæ vox Prælati mandantis iniunxerit. Egredis sanè Tobias iunior ad quæredum itineris comitẽ, inuenit

Psal. 44. m. 17.

Genes. 31. n. 19.

Humb. lib. 1. in stir. p. 4. cap. 2.

Sephon. 1. n. 11.

1. Corint. 4. 11.

2. Reg. 15. 25.

Tobias 5. 5.

Angelum

Angelum, vt iuuenem splendidum, stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum.] Et nos munere Angeli Dei sumus, id est, nuntij, quærentibus regnum Dei in comites ac socios designati, nemo nos sedentes & commodis nostris adhærentes, sed stâtes inueniat: nemo nos affectibus oneratos, sed præcinctos & expeditos reperiat, nemo nos hoc aut illo munere ligatos, & impeditos, sed liberos & paratos ad eum comitandum aspiciat, vt sic vocacioni nostræ respondeamus. Remedium igitur huius tentationis sit, vt quis statim atque affectum nimium ad locum, aut munus sibi inesse perferat, illum omnibus modis e corde reuellat, & se liberrimè in potestate prælati dimittat, vt possit illum quò voluerit amandare, aut in rebus aliis occupare.

De appetitu honoris tentatio. §. V.

Tandem proficientes solent honoris, & laudis, & dignitatum desiderio tentari. Omnia enim, quæ ad honorem spectant, more fetuorum & ancillarum virtutem affectantur: vnde qui se vident virtutibus & donis cælestibus pollere, quasi natura duce appetunt ab aliis hominibus honorari. Honor verò iste bipartitus est: alter in hominum æstimatione, qua aliquem vt studiosum & sanctitatis amatorem, & aptum ad magna gerenda suspiciunt: alter verò in dignitatum Ecclesiasticarum, siue secularium, siue regularium delectatione consistit. Quidam ergo ex proficientibus ad primum illum honorem exoptandum permouentur, vt nimirum opinione doctrinæ aut sanctitatis obtenta in aliis eos audientibus suis ministeriis proficiant. Alij verò etiam ad secundum honorem querendum incitantur, ne desides & otiosi in cella resideant; sed in dignitate, tanquam in candelabro positi proximos iuuent. Quin & se talium habere profitentur, quod non debent vt serui pigritantes abscondere, sed eo pro gloria Domini negotiari. His rationibus diabolus multos dementat. Non enim audet miser his, qui diligenter viam virtutis currunt, superbiam & ambitionem nudam exponere, sed pallio diuinæ gloriæ querendæ tectâ offerre. Vnde Bernardus: lam verò proficientium sanctoribus studiis, minimè quidem sese opponere contrariæ virtutes aperte audent, sed solent ex occulto insidiosi quasi quædam fraudulenta vulpecula: specie quidem virtutes, re autem vitia. Et post aliqua: Interdum proficietis cuiuspiam, cum sibi profusus aliquid supernæ gratiæ senserit irrorari; subit animum desiderium prædicandi, non quidem ad parentes & propinquos, iuxta illud: Continuo non acquieui carni & sanguini,] sed quasi potius, fructuosius, fortiusque passim ad extraneos & ad omnes. Cautè omnino. Sanè timet propheticum incurtere maledictum, si quæ abscondito accepit frumenta, abscondat in populis: & contra Euangelicum facere, nisi quæ in aure audiuit, prædicauerit super tecta.] Hac ille.

Appetitus iste, dolus aduersarij est, quò multos ex proficientibus decipit, & deceptos deiicit, & deiectos in maximas animi distractiones, & in manifestissima æternæ salutis pericula mergit. Et licet vtrique desiderio honoris, & dignitatis vna humilitas medeatur; volumus tamen eam paucis euoluere, & quasi per partes explicare. Qui bonam igitur apud alios opinionem desiderant, sciant solam veram virtutem esse concupiscendam, quam honor sicut corpus vmbra subsequitur. Sicut autem stultus esset, qui spreta auri gleba, ad eius vmbra inhiaret; ita insipientissimus est, qui à virtute ad honorem, id est, à veritate ad vmbra suum amorem transferret. Cognoscant se famulos Dei esse, ad ipsosque solam diligentissimam diuini obsequij curam, ad Dominum verò

A ipsorum opinionem suo obsequio necessariam spectare. Ne igitur honoris curam habentes in vera virtute querenda tepescant, & munus alienum vsurpent. Audiant exhortationem Pauli: In omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, per gloriam & ignobilitatem: per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti.] Id est, in hoc cunctis viribus incumbamus, vt Domino solertissimè famulemur, siue nos homines magni habeant, vel vt abiectos contemnant: siue de nostra conuersatione verè bonam famam, aut falsò ignominiam rumores spargant: siue nos veraces vel seductores putent, siue apud Deum cognitos, id est, probatos, vel potius incognitos & reprobos existiment. Vna cura sit nobis deiciendi nos, superbiam conculcandi, & Domino perfectè seruiendi: ipse verò nostram bonam opinionem ad adificationem aliorum, & suum obsequium necessarium nobis nec querentibus, nec cogitantibus ministrabit. Secundum dictum eiusdem Pauli: Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo,] mundum nobis & nos mundo crucifigamus. Vt quemadmodum crucifixus ludibrio expositus, & ab omnibus contemptus ad neminem potest manus extendere, nullumque contingere: ita mundus, & à mundanis delatus honor sit mihi risui atque contemptui, à quo nec digner manu tangi, & ego velim, & optem à mundo crucifixus, id est, vilis putari, quem ipse nolit alicuius honoris manu contingere.

B Qui verò non iam honores solum, sed dignitates & prælationes appetunt, considerent se quam longissimè à Christi & Sanctorum exemplo distare, & manifestissimo ambitionis affectu suum spirituale profectum impedire. Christus enim à Patre missus in iustorum exemplum, vitam humilem, & ab omni fastu alienam elegit; absconsonem, & modestiam, & infimum locum appetendum docuit; ab iis, qui eum Regem acclamare decreuerant, humilitatis doctor factus aufugit. Denique non seipsum clarificauit, id est, in honorem intrusit, sed Patris voluntati obediens se subdidit, vt Pontifex fieret.] At sancti & perfecti viri, non solum antiqui, sed etiam nostro sæculo viuentes eandem viam ingressi sunt, & vt veri Christi discipuli, non ambitionis & præfationis, sed humilitatis exempla posteris reliquerunt, nec supremum locum, nec insulam, nec mitram, sed infimum locum, & paupertatem, & modestiam adamarunt. Hos (qui innumerabiles sunt, & ideo silentio suppressuntur) sequantur hi, qui volunt proficere, & nec minimam honoris appetendi cogitationem admittant. Firmiter statuunt se in cella propria mansuros, & sibi ipsis ac sanctis laboribus vacaturos, vt per humilitatem ad gloriam veniant, & non per vanam exaltationem in salutis pericula se deiiciant. Si autem Deus voluerit eos ad honores & prælationes vocare, nequaquam ipsorum sollicitudine indiget, sed solam humilem obedientiam requirit. Qua onus & laborem ex charitate amplectentes, & honorem vix tolerantes in medijs cadendi occasionibus non collidentur, nec cordis humilitatem amittent. Sed de hoc alio loco copiosius dicemus.

C Qui verò non iam honores solum, sed dignitates & prælationes appetunt, considerent se quam longissimè à Christi & Sanctorum exemplo distare, & manifestissimo ambitionis affectu suum spirituale profectum impedire. Christus enim à Patre missus in iustorum exemplum, vitam humilem, & ab omni fastu alienam elegit; absconsonem, & modestiam, & infimum locum appetendum docuit; ab iis, qui eum Regem acclamare decreuerant, humilitatis doctor factus aufugit. Denique non seipsum clarificauit, id est, in honorem intrusit, sed Patris voluntati obediens se subdidit, vt Pontifex fieret.] At sancti & perfecti viri, non solum antiqui, sed etiam nostro sæculo viuentes eandem viam ingressi sunt, & vt veri Christi discipuli, non ambitionis & præfationis, sed humilitatis exempla posteris reliquerunt, nec supremum locum, nec insulam, nec mitram, sed infimum locum, & paupertatem, & modestiam adamarunt. Hos (qui innumerabiles sunt, & ideo silentio suppressuntur) sequantur hi, qui volunt proficere, & nec minimam honoris appetendi cogitationem admittant. Firmiter statuunt se in cella propria mansuros, & sibi ipsis ac sanctis laboribus vacaturos, vt per humilitatem ad gloriam veniant, & non per vanam exaltationem in salutis pericula se deiiciant. Si autem Deus voluerit eos ad honores & prælationes vocare, nequaquam ipsorum sollicitudine indiget, sed solam humilem obedientiam requirit. Qua onus & laborem ex charitate amplectentes, & honorem vix tolerantes in medijs cadendi occasionibus non collidentur, nec cordis humilitatem amittent. Sed de hoc alio loco copiosius dicemus.

De tentationibus perfectorum.

CAPVT XIV.

DE perfectorum tentationibus pauca & breuiter dicenda sunt: quoniam ipsi multa paucis verbis intelligit, & aptissimi ad instruendos alios, non indigent nostris scriptis admoneri, nec

2. Cor. 6.
8.

Galat. 6.
14.

Hebra. 5.
n. 5.

Bern. ser.
64. in
Cant.

Galat. 4.
n. 16.

Prou. 11.
n. 26.
Matth. 10.
n. 27.

nostris exhortationibus confirmari. Perfectos non esse pugna liberos, sed etiam tentationibus impugnari, notissimum est. Neque enim bellum parcat his, qui adhuc in acie perdurant: nec raptores illis solis infidiantur, qui in mercatum veniunt, sed multo magis illis, qui pretiosis mercibus onustos in proprium domicilium redeunt. Pyratæ quoque nauæ aduersariorum vacuâ sæpe contemnunt, & capere dedignantur; magnis verò opibus onerata insequuntur. Ita demones non tam animabus virtute vacuis, quam magnis thesauris virtutum plenis, laqueos suarum tentationum obtendunt. Quare Gregorius ait: quia lucem rectitudinis umbra sequitur tentationis. Et sanctus Iob, enumeratis multis iustorum tribulationibus subiicit: Ecce hæc omnia operatur Deus tibus vicibus per singulos. Si enim tres sunt iustorum status: primus, quo ad bonam frugem conuertuntur; secundus, quo in virtutis itineribus progrediuntur; tertius, quo ad finem viæ, scilicet ad perfectionem perueniunt; quid erit tibus vicibus per singulos Dominum suos electos affligere, nisi in ipso virtutis initio, atque in progressu, necnon in virtutis culmine eos tentationibus pressurisque probare? Ac tandem Paulus de se, & de omnibus perfectis dixit: Quoniam per multas tribulationes oportet nos introire in regnum Dei. Quod quidem cum excelsum sit pusillis & magnis, ascensum habet perdifficilem, quos omnes infirmitas carnis onerat, & qui ex eo ceciderunt aduersarij, circumdant.

Perfecti igitur interdum omnibus vitiorum generibus, quæ iam vicerunt, ab externo principio, scilicet à diabolo suadete tentantur; qui & carnem pene emortuam ascendit, & cupiditatem extinctâ ad diuitiarum amorem exsuscitat, & superbiam eliminatam immis honorû & dignitatum desiderijs, inflammat. Permittit id Dominus, vt ex victorijs perfectorû, quibus tentati diaboli felicissimè vincunt, & vitia diligentissimè fortissimèq; prosternunt, ceteri habeant illustrissima virtutis exempla. Si enim Martyres tentati non essent, nec victores extitissent. Nos etiam imperfecti ignoraremus quanta tenacitate virtus fidei seruanda est, ob cuius attestacionem etiam externam, vsq; ad profundendum cruorem, & vitæ amissionem de certandum est. Si alij quoq; ex sanctis confessoribus non fuissent terribiliter impugnati, vt exempli gratia, magnus patriarcha Benedictus, cû fuit carnis têtatione pulsatus, multi nesciremus quàm acerbis, & duris remedijs animi morbi curadi sunt, & quantis impensis non tantum fides, sed quælibet etiâ virtus seruanda. Permittit deinde vt ipsi perfecti semetipsos perfectos habeant, & quid ex se possideant, quid verò ex Domini bonitate cognoscant. Quare Gregorius egregiè ait: Ad ima pertrahit caro, ne extollat spiritus, & ad alta sustollit spiritus, ne prosternat caro. Spiritus leuat, ne iaceamus in infimis: caro aggrauat, ne extollamur ex summis. Si non subleuante spiritu nos caro têtaret, perfectione procul dubio tentationis suæ in ima deiceret. Rursum verò, si non tentante carne, ad summa nos spiritus subleuaret, in superbiæ casu ipsa nos peius subleuatione prosterneret. Sed fit certo moderamine, vt dum vnusquisq; sanctorum iam quidem interiùs ad summa rapitur, sed adhuc têtatur exteriùs, nec desperationis lapsum, nec elationis incurrat: quoniam nec tentatio exterior culpam perficit, quia interior intentio sursum trahit, nec rursus interior in superbiam eleuat, quia tentatio exterior humiliat, dum grauat. Sicut ergo Paulo datus est stimulus carnis, ne cum magnitudo reuelationum extolleret; ita perfectis magna aliquando tentationes vitiorum illatae sunt, ne in superbiam erigantur.

A Cum prædictæ impugnationes vitiorum absunt, & sæpiissime quidem à perfectis absunt, ita vt nulla maneat earum memoria, solent ipsi perfecti superbia tentari, & occultissimis quibusdâ superbiæ cogitationibus & desiderijs impugnari. Hinc oritur curiositas experiendi in oratione consolationes diuinas, audiendi interiùs Domini allocutiones, videndi reuelaciones, sentiendi raptus & extases, & faciendi miracula, & alia similia patrandi. Hinc oritur inanis conatus, quo volunt interdum supra vires laborare, negotia & labores supra vires aggredi, & minimis quibusq; imperfectionibus cum immoderata anxietate vitandis insistere. Hinc oritur temeritas iudicandi facta, & dicta, & cogitationes aliorum, quæ fratres suos in minimis rebus satis amarè condemnant. Hinc licentiosa increpandi libertas & audacia loquendi, quæ non tantum in æquales statu, sed in maiores quoq; & Prelatos, & principes inuehantur; & quia regulæ prudentiæ prætermittuntur, nulla emendatio & magnû scandalum generatur. Hinc tandem oritur immisericordia, quæ nesciunt aliorum necessitatibus condolare, & ob defectum admissum à fratre magnas tragœdias excitare. Quod vitium in quibusdam animaduertimus, qui sanii sunt corpore, & nunquam imbecillitates, & carnis molestias sustinuerunt, in alijs etiâ, qui semper à Prelatis dilecti, & magni habiti nunquam locum infirmum tenuerunt: in alijs denique, qui à pueritia sanctè viuentes passionum effractionem ignorarunt. Ab omnibus his superbiæ affectibus sollicita fuga discendum est. Primum experiendi diuina succidit sanctum odium sui, quo quis solum diuinum beneficium querat: & in nullo suam consolationem requirat. Secundum plus nimio laborandi curat prudentia & humilitas, quæ sciat quis, quod non potest adicere ad staturam suâ cubitum vnum, & quia omnis sufficientia ex Deo est. Tertium iudicandi reuicci timor castus, ne dum aliquis alios temerariè iudicat, à Deo relictus in similia vel peiora incidat. Quartum moderatur circumspectio & consilium sapientium, quod quis in vitiorum increpatione sequatur. Quintum solet Dominus in perfectis, ariditate cordis, corporis ægrotibus, infamijs, & manifestis casibus castigare, vt in seipsis discant, quomodo debuissent aliorum infirmitatibus compati. Et cum humilitiones medullitus sentiunt, & de negligentis ministrorum in ægritudinibus contristantur, & se pene cecidisse in peccatum i tentationis metuunt, tunc non fuisse tam exiguum aliorum virtutem animaduertunt. Et certè non magnam admodum esse perfectionem istorum hominum immisericordium certissimum est. Vt enim inquit Cassianus: Euides indicium est animæ, necdum vitiorum se-cibus eliquatæ in criminibus alienis non affectu misericordiæ condolare, sed rigidam iudicatis tenere censuram. Nam quemadmodum perfectionem cordis poterit obtinere is, qui non habet illud, quod Apostolus plenitudinem legis consummare signauit? Alterutrum, inquit, onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi: Sed nec illam virtutem possidet charitatis, quæ non irritatur, non inflatur, non cogitat malum, quæ omnia suffert, omnia sustinet, omnia credit. Iustus enim miseretur animas pecorum suorum, viscera autem impiorum sine misericordia. Ideoque iisdem vitis monachum subiacere certissimum est, quæ in alio inclementi, atque inhumana seueritate condemnat. Rex enim rigidus incurret in mala: Et qui obturat aures suas, ne audiat infirmum, & ipse inuocabit, & non erit, qui exaudiat eum. Hæc ibi. Nitantur ergo iusti se ad misericordiam humanæ imbecillitatis in spectione commouere, & alios infirmos & debiles compassione subleua-

Grego. Job 33. 29.

Act. 14. n. 21.

Greg. 19. mor. c. 6.

2. Cor. 12. n. 7.

Matth. 6. n. 27. 2. Cor. 13. n. 5.

Cassian. coll. 11. c. 10.

Galat. 6. n. 2. 1. Cor. 13. n. 5. & 7.

Prou. 12. sec. 70.

Prou. 13. sec. 70. Prou. 23. sec. 70.

Matt. 5.
7.
Prov. 11.
17.

re, vt & ipsi in simili necessitate positi misericordiam inueniant, aut imiles molestias & casus effugiant. Nam scriptum est: Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur.] Et rursum: Benefacit animam suam vir misericors; qui autem crudelis est, etiam propinquos abiicit: ne scilicet ei, in necessitate subueniant, vel vt indicant Hebraei, carni suae, cum molestia laborat, penuriae detrimentum affert.

Greg. 23.
mor. c. 5.

Deinde perfecti, corporis aggritudinibus, & assiduis carnis molestiis affliguntur, vt qui iam in arce, scilicet in mente mirabilem tranquillitatem sentiunt, saltem in suburbis ciuitatis ad maius meritum doloribus exercentur. Dominus enim, ait Gregorius, flagello interrogat, cum mentem bene sibi per tranquillitatem subditam, afflictionibus pulsas, sicut Iob, & laudatur attestacione iudicis, & tamen ictibus conciditur percussoris, vt eius patientia tanto verius claresceret, quanto inquisita durius fuisset.] Immittit Dominus has molestias vt electos suos probet. Sicut enim igne probatur argentum & aurum camino; ita corda probat Dominus.] Quod si ipsi confiderent Dominum esse ipsum ignem, eorum maculas excoquentem, satis profecto illis vtilis, licet magna, dulcescet. Immittit etiam, vt eos in exemplum patientiae praebeat. Nam & ob hanc causam Iob corporis molestia peracti, & Tobiam caecitate, & vtrumque paupertate percussit. Vnde Hilarius Arelatenensis optime dixit: Magni viri multa patiuntur, & vt alios pari doceant, dati sunt in exemplum. Huius tentationis optimum remedium est aggritudinem, aut molestiam illam a Domino missam esse cognoscere. Quo vsus est Iob, dicens: Dominus dedit, Dominus abstulit. Sit nomen Domini benedictum.] Sanctus vir, inquit Gregorius, tentante aduersario cuncta perdidit; sed tamen sciens, quia contra se Sat in tentandi vires, nisi permittere Domino, non habebat, non ait: Dominus dedit, diabolus abstulit; sed Dominus dedit, Dominus abstulit. Fortasse enim fuerat dolendum, si quod Dominus dedit, hostis abstulisset: at postquam non abstulit, nisi ipse qui dedit, sua recepit, non nostra abstulit. Si enim nos ab illo accipimus, quibus in hac vita vtimur, quid doleamus, quod ipso iudicante exigimur, quo largiente sceneramur? Cum autem corporalis molestia diuturna est, & a Domino data intelligitur, non multa medicamenta applicanda sunt, sed patientia protelanda. Sic enim faciebat quidam ex nostris vitae probatissimus, qui magnis doloribus circumdatus dicebat ad Dominum: Ego psalmum, Miserere, recitabo, modo tu Domine verberationem adhibeas.

Prov. 17.
3.

Insuper viri perfecti persecutionibus atteruntur, quas daemones (permittente Domino) per se ipsos in illos excitat, vel per iniquos homines, aut etiam aliquando per iustos falsa opinione deceptos exercet. Magnum Antonii daemones per se ipsos attriuerunt, vt scripta ab Athanasio, eius narrat historia. Et Abacuc ait: [Quia cibus eius, id est diaboli, electus; inna non tantum iniquos deglutire nititur, sed etiam sanctos persecutionu dentibus deuorare conatur. Dauidem daemones per Saulem & alias iniquos sunt persecuti, de quibus ipse: Circudederunt me vituli multi, tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens.] Egerrime autem ferunt iusti, se a malis affligi. Quam obrem idem Sanctus propheta orat: Eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuae.] Tolle inquam potestatem me persequendi ab hostibus potentiae tuae, quorum iniuriis valde discituro. Filij quoque Israel oppressi ab alienigenis clamauerunt ad

Hilar. A
rel. in vi-
ta S. Ho-
norati. c.
24. Su-
rimo To. 7.

Iob 1. om.
21.
Greg. 2.
mor. c. 12.

Abac. 1.
16.

Psal. 21.
13.

Psal. 116.
13.

Dominum: Peccauius: Redde tu nobis quicquid tibi placet, tantum nunc libera nos.] Iobum vero instigante damone persecuti sunt boni. Nempe tres illi amici, quos pios & Sanctos fuisse Origenes, Chrysostomus, & alij commemorant. Hanc vero persecutionem, tentationem paratam esse Apostolicis viris, qui vitam perfectam profitentur, Dominus palam testatus est, qui ad suos Apostolos ait: Absque synagogis facient vos: sed venit hora vt omnis, qui interbat vos, arbitretur obsequium se praestare Deo.] Paulus quoque: Vsq; in hanc horam & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cedimur.] Ei autem opponunt se viri perfecti armis patientiae & longanimitatis, & se sub petra diuinae protectionis protegunt. In qua tempestas aquarum, id est, persecutionum vortex, frangitur, & tandem post aliquod tempus euanescit. In hoc tentationum genere superando mirabilis fuit Beatus Henricus Suso ex sacro Praedicatorum ordine. Is postquam per multos annos incredibilibus asperitatibus corpus suum pene extinxisset, audiuit a Domino, vt a tam duro viuendi modo cessaret, quoniam illi grauiores erant cruces paratae. Cum autem illi tum numerum tum qualitatem harum crucium inquireret, tres tantum, inter multas, quas passurus esset, illi ostense sunt. Prima autem erat. Quod haecenus quidem (dixit ei Angelus) ipse te cecidisti manibus tuis, ac tui miseratus cessabas, dum volebas: at nunc e tuis manibus ereptum, alii te absque vlla tui defensione male tractandum obiciam: vbi necesse erit, vt in quorundam caecitientium cordibus fama & existimationis tuae magnam patiaris iacturam, quae res longè tibi erit toleratu acerbius, quam crux illa acutis referta clauis dorso tuo fuerit. Haec ad illum Angelus. Nota est autem crux ista, cuius mentionem facit, quam Henricus multo tempore carni suae affixam attulerat. His Dominus molestiis probat suos amicos, vt postea magnis praemijs afficiat.

A

B

C

D

E

Postrema perfectorum tentatio, & omnium grauissima est interna derelictio, qua illis lux caelestis auferitur, consolatio subtrahitur, & anima veluti omni dono vacua relinquitur. Pro intenta contemplatione distractio, pro rerum diuinarum cognitione obscuritas, pro lacrymis ariditas, pro tranquillitate multiplicium vitiorum impugnatio confurgit. Et aliquando caliginis offusio progreditur, vt viri sanctissimi putent se cum summo maerore gratia priuatos, & a Domino penitus derelictos. Quanta autem sit huius tentationis acerbitas, illi soli norunt, qui experti sunt. Eamque Dominus mirifice declarauit, cum in laboriosissimo crucis lecto ex charitatis morbo decumbens, non de flagellis durissimis, non de spinis amarissimis, non de clauis durissimis, non de opprobriis & contumeliis ignominiosissimis, sed de sola derelictione conquestus est. Et clamauit Iesus voce magna, dicens: Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Se quasi relictum sentiebat, & hanc maximam tribulationum suarum reputabat, viros Sanctos in sua humanitate delineans, qui hoc summam afflictionem putant, a Domino perterritiam & cordis caliginem elongari. Huius tentationis remedium est clamare ad Dominum, & eius reditum lacrymis & gemitibus postulare. Sic faciebat sponsa, dicens in Canticis: Reuertere, similis esto dilecte mi, capreae hinnuloque ceruorum super montes Bether.] Eum ad veniendum & subueniendum prouocat, non tam vocibus, quam suspiriis & gemitibus inenarrabilibus; & capreae ac hinnulo similem vocat. Cupit enim vt velut caprea, quae, asserente Ruperto & Gregorio Niseno, perpi-

Iudic. 10.
15.

Orig. lib. 3, in Iob. mltis.
Chrysol. praefat. in Iob.
Ioan. 16.
2.
1. Corint. 4. 11.

Suri. in vita cat. 22. Habetur in fine operi eiusdem Susonis.

Matth. 27. 46.

Cant. 2. 17.



cacissimos habet oculos, sua interiora diiudicat; & ut hinnulus, qui venenosos angues absumit, aduersarios insurgentes discit atque consumat. Sic etiam faciebat Dauid quando canebat: Dexteram tuam sic notam fac, & eruditos corde in sapientia. Conuertere Domine vsquequod? Et deprecabilis esto super seruos tuos.] Id est, postquam nouerimus Domine a te hanc tribulationem obuenire, & postquam ea nos erudieris, tandem reuere ad consolandum nos, & te super amatores tuos placidum ac benignum ostende. Prateriens igitur Dominus, ait Bernardus, teneri vult, abiens reuocari. Neque enim hoc irreuocabile verbum. It & redit pro beneplacito suo, quasi visitans diluculo, & subito probans.] Reuocemus ergo illum nostrae indignitatis confessione, reuocemus intente afflictionis ostensione, reuocemus singultibus & clamorosa oratione; tandem enim veniens veniet, & non tardabit, & intolerabilem animae solitudinem sua ipse amabilissima praesentia depellet.

*Psal. 89.
n. 12. &
13.*

*Ber. ser.
74. in
Cant.*

Conclusio huius libri.

CAPVT XV.



His aliisque innumeris tentationibus, quas prolixum esset numerare, aduersus omnes status iustorum, aduersarius insurgit, & neminem in hac regione mortis bellis & dolis exemptum habitare permittit. Incipientes a vitae mutatione retrahit: progredientes ad sedendum vel ab itinere deuiandum inducit; perfectis se opponit, & si non potest illos deuicere, aditum saltem ad maiorem perfectionem intercludit. Vnum eius negotium, est medijs varijs multiplicibusque impugnationibus noua vitia animabus inferere, antiqua fouere, & vitorum fructus, nimirum peccata maiora minoribus peccatis antea perpetratis aggregare. Si volumus ergo a peccatis abstinere, & vitia destruere, eorum initis, scilicet tentationibus & prauis suggestionibus resistamus. Iam ex seruis & famulis Christi milites & socij facti sumus: iam viam spiritus aggredientes sacrae militiae nomen dedimus, ne cum infirma turba ad sarcinas maneamus. Ad sarcinas enim vestis & cibi, ut Hugo pulchre annotauit, remanent inertes & infirmi: ad bellum vero expediti & fortes ire non timent. Nos autem qui a saeculo nos expediuimus, & spiritus robur induimus, non sit nobis cordi falsa quies, quam mille conscientiae morsus inquietant, nec ad bellum procedere formidemus. Non sufficit tenuisse iustitiam, nisi eam in tentatione seruantes, ipsa Deo illibatos nos seruet. Nam & Adam iustitiam tenuit, sed sibi & posteris immensa mala meratus est, quoniam in tentatione a iustitia recessit. Dedit mulier viro pomum, qui comedit,] & praecipuum Domini transgrediens a gloria ad ignominiam; a diuitiis ad mendicitatem: a vita ad mortem pertransiit. Ne imitemur patrem hunc, cui, Christo adherentes, renuntiauimus, nec serpentis, id est, diaboli suasiones, nec Euae nostrae, id est, carnis mellitos sermones auscultemus. Fratres, inquit Bernardus, si modo praesentem videremus Adam in eo articulo positum, ascendentibus cogitationibus in cor eius, coartari inter precem vxoris & praecipuum creatoris, nonne clamarem aduersus illum, dicentes: Cane tibi miser, vide ne feceris, seducta est mulier, non acquiescas ei? Ut quid ergo quoties apprehendit nos tentatio similis, non pertuademus similiter no-

*Hugo
lib. 3. de
clausura
anima in
prologo.*

*Genes. 3.
6.*

*Ber. ser.
1. omni.
sancto.*

bis ipsis?] Omnia miseria filiorum Adam! quem per gratiam & vitam spiritualem exiti plenè nunquam exuimus, & eum in corde nostro corrigentes, nos ipsos non corrigimus, quin & cogitatione inobedientiam eius reprobantes, opere & imitatione complemur. Quam verè dixit Dauid: Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.] Cum enim a virtute ad imperfectiones deflectimus, ab altitudine ad vilitatem declinamus: cum a Deo per prauam consensum separamur, inutiles reddimur. Nam homo Apostata vir inutilis.] Et abominabilis, & inutilis homo, qui bibit, quasi aquam, iniquitatem.] Et opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.] Vide quam inutiles quod putridis cadaueribus comparatur. Qui enim a multiplici tentatione, inquit Ricardus Victorinus, sustinet se superari, formam habet iam mortui: nec cuiuscunque, sed cadaueris iam putrescentis & putridi, quod putredini iam ex omni parte subiaceat, & vermibus vbique scateat. Et post pauca, intus consentientes tentationi vocat cadauera putrida, sed sepulta, quorum corruptio quasi in occulto iacet: exterius verò etiam peccantes vocat cadauera putrida, sed extra sepulchrum proiecta, quorum corruptela & sceditas omnibus patet. Adhaerit itaque nobis primi parentis lepra, inuasit nos peccati mors, si tentatori cedimus, & quod in illo damnamus ore, in nobis non iam verbis, sed actione defendimus.

Roboremus igitur nos, ut daemones insultus vincamus, quia, ut dixit Paulus,] Mundo, & Angelis, & hominibus spectaculum facti sumus.] Quasi in theatrum producimur, ut militum Christi personam agamus, & cum aduersarijs vitae perfectae pugnemus. Mundus nos spectat, id est, mundani & iniqui homines, ut si succubuerimus, nostram ignauiam irideant. Angeli spectaculo assistunt, ut sua praesentia nos animent, & adiutorio confortent, & de victoria nostra vehementer exultent: Homines, iusti scilicet, qui non vt bestia rationis expertes, sed vt homines viuunt, nos quoque considerant, vt pugnantium strenuitatem laudent, & eius se imitatores exhibeant. An coram tantis testibus qui nos damnent, occumbendum est? An coram tot spectatoribus terga vertendum, qui tantam imbecillitatem & infidelitatem in clamant? Immo potius coram mundo, Angelis, & hominibus, immò & in conspectu ipsius Dei videntis nos, summis conatibus est quaerenda victoria, quae primum in ipsam perfectionis arcem, & postea in aeternae gloriae possessionem inferat. Iam patres nostri, iam fratres nostri, iam socij nostri vicerunt, & ex victoria coronantur, quid nos timemus, eundem Dominum adiutorem habentes, & similem cum illis gratiam participantes: quid aduersarios pene ligatos formidamus? Illi quidem, qui praecesserunt nos difficillimis praелиis & insuperabilibus laboribus impugnati sunt; quorum aliquos diabolus non ad leuissimas tentatiuiculas, sed ad ignominias, ad ingentia pericula, ad cruces, & ad mortes expetiit, in quibus tamen alacres, & intrepidi subiterunt, cur nos, nisi quia ignaui sumus minima bella prosterneat? Neque enim, ut dixit Ephraem, pro Salvatore nostro Iesu Christo ad praesides & reges ducti sumus: a deo dicere quod iustificata sit Sodoma praenobis. Neque coram tribunali iudicis sumus adducti, & tormenta pietatis ergo passi. Neque caminum luculentio igne succensum vidimus, neque sarragines accensas conspeximus, non veruicula acuta ignita, non lebetes cera & pice efferuescentes. Neque feris causa pietatis obieci sumus, & sustinuumus: neque decocta

*Psal. 73.
3.*

*Prou. 6.
12.
15.
16.
1. Isata 59.
6.
Ricard. ad
Psal. 90.
fina.*

*1. Corin.
4-9.*

*Ephre. de
abstinen-
do a cu-
pilitati-
bus car-
nalibus.*

sunt

sunt manus nostrae à carnificibus, quorum vel solus aspectus cor eius, qui supplicis obicitur commouet. Nondum intuiti sumus enses acutos inferri nobis, & expauiimus? His verbis sanctissimus pater nostrum metum & fœcordiam demittitur, & merito sanè. Si enim, vt dixit Tobias, filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo,] mirum est quod à parentibus degeneret indigna progenies, & dissimili vita similem mercedem expectet. Si comortui sumus, inquit Paulus, & conuinemus: si sustinebimus, & conregnabimus.] Prius igitur seculo moriendum est, vt similis nobis vitæ Christi vita proueniat: prius tentationes supportandæ & hostes protendi, quam nos regnum verissimum perfectionis admittat. Quam ergo magna stulticia est sine morte, qua mundo moriamur, velle viuere, & sine pugna victoria velle regnare.

Æquitas quidem tentationum sustentiam expostulat. Nam si Dominus sustinuit tentationes pro nobis, & vt Paulus dixit; fuit tentatus per omnia;] quid magnum si nos pro illo, immò, & pro nobis ipsis & pro vilitate nostra tentationes sufferamus: Et (quod amplius, & mirabilius est) sustinuit ille peccata nostra; & adhuc innumeratas imperfectiones negligentiasque dissimulat, quare nos non patienter feramus ab illo benignè corripit, sapienter probari, & suauiter castigari? Sustinuit te dilectus, inquit Bernardus, sustine tu dilectum; sustine; viriliter age. Non illum vicere peccata tua, te quoque ipsius flagella non superent: & obtinebis benedictionem.] O consilium aquitatis plenum, quin & misericordie plenissimum, vt si nos quotidie illi flagella nostris imperfectionibus geminamus, patienter pro delictis tentationes insurgentes reportemus. Sic & vsque ad cœlum selex illa Pauli protender: Alter alterius onera portate; nam Dominus pro sua benignitate culpas nostras supportabit, & patientia ab illo nobis data pro gloria ipsius tentationes & molestias sustinebit. Iacob cum Angelo luctatus est vsque mane;] & nos cum Domino probationem sustententes vsque ad illud, cui nunquam succedet nox, vltimum mane luctemur. Dabit ille perseverantibus benedictionem, qui non negabit perseverandi voluntatem. Fiducia etiam in Domino de omni tentatione victoriam expectat. Qui enim tentat vt probeat, & ferit vt sanet, nullo modo nos abundantia auxilio ad prosternendum aduersarium vacuos derelinquet. Nam & scriptum est:

Omnem locum, quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam.] Vestigium autem pedis nostri fiduciam designat, pro cuius mensura erit & victorie magnitudo. Bernardus quidem ita sensit, illum Deuteronomij locum interpretans: Quemcunque locum calcauerit pes vester, vester erit.] Pes vester, inquit, vtrique spes vestra est: & quantumcunque illa processerit, obtinebit, si tamen in Deum tota figatur, vt firma sit, & non titubet.] Neque ita spes leui casu iusti victoriam sperantis eluditur, quem à morte grauis peccati seruatum leuia vulnera non damnant, sed humiliant, sed cautiores reddunt, sed à seipso inanem confidentiam fugant, sed vires ad diligentius pugnandum exsuscitant. Fallitur profus ista persuasio, inquit Leo Papa, & nimia vanitate veterascit, quicumque inter tentationes huius vitæ ab omni se vulnere credit immunem.] Leues itaque casus, quos plangimus, quos statim acerbissima contritione deflemus, quorum causa cœli aspectu nos indignos existimamus, magis profunt quam offiant, quia tantillum impulsu in aduersarium iratiores insurgimus. Indignatione animus & animo spes crescit, & spei

A lata victoria succedit.

Gaudium quoque mente conceptum animam ad pugnandum roborat, & ad victoriam obtinendam accendit. Nam quis nesciat ex tentatione victa gaudium nasci, & veluti stillam futuri præmij statim proforibus exultationem adesse? Equidem nullus ignorat filios Israel, victis & suffocatis Ægyptiis, ingenti lætitia fuisse perfusus? Qui, vt est in libro sapientie, tanquam equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt, magnificantes te Domine, qui liberaisti illos.] Hi autem iustorum extiterunt figura, quorum corda victis suis aduersariis, & in sanguine Christi demersis vehementer exultant. Equi inuentis pacis vberibus natura monente lætantur, & cur non lætentur iusti vincentes, qui de hostibus ditissimas coaceruant exuias? Agni in herba vici exultant & saltant: quid ni iusti in monte vitæ aduersariorum cadaueribus pleno subsiliant? Magna est exultatio victorie, qua demonum quoque in æternum damnatorum quodammodo tristitia supprimitur. Gaudent enim illi, si nos elidant, & nescio quoniam pacto magnam penam & mœsticiam non deponentes, gaudium de nostra ruina concepiunt. Quod ita esse Ioannes Cassianus, & quod plus est, Scriptura sacra ab eo allata confirmat. Quas, inquit, eorum, scilicet demonum ruinas atque conflictus, ille, qui sanos interioris hominis oculos possidebat quotidie, cernens, vidensque eos supergaudere ruinis, & casibus singulorum, actimens ne de se quoque eueniret eis ista læticia, Dominum deprecatur: Illumina, inquit, oculos meos, ne vnquam obdormiam in morte; ne quado dicat inimicus meus: præualui aduersus eum. Qui tribulant me, exultabunt, si motus fuerò.] Et Deus meus ne supergaudeant mihi ne dicant in cordibus suis: euge, euge anima nostræ, neque dicant: deuorabimus eum.] Si tanta est victorie læticia, vt eam, prout possibile est, aduersarij in perpetuum dånati sine vilo victorie emolumento sibi proueniente concipiant, quantum & quam veram habebunt iusti, cum vincunt, qui præmia incomparabilia sibi parata considerant: Quam pura, sancta, & perseverans erit exultatio eorum, qui de fidelitate in Christum seruata, de sanctissimæ legis custodia, de glorificatione Dei, de sanctorum imitatione, & de hostium suorum fuga & confusione lætantur. Hostibus Israelitarum fugatis, & vinctis; inaurato templo, facta est læticia in populo magna valde, & auersum est opprobrium gentis,] prostratis igitur hostibus animæ, & mundato à prauis cogitationibus cordis templo, magna valde tunc læticia sequetur. In mari certe, vt simili Dorothie vitæ, cum æstus fuerit, affliguntur omnes, quotquot in nau fuerint: cum autem tranquillitas redierit, læti omnes inter se narrant tempestatis horrorem. Ita profus turbine tentationis instante, magna mentem subit afflictio, at tentatione reiecta & corde victorie obtentione sedato, Dominum victorie authorem laudamus, nobis ipsis congratulamur, & ex aduentu tantæ tranquillitatis arrham adesse cœlestis præmij sentimus.

B

C

D

E

Sup. 19. 9.

Cassian. coll. 7. c. 21.

Psal. 12. n. 4. & 5.

Psal. 34. n. 20. & 26.

1. Machab. 4. 58.

Doroth. doct. 12.

tentatio

Tobie 2. 18.

2. Tim. 2. 12.

Hebr. 4. n. 15.

Bern. ser. de B. Maria.

Galat. 6. 2.

Gen. 32. n. 24.

Iosue 1. 30.

Deut. 11. 24.

Bern. ser. 15. in Psal. 90.

Leo ser. 5. Quædrages.

Matth. 4.
n. 11.

Bern. ser.
4. in Psal.
90.

Luca 12.
37.

Beda lib.
4. in Luc.
ad c. 12.

tentationum victoriam, quam de hostibus reportamus, ipsi hostes nos timent, boni diligunt, & Angeli victoria socios confitentur. Profecto Domino aduersarij victoria porito, accesserunt Angeli, & ministrabant ei; Ita dum mundum, diabolum carnemque proterimus, Angeli ad nos accedunt, & si non corpori alimenta, at animæ delectamenta subministrant. Vnde Bernardus: Et tu si vis habere ministerium Angelorum, fuge consolationes sæculi, & tentationibus resiste diaboli. Non horret illi confortia iustorum, quos corruptibili carne circumdatos vident spiritalibus delectari. Non dedignantur illis assistere, quos aspiciunt aduersus communes hostes dimicare. Nec erubescunt ministrare illis, quos licet natura minores, tamen opere quodammodo maiores agnoscunt. Quid enim magnum si Angeli carne nudi, & potentissima gratia vestiti, demones fugent, vincant, & sibilent? At magnum est, quod homines carne vestiti, passionibus impulsæ, & ad malum ex duabus portionibus vna sui parte pertracti, demones protestant, malum deserant, & ad omne bonum accedant. Non denique confunduntur seruire nobis, quibus Dominus ipse gloriæ (quod non sine magno tremore excipiendum est) in futura gloria, prout suam maiestatem deceat, certa quadam ratione ministrabit. Beati, inquit, serui illi, quos cum venerit Dominus, inuenit vigilantes: amen dico vobis, quod præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Beati planè vigilantes atque victores, qui mensuram præmiorum tam confertam, coagitatam, & superfluentem recipient. Cum Dominus à nuptiis, quæ in cælesti gloria in perpetuum celebrantur, ad iudicandum venerit. Hac omnia cum seruis suis fidelissimè cumulatissimèque complebit. Præcinget se (vt interpretatur Beda) cum retributionem parabit: faciet eos discumbere, cum in æternam re-

quem admittet: transiet, quia à fide ad visionem nos eleuabit, & ministri officium geret, quia eos ipse reconciliabit, & coram illis, ait Cyrillus, deliciarum mesam apponet. Ob præmium tantum consequendum, quo à sanctis Angelis socij, quibus ipsi famulètur, & à Domino famuli fideles habemur, & præmia æterna recipimus, æquum profecto est nõ solum, vt vincere tentationes curemus, sed vt in medijs tentionibus de spe tantorum bonorũ gaudeamus. Cuius gaudij inter tenebras quoque tentationis lucetis Dominus ipse dator & effector est, de quo scriptum est in Iob: Qui dedit carmina in nocte. Quid enim aliud est conditorem nostrum in nocte nobis carmina dare, nisi ex spe retributionis, gaudium in media afflictionis tentatione concedere? Cuius in nocte, inquit Gregorius, est letitia in tribulatione: quia & si pressuris temporalitatis affligimur, spe iam tamen de æternitate gaudemus. Carmina Paulus in nocte prædicabat, dices: Spe gaudentes, in tribulatione patientes. Carmen in nocte Dauid sumperat, qui dicebat: Tu mihi refugium à pressura, quæ circumdedit me: exultatio mea, redime me à circumdantibus me. Ecce noctem pressuram nominat, & tamen liberatorem suum inter angustias exultatione vocat. Foris quidè nox erat in circumdatione pressuræ, sed intus carmina resonabant de consolatione lætitiæ. Hæc lætitiæ carmina resonant in cordibus nostris, cum tentamur, & similes illis erimus, de quibus scriptum est: Et præliabatur prælium Israel cum lætitiâ. Lætitia autem impatientiam & tristitiam depellet, ardorem in pugna adiciet, hostes admirabitur & effinget. Sic tandem ad tantam felicitatem allurgemus, vt ex lætitiâ huius temporis vera, quæ tota in Dei obsequio collocata est, ad æternam lætitiâ transcamus, & vt in futuro sæculo gaudiis & pace perfuendo, & in hoc tribulationes sustinendo lætemur.

Iob 35.
10.

Greg. 26.
mor. c. 12.

Rom. 12.
n. 12.

Psal. 31.
n. 7.

1. Macha.
3. 2.

ORATIO PRO GRATIA AD PECCATA ET VITIA destruenda, & tentationes vincendas.

Deus meus, innocentie restitutor, quam miseri Adæ filij delinquendo perdidimus: & puritatis amator, quam te in cordibus nostris illucescente, vehementer optamus, concede quæso abundantissimam gratiam tuam, qua ab omnibus culpe nexibus, qui in nobis tibi displicent, liberemur. Da Domine piissime, seditatis & malitiæ peccati notitiam; da tantæ iniquitatis verissimam detestationem; da firmissimam ab omni peccato abstinentiæ voluntatem; da fructus penitentia dignos, qui tibi offenso, si non ad æqualitatem, at ad possibilitatem, satisfaciant. Et anima ad tuam imaginem creata maculas deleant. Quia verò fontes peccatorum sunt vitia innumeris prauis actionibus genita, & ex prophana conuersatione contracta; tu qui Saluator noster es, hos impurissimos fontes obtura, & exsicca: & aperi in agro cordis nostri venas virtutum, & fontem aque viuæ, quæ fecunditatem afferat, ad cuius odorem hortus hic à te satius, flores bonorum desideriorum, & fructus operum sanctorum emittat. Quia tandem vitia tentationibus, quibus non resistimus, crescunt, & ad maiora delicta quotidie patranda roborantur; tu qui adiutor es in omni tribulatione nostra, adiuua nos, vt aduersarij dolos perspiciamus, vt cognitos fugiamus, & vt illecebris insequentibus resistamus, ne usque ad casum & tuæ legis purissime transgressionem tentemur: Ita, ô Domine, tu, qui conuersionem nostram cæpisti, perficies, & animas sanguine Christi filij tui redemptas, ab hostibus vindicatas, post hanc vitam in æterna hereditate constitues. Quam à te Domine speramus per merita eiusdem Saluatoris nostri, cum quo & cum Spiritu sancto sit tibi gloria, & laus, & gratiarum actio in sempiterna secula. Amen.

FINIS LIBRI SEXTI.

DE